

2.717

~~2076~~
~~1~~
~~101~~

~~11~~
~~1~~
~~1~~

~~4~~
~~22~~

Medi - 200 ml.

Cine - 8.2% Glido

~~251~~

8 L.

~~251~~ |

~~34~~

~~171~~

~~38~~

~~171~~

~~35~~

~~251~~

~~22~~

~~154~~

~~15~~

~~22~~

~~22~~

~~154~~

~~22~~

~~154~~

~~22~~

~~154~~

~~22~~

~~154~~

~~22~~

~~154~~

~~22~~

~~154~~

~~22~~

~~154~~

~~22~~

~~154~~

~~22~~

~~154~~

~~22~~

~~154~~

~~22~~

~~24~~

~~3~~

~~1~~

~~181~~

Old San Juan

Old Bogal

Comportando

San Miguel

Chloride 828.0 mgas/g. as sulfate
molybdate - 21.0 mgas/g. as sulfate
dioxon, a gicanbaros q3d/100-
188 canbaros - 1m² de jorobas
413 - Sección - 413 canbaras
C) En la fundición se cargan los
electrodos - 7805 - 1505 en hornos
que tienen calor de 1200° C.

JOSEPHI
ACOSTÆ
E SOCIETA-
TE IESV,
CONCIONES IN
Quadragesimam.

Quarum in singulas Ferias numerum & lo-
cum Index initio præfixus ostendit:

Res verò, & insigniores Scripturæ locos tractatos
duo alij Indices continent.



SALMANTICÆ,

Apud Ioannem & Andreã Renaud, fratres.

M. D. XCVI.

det m. b. ray Duez de s. francisco

ACADEMIA

BALIETAE

THEATRUM

CONCIUSIONIS

Quædam

Quædam in quibusque Poësis numerum 20.
cum ludis in quo talibus operibus

Etiam & in quibusque Poësis numerum 20.
cum ludis in quo talibus operibus



SALMANTRICAE

Salmantricæ, quibusque Poësis numerum 20.

EDITION

Licencia del Padre Gonçalo Dauila, Prouincial.

GUndisaluuus¹ Dauila Prouincialis Societatis Iesu in Prouincia Castellæ, potestate ad id mihi facta à Reuerendo admodum Patre Claudio Aquauia Præposito nostro generali, facultatem concedo, ut conciones in Quadragesimam, à Patre Iosepho de Acosta nostræ Societatis, Præposito Domus nostræ professorum Vallisoletanæ, & olim sacræ Theologiæ professore compositæ, & eiusdem Societatis grauium, doctorumque hominum iudicio approbatæ, typis mandentur. In quorum fidem has literas manu nostra subscriptas, sigilloq; nostro munitas dedimus. Metinæ Campi, die vigesima octaua mensis Septembris, anni 1595.

Cundisaluuus Dauila.

¶ 2

Appro-

Approbacion del Libro.

Vbente Regio Senatu, legi has conciones in Quadragesimam, autore doctissimo viro Iosepho de Acosta e societate Iesu, & nihil inueni in illis, quod non esset consentaneum Catholicæ Fidei, & communis doctrinæ Sanctorum Patrum: quos ille imitatur, tam in styli puritate, quam in docendi persuadendiq; methodo atque ratione. Quamobrem hunc librum dignissimum censeo, qui in lucem prodeat magno cum lectorum fructu, & Christiani populi utilitate. Madriti, in Conuentu Sanctæ Mariæ de Atocha, pridie Idus Decembbris, anni 1595.

*Frater Hieronymus
de Almonazir.*

Summa del Priuilegio Real.

Concedio la Magestad del Rey don Phelippe nuestro Señor al Padre Ioseph de Acosta de la Compañia de Iesus, que por espacio de diez años, que se comienzan a contar desde la data de su cedula, ninguno pueda imprimir, ni vender este libro intitulado, *Conciones in Quadragesimam*, sino el mismo, o quien su poder tuviere, sopena, que el que lo contrario hiziere, pierda los libros, y moldes, y aparejos: y mas incurra en pena de cincuenta mil maravedis por cada vez: la tercera parte para quien dello denunciare: y la otra para el juez que lo tentenciere, y la otra tercera parte para la camara de su Magestad. Dio se en Madrid a quattro dias del mes de Enero, de mil y quinientos y nouenta y cinco años.

Q V A E S I T O P T I -
M A C H R I S T I A N A E C O N -
C I O N I S R A T I O ,

P R O L O G V S A D
Lectorem.



IHIL est Diuiniverbi tractatio-
ne maius, & augustius, si recte, iux 2.Tim.2.
ta Apostoli praeceptum, ac pro di-
gnitate tractetur: nihil ferè (pie Le-
ctor, & erudite) hoc tempore vilius
& abiectius, si imperitam turbam
eorum consideres, qui passim vix aliqua facultate, dissi-
narumq; literarum cognitione prædicti, conciones vel ipsi
habemus, vel alijs scripsitamus. Nam & olim plurimos
Paulus querebatur verbum Dei cauponari: & Ieremias 2.Cor.2.
in eos inuehitur, qui, suffuratis hinc inde Dei sermoni- Ierem. 23.
bus, se Prophetas, cum nihile essent minus, venditarent.
Quò minus mirandum est, si nunc etiam homines ple-
rique quaestum magis aut laudem suā, quam Christiani
populi salutem eō in genere meditentur. Nisi sane in
conclaves antiquorum Patrum intuenti, atque Cypriani,
Basilij, Gregorij Nazianzeni, Ambrosij, Chrysostomi,
Augustini, Leonis, ceterorumq; talium grauitatem, di-
cendiq; facultatem, cum hac Sermonariorum nostrorum

PROLOGVS

ruditate & infantia conferenti, difficultatum factu vi-
sum est, conciones bene scribere hoc tempore: quod & pri-
scia illa a sequi exempla me posse diffiderem: &, ut ma-
xime affectus essem, hominibus certe nostris placitura
minime sperarem: recentia vero, atque vulgaria, si vel fa-
cillime possem, imitari quidem nolle. Itaque, cum eden-
darum concionum, quas aliquando habueramus, essem
infectus animus, vel adhortatione quorundam, vel volun-
tate maiorum, vel, quod fatendum est, etiam nonnulla spe,
aliquid, quod vsui futurum essem, afferendi, et si difficile
erat, tamen necessarium magnopere sum arbitratus, ita
temperare genus dicendi, ut neque ab antiqua illa graui-
tate, verbiq; ipsius sacri dignitate longe recederem: neque
omnino tamen deesse huius aetatis concionatorum, qui-
bus in primis inservire cupimus, studio & consuetudini:
quaes res non tam ab alio dictas, quam ipsis ad dicendum
oblatas requirit, easq; proinde dilucide, breuiterq; proposi-
tas potius amat, quam amplificatas fuso illo, & libero ex-
cursu, qui est Patribus, summisq; Oratoribus visitatus.
Vtrum aliqua ex parte, quod volui, consecutus sim, tu,
Lector optime, facto periculo melius perspicies: conatum
certe, credo, negare non poteris.

Porrò stylum neque ita expolitum, limatumq; inue-
nies, ut delicatissimae & latissimae quorundam aures
hoc tempore depositum (id quod cum Ecclesiasticis cum
rebus, cum verbis saepenumero non admodum congruit)
neque verità abiectum & sordidum, ut purioris oratio-
nis

AD LECTOREM.

nis studiosis omnino stomachum moueat. Atque in omnes Quadragesimæ ferias conciones scripsimus, quòd in quibusdam Provincijs moris sit quotidie per Quadragesimam concionari: sed celebriores ferias, quas frequentant omnes, duabus tribusve, aut etiam pluribus concionibus prosecuti sumus, quò Dei verbi ministris maior ad dicendum copia suppeteret, cùm præsertim breuiores de industria scripsierimus, ne prolixitas legendi tardium pareret. Quanvis autem continens, perpetuaq; oratio sit, tamen memoria iuuanda causa, tanquā per capita vnam quamque concionē distinximus, appositis margini numeris, & rei, de qua agitur, summa indicata. Ea verò Latinis literis tradimus, qua ferè patro nostro sermone varijs in locis, in quibus peregrinari contigit, concionati sumus, demptis plane ys, quæ, cùm pro ratione regionis, in qua versabamur, dicerentur, alijs non adeò futura v/si censemebamus. Etenim id industria pīj, docti q; concionatoris relinquendum est, vt peculiares populi mores perstringat, atque ad vsum maximè auditorum suorum accommodet, atque ea explicando ampliet, quæ generatim, breuiterq; dicta legerit. Sunt enim, vt Aristoteles dixit, sermones de moribus tanto viliores, quanto magis familiares. In quare prudentia opus est præcipua, ne, dum virtus insecatur, personis potius notam inurat.

Neque illud tacebo, me id, quod plerique hoc tempore in prelio habent, nō admodum laborasse, vt Poeticis, Historicis, Philosophicis, cæteraq; humana literatura con-

ciones

PROLOGVS

ciones hasce nostras magnopere adornarem. Nam, ne contemnenda ista non puto, quæ moderate & obiter adhibita non nihil habent cum decoris, cum adiumenti: tamen eam habere præcipuam & plurimam concionum sibi collectilem, quod nonnulli faciunt, ineptissimum, atque à Christiana gravitate alienissimum semper duxi. Habent

Ambr.lib.
7. in Lucā.
[Siliquas
pro exili
virtute ina
niū homi-
nū, sermo-
nūq; iactā
tia, qui ni-
hil pdesse
posseant,
inani qua-
dā philoso-
phie sedu-
ctione, &
quodā so-
norō facun-
dīe plau-
sa, pompā
magis, quā
vtilitatem
aliquā de-
monstran-
tes.]

ea applausum popularem quendam inanem, fructus solidi (quem querere, relicto inani siliquarum crepitu, quemadmodum Ambrosius, Augustinusq; consentiant, Doctores Ecclesiastici debent) vel parum, vel nihil habent. Est propria sacrarum concionum supellex, doctrina fidei & morum sana & irreprehensibilis, ut Paulus loquitur: est literarum sacrarum copiosus, atque ap- positus v̄sus: sunt Patrum sententiae, commentationesq; illustres, quæ tum dicenti fidem, tum dignitatem non vulnus garem dictis conciliant. Quæ verò ad curiositatem tan- tūm, aut ineptum aurium pruritum faciunt, aut plau- sum, cachinnumq; mordacitate Satyrica excitant, ea in scenam potius, tanquam histrionum propria, releganda sunt: pulpitum certè Ecclesiasticum summopere dedecet. Illud enim ubique quidem curandum, sed in concionibus singulari diligentia enitendum, ac præ oculis semper habendum, confirmabat præclarissimus nostri temporis con- cionator: quod Apostolus monuit: Omnia ad ædifi- cationem fiant. Huc omnis cura, cogitatio, studium omne conferendum Ecclesiastico Doctori, seu manis ora- quæst. Euā tori, ut populum Christianum ædificeat, docendo, erudien- do, arguen-

Titum 2.
1. Cor. 14.
Aug.lib.2.

AD LECTOREM.

do, arguendo, exhortando. ¶ Habis, Lector, opera huius nostræ rationem, quam si vñsu probaueris, ac re ipsa frumentos am tibi perspexeris, adiungemus, Deo bene annuente, quæ in hoc genere restant reliquas (inquam) conciones de Aduentu, de tempore Paschali, de reliquo tempore, tum de Festis Sanctorum, tum extraordinaria argenta funebrium, aliarumq; rerum complurium, quæ pro diversa occasione euentuum vñsu esse possint. Etenim, Lector, experiendi magis animo, quam existimatione aliqua, hac in eo genere prima à nobis in lucem prodire, certum habeto: quibus si accidat, quod de genere inutili hominum Scriptura dicit, natos esse quasi non natos, illa me sane cogitatione facile consoler, quod in seruuli opera Christus non tam fructum, quam voluntatem requirat.

gel.ca. 33.
[Siliquæ,
quib; por-
cos pasce-
bat, secula-
tes do-
trina ne-
tili vanita-
te resonan-
tes, quibus
landes ido-
lorum, fa-
bularumq;
vario ser-
mone, atq;
carmini-
bus percre-
pant.]
Eccli. 44.

INDEX

INDEX CONCIONUM,
quæ in hoc opere continentur.

IN Feria quarta Cinerū. Concisiones quatuor. pag. 1.
Feria Quinta post Cineres. Concilio una. pag. 26.
Feria Sexta post Cineres. Concilio tres. pag. 32.
Sabbato post Cineres. Concilio una. pag. 52.
¶ Dominica prima in Quadragesima. Concilio quinque. pag. 59.
Feria secunda post Dominicam primam Quadragesimæ. Concilio duorum. pag. 95.
Feria Tertia post Dom. 1. Quadragesima. Concilio una. p. 108.
Feria Quarta post Dom. 1. Quadragesima. Concilio duorum. p. 114.
Feria Quinta post Dom. 1. Quadragesima. Concilio una. pag. 129.
Feria Sexta post Dom. 1. Quadragesima. Concilio duorum. pag. 137.
Sabbato post Domin. 1. Quadragesima. Vide in Dominica sequenti.

¶ Dñica Secunda in Quadragesima. Concilio quatuor. p. 151.
Feria secunda post Dom. 2. Quadragesima. Concilio una. p. 179.
Feria tertia post Dom. 2. Quadragesima. Concilio una. pag. 185.
Feria quarta post Dom. 2. Quadragesima. Concilio duorum. p. 193.
Feria quinta post Dom. 2. Quadragesima. Concilio duorum. p. 205.
Feria sexta post Dom. 2. Quadragesima. Concilio tres. p. 224.
Sabbato post Domin. 2. Quadragesima. Concilio una. p. 242.

¶ Dominica tertia in Quadragesima. Concilio tres. p. 251.
Feria secunda post Dom. 3. Quadragesima. Concilio una. p. 270.
Feria tertia post Dom. 3. Quadragesima. Concilio una. p. 277.
Feria quarta post Domin. 3. Quadragesima. Concilio duorum. p. 287.
Feria quinta post Domin. 3. Quadragesima. Concilio una. p. 305.
Feria sexta post Domin. 3. Quadragesima. Concilio quatuor. p. 312.
Sabbato post Domin. 3. Quadragesima. Concilio una. p. 341.
¶ Dñica quarta in Quadragesima. Concilio quatuor. p. 349.
Feria secunda post Dom. 4. Quadragesima. Concilio una. p. 389.

Feria

- Feria tertia post Domin. 4. Quadr. Conc. vna. p. 396.
Feria quarta post Dom. 4. Quadr. Conc. tres. p. 402.
Feria quinta post Dom. 4. Quadr. Conc. duæ. p. 422.
Feria sexta post Dom. 4. Quad. Conc. quatuor. p. 439.
Sabbato post Domin. 4. Quadrag. Conc. vna. p. 471.
¶ Dominica in Passione. Conc. tres. pag. 477.
Feria secunda post Dom. passionis. Conc. vna. p. 500.
Feria tertia post Dom. passionis. Conc. vna. pag. 506.
Feria quarta post Dom. passionis. Conc. duæ. p. 513.
Feria quinta post Domin. passionis. Conc. duæ. p. 528.
Feria sexta post Dom. passionis. Conc. tres. pag. 543.
Sabbato post Domin. passionis. Conc. vna. pag. 564.
¶ Dominica in Palmis. Conc. duæ. pag. 568.
Feria secunda Maioris Hebdomadæ. Conc. vna. p. 583.
Feria quinta in Cœna Domini Conc. quatuor. p. 593.
¶ Dominica Resurrectionis Dñi. Conc. vna. pag. 625.
Feria secunda post Pascha. Conc. tres. pag. 630.
Feria tertia post Pascha. Conc. duæ. pag. 654.
¶ Dominica in octaua Paschæ. Conc. tres. pag. 665.

ERRA.

E R R A T A.

Numerus paginarum à pagina 199. usque ad paginam 305. errore iteratus, ordine consequenti emendetur.

Pagina.1.lin.1.Gen.1.leg.Gen. 11. Pag.8.lin.4.venerem.1 g.venitem. Pag.12.lin.32.Bersabee.leg.Bethabee. Pagin.45.lin.20.Dominus.leg.Dominum. Pag.59.lin.20.Marc.4.leg.Math.4. Pagina 93.lin.vl.inglutiei.leg.ingluici. Pag.1.6.lin.25.eit memor.leg.es memor. Pag.153.lin.32.16 idoneum.leg.rei idoneum. Pag.154.lin.21.Iudas.leg.Ludas. Pagin.149.lin.vlt.reuocas.leg.reuocat. Pag.260.lin.5.Gierzi.leg.Giczi. Pag.272.lin.1.& alibi.Neptalin.leg.Nephthal. Pag.305.lin.25.coniug.leg.coniungi. Pag.308.lin.30.Socris.leg.Socrus. Pag.317.lin.9.intueatur.leg.intueatur. Pagina 328.lin.28.fecit.leg.ferit. Pag.338.lin.23.esset.leg.essent. Pagina 357.lin.vlt.dicas.leg.duas. Pag.390.lin.vlt.documentis.leg.deumentis. Pag.410.lin.31.adulti.leg.adulteri. Pag.416.lin.1 facere.leg.fecere. Pag.432.lin.31.Maleddon.leg.Mageddon. Pag.448.lin.18.Sulte.leg.Sultes. Pag.461.lin.3.cerminus.leg.cernimus. Pagina 503.lin.antep.molesta.leg.molesta. Pag.508.lin.30.cateraque.leg.caterarum.que. Pag.543.lin.25.& alibi.concilia.leg.confilia.

Con estas erratas esta correcto este libro conforme a su original. En testimonio de lo qual lo firme. En Salamanca,
oy 12. dias del mes de Nouiembre. Ann. 1596.

El Corrector,&c.

Manuel Correa
de Montenegro.

In Indice locorum Sacrae Scripturæ testimonia, quæ pertinent ad Ecclesiastem, attributa sunt per errorem libro Ecclesiastici.

In hac ipsa pagina, lin.1.vbi emendatur Gen.11.
emendetur Gen. 3.

T A S S A.

Esta tassado este libro a tres maravedis el pliego.

INFERIA IIII.

CINERUM.

CONCIO PRIMA.

Puluis es, & in puluerem reueteris. Gen. 1.



ÆC in reum hominē digni olim *Pars prima.*
fœderis violatorem, à supremo iu- *Quod resolu-*
dice iustissima sententia damnati- *tio hominis*
onis pronuntiata est ; ut qui su- *in puluerē,*
perbia elatus in cælum altissimum *fit pena pec-*
conscendere conatus esset, seque *cati.*
Deo propemodū cogitatione
æquasset, cum magna ignominia
audiret, & puluerem se esse vilissi-
mum, & in puluerem demum, un-
de ductus esset, reversuram. Admirabilia sunt iudicia Dei,
æQUITATIS plena. Solent in rebelles ciues à principibus ex po-
nax constitui, vt illorum ædes solo æquentur ; vt pro ampla
olim, & superba mole, ruderā tantum, omni iniuriæ exposita
stercorum extent; vt denique erecta ibidem columnā in sem-
piternū dedecus tum scelus, tum supplicium perduellium
per spicula inscriptione declarerit. Hoc mihi sanè illa in nostri
generis authorem opprobrij plena sententia significare vide-
tur : [Puluis es, & in puluerem reueteris.] Nam si præsentem
hominis statū inspiciamus, quid (quæso) aliud apparet, quam
tetur quoddam sterquilinium, fœtore graue, fœribus cu-
tis expositum? vt nō immerito Seneca dixerit. [Nos corpus *Seneca epi-*
esse turpe sortitos, nec videre, quam multa nos incomoda *stol. 121. ad*
exagitent, quam male nobis conueniat hoc corpus.] Quis *Lucilium.*
enī illius miseras narret? morbos, corruptiones, fœditates,
inopias, ceteraque innumera mala? Quanta verò inconstans,
& imbecillitas? Nonne puluerem rectè dices? Quid si etiam
in flagitia, & turpitudines omnes prouum cogites, nonne

etiam lutum, imò verò cœnum verissimè appelles? vt non solum puluerem, sed lutulentum etiam puluerem se ipse facile intelligere possit? apud Iob sanè Baldad Sahites ita prouniciat. [Homo putredo, & filius hominis vermis.] Humanæ naturæ miserias præclarè deplorat Bernardus his verbis;

Iob 25. *Bernard. in serm. feriae quartæ hebdomadæ pœno patientie.* In fordibus generamur, in tenebris confouemur, in doloribus parturimur, ante exitum miserias oneramus matres, in exitu ore vipereo laceramus, mirum quod non ipsi quoque nosæ, de pœno patientie, laceramus. Primam vocem plorationis edimus, vt pote in fione Domini vallem plorationis ingredi, vt illud nobis sancti Iob ex omnibus parte possit aptari. [Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miserijs. Multis (inquam) & multiplicibus miserijs corporis, miserijs cordis, miserijs cum dormit, miserijs, dum vigilat, miserijs, quaqua uersum se vertat.] Hac Bernardus in præsentem hominis statum intuens, nec dissimilia Cyprianus propositum nobis Genesis locum tractans, [Huius (inquit) sententia vinculo colligati omnes, & constricti sumus; In tristitia & gemitu sumus, necesse est, omnibus diebus vita nostræ. Vnde unusquisque nostrum cum nascitur, & hospitio huius mundi excipitur, initium sumit à lachrymis, & quanvis omnium nesciis, & ignarus, nihil aliud non sit in illa prima nativitate, quam flere. Providentia naturali lamentatur vita mortalis anxietates, & labores; & processus mundi, quas ingreditur, in exordio statim suo ploratu, & gemitu rufis anima testatur.] Talis vita humanæ cōditio præsens. Iam verò si ad futura referamus animum, quid erit tandem homo? quid nisi puluis, & fauilla tenuissima? Damna-tus nempe est, pœnam suam agnoscat, velit, nolit, necesse est. [Puluis es, & in puluerem reverteris.] Durissimus diuinæ sententia in hominem executor mors est. [Hoc iudicium, ait Sapiens, à Domino omni carni.] Itaque neminem mors veretur, nemini parcit. Et nobili, & præpotenti, & ipsi Regi antiqua lex dicitur, & lege agitur. Puluis es, & in puluerem reverteris. [Aequo, mors pede pulsat, vt lyricus dixit, pauperum tabernas, Regumque turres.] Etenim octo, aut decem dies prorogare vitam posse, quid refert? Certè carceri mandati omnes sumus, vinculisque constricti: mortis subeunda sententiam omnes accepimus, manet enim in omnem

Cyprian. in serm. de bono patientie.

Ecli. 41.

Horatius.

nem posteritatem Ad& fixa Dei sententia: morte morienti-
ni. [Sicut in humanis iudicijs, (non mea sunt, sed Chrysosto-
mi verba) quando quis sententia lata, ut capite plectatur,
iterum in carcerem coniicitur, licet ibi malto tempore
agat, nihil tamen melius habet defunctis, & mortuis: Ita ho-
mines, ex quo mortalitatis sententiam acceperunt, tametsi
longo tempore durauerint, nihilominus sententia Dei, mor-
ti traditi sunt.] Igitur seu rideas homo, seu dormias, seu quid-
uis agas, mortis manu teneris, atque hora destinata fato, planè
appropinquat. Hic finis fastum istum, gloriamque morta-
lium omnem excipiet: huc denique evadent studia, curæ,
cogitationesque omnes. O fallax rerum humanarum spe-
cies. Quid enim animo sensisse putemas, vel Saulen illum
populi Hebrei Regem, cùm in diem proximum mortem
affuturam sibi audisset, vel Agagum illum exclamantem
ad gladij imminentis conspectum, vel certè illum diuitem
in lecto quiescentem, & innumera sua bona reputantem,
cui nox ipsa ultima futura denuntiata est? [Stulte, hac no-
ste repetent animam tuam à te, & quæ parasti, cuius erunt?] Nempe hoc iudicium à Domino omni carni. Damnatum se
cogitet homo, futurumque breui, ut merita de noxio capite
peccatum sumatur.

At subit mentem diuinæ sapientiæ, & bonitatis ma-
gnitudinem admirari, quæ supplicium in remedium ver-
tit, de poena medicinam facit. [Cùm iratus fueris, miseri-
cordiæ recordaberis,] canit Abachuc, nec dissimilia Da-
uid: [Misericordiam, & iudicium cantabo tibi.] Itemque.
[Vniuersa via Domini misericordia, & veritas.] Rectè
sanè habet prouerbium, insanum poena fieri sanum. Ita-
que cùm vniuersi nostri incommodi, & danni causa exti-
terit superbia, quod nos minimè agnouerimus, quod in
altum erigi voluerimus, ex humilitate profecto omne
salutis principium petendum est, qua sit, ut nostram im-
becillitatem, totiusque boni inopiam penitus perspicia-
mus, atque ita perspectos nos abijciamus, & deprima-
mus coram Domino Deo nostro. Hic sita est salus ho-
minis, ut suæ ipsius inopie conscientia à diuina ope to-
tus pendeat. Quam planè mirabilem humilitatis vim

1. Reg. 18.

1. Reg. 15.

Luc. 12.

2 Quod ea-
dem resolu-
tio in pulue-
rem, sit me-
dicina pec-
cati.Abat. 3.
Psal. 100.
Psal. 24.

efficaciter excitat puluis iste medicinalis, quo Ecclesia sancta hoc die fideles omnes aspergit: suntque veluti carmina illa potentia, seu maxis dictata medicis sapientissimi: [Puluis es, & in puluerem reuenteris.] Extant apud pharmacopolas variorum puluerum medicinalium multæ pyxides: diversis curandis morbis à peritis medicis artificiose confecti pulueres in pretio habentur: at nullus illorum perinde salutaris, atque hic hodiernus, nullus ad efficaciam Ecclesiastici pulueris comparandus. Meritò nostro capiti à sacerdote puluis iniicitur, & vertice, aut fronte suscipitur; ita loco morbo affecto medicina respōdet: siquidem vanitatis vento euanimus, & cerebro moti sumus, humilitatis puluere curati ad sanitatem redite debemus. Quos superbia perculit, humilitas curat. Quām sapienter regina Esther cum Deo collocutura, abiecta regio cultu, cinere implebat caput: Et magnus ille Patriarcha Abraham sic cogitabat, [Loquar ad Dominum meum, cūm sim puluis, & cinis.] Sanctus quoque Iob, non parum eo medicamine vtebatur, qui de se refert: [Operū in cinere carnem meam.] Qui sapienter in sterquilinio etiam sedebat, siquidem quemadmodum beatus Gregorius interpretatur. [In sterquilinio sedere est, de se vilia quæpiam, & abiecta sentire.] Denique omnes nos ad simile medicamentum hortatur diuinus Propheta Micheas: [In domo pulueris (inquit) puluere vos conspergite.] Vbi satis ad rem, de qua agimus, accommodate Paraphrasis Chaldaica habet: [Qui habitatis in domibus puluerulentis, cinere operite capitavestra.] Vult sanè nos propheta copiosè hoc genus pulueris, & colligere, & inspergere nobis: idcirco ad pulueris domum nos mittit, ut plena manu capiamus, ut totos, quanti sumus, nos perfundamus tam probato medicamento. Domum certè pulueris si quis nosse desiderat, non opus est, ut longè abeat: ipsa ipsa terra, quam calcamus, domus pulueris est: tē pulchra maiorum cernitis, & pedibus quotidie premitis: inde puluis huius mundus est. Defunctum vides, quem viuentem videras: cogitate moritum, & in puluerem redditum, cogita verò aliud, diligenter imple animum, sensusque tuos omnes saluberrima huius pulueris cogitatione, in domo pulueris puluere te consperge.

Esther 14.

Genes. 18.

Job 16.

Greg. lib. 3.

mor. ca. 23.

Mich. 1.

Quæ planè intelligens sancta Ecclesia, salutare hoc tem-
pus Quodragesimalis ielianij diesque poenitentiaæ agendæ de 3 Quomodo
statutos ab ea Cineris ceremonia ritè auspicatur, identidem eam medicina
ynicuique fidelium inculcans. [Memento homo, quia puluis vtendū no-
es, & in puluerem reueteris.] Cōstat si quis eū antique Eccle-
siæ more, quemadmodū ex nonnullis Cōciliorū decretis in-
telligi potest, ut hoc ipso die sacerdotes publicis poenitentia-
bus habitū poenitentiaæ cōuenientem tribuerent, id est, laccū, Dist. 50.ca.
& cinerem, quod solenni ceremonia faciebant: eū habitū pœ-
nitentes vslq; ad diem coenæ Domini gestabant. Tantus erat
illis priscis temporibus fidei, & religionis ardor, tempore proce-
dente, ut pleraque alia, refrixit etiā hic facer vlus, conuersu-
tū que in eū esse videtur, quem tenemus. Quia enim peccatores
sumus omnes, sed peccatores haberi nolumus, pudori nostro
(sic existimare fas est) cōsulens pia mater, in omnes sine discri-
mine ceremoniam salutarem Cinerum cōmunem esse decre-
uit, qua certè excitemur omnes ad piā, salutisque plenissimā
cogitationem, ut miseriæ propriæ admoniti, atque instantis periatur in
mortis memores, Deo per humilitatem nos subiecti amus, ac
peccatorū nostrorum acerba vulnera curare nitamur. Quæret betur tamē
fortasse quispiam, Ecquam curationis rationem inire possem eadē senten-
cineribus istis? Dicā equidem; nullum est morbi genus, quod tia in Pomi
nō mirificè curetur hoc pharmaco. Nam si te extollit ambi-
tio, atque huius seculi prosperitate in superbiā raperis, vide, dine Roma-
quò tandem tendat tota vitæ mortalium pōpa, quem exitum no à pag. 24
habeant Regna, atque imperia. Nonne verè monet ille, qui di- vīsque ad
cit. [Quid superbis terra, & cinis? homo cū interierit, hæredi- 30. vi in de
tabit serpentes, & bestias, & scorpiones.] Quod si libido pul- creto Grego
sat, & carnis concupiscentia inflammat, quid caro sit, & quæ riano legi-
corruptela carnis, optimè hic ipse puluis te docet, quæ si tibi mus.
affricueris, ardorem sine dubio carnis extingues. Vtū nobis Eccles. 10.
les fœminæ inter illos puluisculos, quos faciei comendæ, &
pingendæ adhibent, etiā hunc salutarē puluerem interdū ad-
hicerent. [Hæccine est illa Iezabel?] Regina præpotenti, & 4. Reg. 9.
formosa, sed lacrata iam, & canibis exposita; ita homines
insultabant. Etenim omnis caro scenum, & gloria eius sicut
flos sceni.] Puluis es, & in puluerem reueteris. Iam verò qui
avaritia laborat, intelligat nihil sibi isto puluere salutarius.

Psalm. 48. Resoluit s; mihi crede, hic puluis omne istū humorem nōxiū, tumoremq; depellit: [Homo enim cū interierit, nō sumet omnia, neq; descendet cū eo gloria eius.] Atque aliās: [Quid necesse est homini maiora se quærere tempore, quod velut umbra præterit?] En tibi optimā avaritiae medicandae rationem. *Ecclesiastes. 7.* Quid astum est de divitis illius congestis opibus? Quid de Nabalo locuplete, & illiberali, & duro? Mors omnia resecat, nihil prouersus relinquit. Quantò melius monet ille: [Fili, si habes, benefac tecū.] Deniq; humilitatem spiritus, carnis mortificationē, fortunā idoneum vnum in pauperes, puluis iste hodiernus operatur. In his salus anima sita est, quam saerato hoc tempore vniuersi Christiani quærimus.

4. Quod pulueris nostrī Verūm sicut te Deus admonuit, atque illius ex persona sancta mater Ecclesia: [Memento homo, quia puluis es, & in puluerē reueteris.] Ita tu quoque vicissim Christiane, admoneto Deū: id est, ipsum medicū tuū, atq; ex æqua ratione respondere: [Memento, quælo, quod sicut lutum feceris me, & in puluerē reduces me.] Quid mirū, Dñe Deus, si lutū cūm sim, fordescam? Quid faciet puluis exiguis, cūm ventus vehemēs perflat? nonne tolli hunc, & dissipari necesse est? Quid si pulueri etiā imber incumbat, nonne in lutū, & fordes vētū cōtinuō oportet? lutū mea est caro, ò Pater bone, quid irasperis, quod forderuerit? quin pōtiū miserere infirmitatis tantæ. Puluis ego sum, fatior, si vanitatis vēto elatus sum, quid miraris? Si accedente etiam ille celebrū carnalium humore, cōeno simus eius etiam; cōditioni miserrimæ tribue. Parce igitur confenti, & agnoscenti miseriā suam. Ita (fratres) exercere debeamus animū his pijs, sanctis, ac salutaribus cogitationibus, atq; utinā nos ipsi bene, atq; ex integro agnosceremus, fieret certe, vt facile diuinā clementiam impetraremus. Utinā sic nos puluerem nostrū ad agendā poenitentiā cogitaremus, quemadmodū clementissimus Pater ad ignoscendum peccatis nostris, pulueris nostri memoria permouetur. Quam bene Psalmus id cantat: [Quomodo miseretur pater filiorū, misertus est Dñs timentibus sc. Quoniā ipse cognobit figmentum nostrum, recordatus est, quoniā puluis sumus.] Quæ verba Augustinus tractans, ita philosophatur: [Fili si ploras, sub patre plora: Noli cum indignatione, noli cū typho superbię. Quod patris.

Augustini in:

Psal. 102.

pateris, unde plangis, medicina est, non poena, castigatio est, non damnatio. Noli repellere flagellum, si non vis repelli ab hereditate. Noli attendere, quam poena a habeas in flagello, sed quem locum in testamento, sicut miseretur pater filiis, sic misericordia est Domini timentibus eum. Quoniam ipse cognovit segmentum nostrum, id est, infirmitatem nostram. Nouit, quid fecerit, quomodo lapsus sit, quomodo reficiendus : Ecce facti sumus de ligno, memento, quod puluis sumus. Perleueret erga nos misericordia tua. Ne obliuiscaris tu segmentum nostrum : ne obliuiscatur nos gratia tua. Hec ille. Meminerit proinde homo puluerem suum, ut se demittat, & poenitentiam agat, neque vero dubitet, quin Deus ipse, qui condidit, memor futuras sit huius pulueris, ut nostrae fragilitatis misertus, veniam petentibus, non solum peccata condonet, verum etiam vitam eternam, ac beatam tribuat, per Christum Dominum nostrum, Amen.

IN EADEM FERIA, CONCIO SECUNDA De lectione Euangelica.

Cum ieunatis, nolite fieri, sicut hypocrita, tristes. Matth. 6.



DEST nobis (fratres) solene ieunij tempus, hospitem præstantissimum qua ratione excipiamus, prouidendum est; quippe cum se se pro dignitate excipientes, remunerari amplissime soleant. Sunt vero perquam multi, ut S. Chrysost. in quadam de poenitentia homilia commemorat, qui perinde se ieunio accipiendo comparat, ac si horridum aliquem hostem expectaret. Nam qui urbi aut arci, in qua agunt, hostem parare obsidionem vident, muniunt sanse, & omne genus comeatus intrò importandum curant, ne obsidionem tolerare non possint. Itaque & frugum, &

1. ieunium
alacriter
scipendum,
Chrysost. homil. 1. de penit. Plurimes video homines pigritantes, & ignorantes,

non fecerat nisi
horrido cuiusdam
atque agresti
dandi in manus essent, cra-
pula hodie, at
que ebrietate
se impletent,
gulaq; & in-
glutie ieunium
praeuenientes.

vini, & ceterorum maximam copiam aggerant: cum praesertim ho-
sti futura ea prædictæ prouident. Hec plane vestra est cum ieunio
ratio. Quid enim aliud sibi voluit proximi dies Bacchanaliū,
sive Carnobaliū aet? Nonne venerem aduersum ieunium iam
imminens, quanto potuistis cibo, potuque munitis? Quan-
tu gulæ indulxit a plerisque est? Quæ copia fartarum, elixa-
rum, atque omne genus cöditarum carnium? Népe ieuniū iā
adesse cernentes, quæ ab illo auferri vobis iniquo animo fertis,
ea præcipere, atque in ventre cödere properastis. Ergo inimi-
cū vos expectare lati testati estis. At certe ieuniū nequaquam
inimicū existimare par est, sed amicū potius verissimum, cuius
sit vobis opera maximè utilis. Quem proinde amicū hilares, læ-
titiaeque pleni suscipere debemus. Sic nos Christus instituit.
[Cum ieunatis (inquit) nolite fieri, sicut hypocritæ, tristes.]

Idem in ead.
bomil. Velut
eiam cum fe-
ris dimicatu-
ri, armis mul-
tis se muniunt,
atq; ita bellū
fusciunt, sc
nunc homines
plurimi, quasi
cum fera qua-
dam pugnatū-
ri, ventris se
muniunt cra-
pula, &c.

Vult nos gaudio perfundi, cum ieunamus, quod tristitia vi-
res, animuque deiiciat, contraria gaudiū, robur, virtutemque affe-
rat. [Gaudium etenim Dñi, aiebat sanctus Esdras, est fortitu-
do nostra.] Quamobrem Ecclesia sacrosancta hodie pro fide-
libus ita precatur. [Vt ieuniorū veneranda solennia, & con-
grua pietate suscipiant, & secura deuotione percurrant.] Hoc
idem tu debes (Christiane) à Deo petere cum omni alacritate,
pro tanto munere immensæ illius bonitati gratias agens. Ille
porro tristetur, ille moerentur, qui valetudine, aut alia vi impedi-
tus ieunare minimè potest. Sicut ficer Augustinus monet, cu-
ius verba recitabo. [Qui ieunare non præualeat, secretius sibi
soli accipiat, & illos, qui ieunare præualent, ad prandiu non
inuitet. Sufficiat illi, q; ipse ieunare nō præualeat, & magis cū
gemitu, & suspirio, & animi dolore manducet, pro eo q; alij
ieiunantibus, ipse abstinere nō potest.] Exempli sit beatus Pá-
pa Gregorius, qui cum vehementissimo morbo grauissimæ
syncopes teneretur, cogereturq; ad ducendā vitam idētidem
cibū capere, tanto dolore affectu se ipse narrat, q; ieunare nō
posset, vt lachrymis, & precibus, adhibita quoque sancti mo-
nachi Eleutherij intercessione, vt ieunare sibi licet, saltem
diē unum pro magno munere impetravit. Ne igitur se faciles,
vel medici, vel cöfessarij exhibeant facultatibus pro ieunio
soluendo, aut carnis edendis datis, ne suas ipsi conscientias
lædant, alios vero reddant ingratos angelis, quiteste Basilio
magno.

*Aug. sermone
62. de tempo
re.*

*Grego. lib. 3.
dialog. c. 33.*

magnō, in singulis Ecclesijs describūt, ac recensent iejunatiū *Basil.* in ho-
capita, atq; eos multis, magnisq; iejunij commodis priuent. *mil. 2. de ie-*
[Qui vero iejunare nō potest, redimat eleemosynis, quod nō *iunio.*
potest supplere iejunis, quia illius gemitus Dñs nō requirit,
qui pro se gemitus pauperū sic redemit.] Cōfiliū est sancti
Chrysologī, quod meritō cōmendamus.

Quæ bona iejunij cū tot, ac tanta sint, verè Christus eos
qui iejunant, tristes esse non patitur, sed lātos, atque hilares
vult iejunij bonis perfrui. Ea quidē laeti Patres plurima nu-
merant: nobis interim tria, quæ Ecclesia hoc tēpore canit, sa-
tis erunt, [Corporali, inquit, iejunio vitia cōprimis, mentem
eleuas, virtutē largiris, & præmia.] Vitia carnis iejunio cōpri-
mi, curariq; perspicuū est. Cibi potusq; abstinentiā magnō-
perc & seruasse, & cōmendasse Socratē Xenophon scribit, q
& animo, & corpori maximo usui esse diceret. Sunt genera
dæmoniorū, quale gastrimargiç in primis est, & pessimus ille
Asmodēus, quibus, nisi iejunio, resisti nulla ratione potest, vt
nos docuit ipsa veritas Christus, vitia igitur cōprimit. [Dein
de mentē eleuat.] Ad altissimarū rerū cōtemplationem capiē
dam iejunio instructi Patres accedebāt, quod Moyses, atque
Elias probāt, post quadraginta dierū iejunū ad admirabilem
illā & supra humanam cū Deo familiaritatē vocati. Infinitū
esset veterū nostrorum Patrū iejunia diuturna cōmemorare,
quibus veluti extenuati, & corporaliforce vacui, cœlestes il-
las illustrationes haurire mente poterant. Nam [venter pin-
guis, teste Hieronymo, nō gignit mentem tenuē.] Postremò,
virtutes, & præmia cōfert. Nēpe cūm aliquod ingens donum
à Deo impetrare sancti cupiunt, iejunū adhibere solent. Da-
niel sancit multa inædia, multaq; precatione cōsecutus rādem
est præclarissimā de Messiæ aduentu, ac definito tempore re-
uelationem. Salomō Sapientiæ parandæ abstinentiā sibi ex-
colendā cōfuit. Iudith iejunio brachiū in terra cœ superbi ho-
stis armavit. Plenus Basilius est, plenus Ioānes Chrysostom.
cæteriq; fere Patres, iejunij laudibus, neq; illius cōmendādis
victorijs & trophæis, orationē sibi sufficere, neq; tempus pu-
tāt. Quin etiā ipsi corpori salutare Ecclesia testatur, quæ sic
orat. [Vthoc solenne iejunū, quod animabus, corporibusq;
curandis salubriter institutum est,] &c. Ea ferè bona quæ ieju-

Chrysol. ser.

166.

2 Tria ieju-
ny bona.*Xenophon*
lib. 1. de di-
ctis, & fa-
*ctis Socra-**tis.**Marc. 9.**Hierony. in*
epist. ad Ne-
potianum,
*Dan. 9.**Eccles. 21.*

Athanaf. de virgin. sexu. uanda. nio cōparati diximus, magnus Pater Athanasius breui oratione cōplexus est: [Vide, inquit, quid faciat ieuniū: morbos sanat, distillationes exsiccat, dē nones fugat, malasque cogitationes expellit, & mentem nitidorem reddit, & cor purgatus, & corpus salubrius, & ad thronū Dei homines sistit.] Quæ cū ita habeant, per picuum planè sit, meritò Christum, cū ieui namus, alacres nos, lætosque esse iubere.

3. Quomodo simul leti- simul tix tēpus vocat. Verū pia hæc, & spiritualis lætitia nullo modo contraria existimāda est illi salutari tristitia, ad quā nos ipsum pœnitētiām, simul tix tēpus vocat. Neq; enim simpliciter Christus dixit: [Cū fletam postu ieunatis, nolite fieri tristes.] Sed dixit potius: [Nolite fieri, letieieuniū. sicut hypocritæ, tristes.] Quæadmodū Bernard. etiā animad Bern. ser. 1. uertit. Alioquin cōtraria esset prophetia Euāgelio. Nōne ho in cap. ieui- die Ioēlē tuba illa diuina insonātē audiūimus? [In ieunio, & ny. fletu, & plāctu.] Et mox: [Inter vestibulū, & altare plorabūt sacerdotes ministri Dñi, dicentes. Parce Dñe, parce populo tuo.] Quomodò (quæso) cōueniūt hi propheticī fletus, & lachrymæ cū illa iucūditate, & lætitia Euāgelica? Christus lætitia in ieunio præcipit: Ioēl dolorē, & fletū denūtiat. Sed disceptat Paul. Apost. ac divina testimonia cōciliat, duplē esse tristitiā docēs, vñā seculi, alterā Dei. Illa hypocritarum est propria, quā Christus vetat, hæc sanctorū, quā Ioēl commenda dat: [Tristitia (inquit) quæ secūdum Deū est, pœnitentiam in salutē stabilē operatur: sc̄culi autem tristitia mors est.] Ergo inter se tantopere dissidet, vt vna interiū, altera tristitia afficit vitā, quæ tanè salutaris tristitia, quæ secūdū Deum suscipitur, adeò nō est spirituali Christiana q; lætitia cōtraria, vt illa potius cōfirmet & angeat, quæadmodū est sapienter à Salomonē animadversum: [Cor, inquit ille, quod nouit amaritudi nē animæ suæ, in gaudio eius nō miscerbitur extraneus.] [Vi- Hierem. 2. de, ait Hieremias, quis malū, & amarū est offendisse te Dñm Deū tuū.] Ex ea amaritudine de Dei offensis cōcepta, spes ve- nix oritur, ex spe gaudiū quoddā purū ac syncerū, quo pœnitentis cōscientia fruitur. Quod pater Gregorius dilucidē dixit. [In gaudio animæ hoc lachrymarū solatiū non recipitur, si se prius nō afficit per amaritudinē cōunctionis.] Hoc solu-

Pron. 14. Cui conso- nat illud, Hierem. 2. Ait Hieremias, quis malū, & amarū est offendisse te Dñm Deū tuū.] Ex ea amaritudine de Dei offensis cōcepta, spes ve- nix oritur, ex spe gaudiū quoddā purū ac syncerū, quo pœnitentis cōscientia fruitur. Quod pater Gregorius dilucidē dixit. [In gaudio animæ hoc lachrymarū solatiū non recipitur, si se prius nō afficit per amaritudinē cōunctionis.] Hoc solu-

Gregor. in expos. 1. Cui conso- nat illud, omni A. A.

diū, quale hypocritā in stat' punēti, vt in Job legimūs. Itaque, *Hinc sem-*
fratres mei, dolori vacādā est, & salutaribus lachrymis toto per doleat,
hoc sacrata quadragesimā tēpore. Ad luctū nos, & gemitum & de dolō-
impellunt scelerā nostra, quorū agere pœnitentiam oportet; re gaudeat.
excitat ad pias lachrymas recordatio passionis Christi, quam De Pœnit.
ille acerbissimam pro nobis tulit. Flere nos cogunt innumera dist. 3. ca. si
piacula ab ingratia hominibus in Deū vbiq; admissa, quæ gra- *Apostolus.*
vissimā offensiū nūminis vindictam pœsim minatur. Ergo An ex lib. deye
gelū cogitemus diuinitus iessum hoc tempore omnium no- *ra & falsa*
strum facies, vultusq; inuisere: & Thau illud crucis Domini- pœnit. c. 13.
cæ signum, super frontes virotum inscribere, qui dolent, ac Job 20.
gemunt mala, quæ sunt in nostra Hierusalem.

Ezech. 9.

Ac plane timendū est, ne salutare tempus in perniciē no- 4. *In eos,*
bis certā vertamus, qui fletu, & planctu & ieiunio spretis, ad qui in qua-
quæ nos Dei clementia invitat, choræs potius, & libidini, & dragesima
cōuiuijs vacamus, comædias spectamus, aleæ damus operam, pœnitētiam
iocis, cachinnisq; dissoluimur. Ecclesia quidem luctū indicit, negligunt.
cineres proponit, lugubres vestes, & voces sumit, vt omnes
ad pœnitentia allicit, vel potius extimulet. Filii porrò im-
*pij & vesani contemnentes optima iussa matris, adhuc lasci-*Ez. 22.**
uant, & turpius se gerere pergunt. O quā formidandū est, ne
divina ira in illos sceleratos exardeat. Audite, audite Dei
Prophetam Esaiam terribilia minantem: [Et vocabit Domi-
nus Deus exercituum in die illa ad fletuin, & ad planctum, ad
caluitum, & ad cingulum facci: & ecce gaudium, & latitia,
occidere vitulos, & iugulare arietes, comedere carnes, & bibe-
re vinum. Comedamus, & bibamus, cras enim moriemur.]
Hactenus Dei clementiam ad pœnitentia remedia vocātem,
atque hominum contrā iniquitatem hoc ipso pœnitentia
tempore amplius gula, & lascivia indulgentem deleripit.
Iam quantus ex eo scelere Dei furor exercitatus sit, exponit:
[Et reuelata est in auribus meis vox Domini exercituum, si *Ez. 22.*
dimitetur iniquitas hæc vobis, donec moriamini, dicit Do-
minus exercituum.] Pergite igitur Dei clementiam irritare,
pergit novis sceleribus, cum pœnitentiam offert,
vetera cumulate, experti scilicet, an Deus se irriter pa-
tietur: [Si dimittitur, inquit, iniquitas hæc vobis, donec
moriāmini.] Ipsi verba ardente quandā animi indignatione
produnt,

produnt, ita concisa, neq; absoluta sententia. Cetera sane criminis, quanuis magna, pœnitentia tolluntur; at impenitentia ipsa, atq; mali per iucaciam venia omniem excludit. Cum ergo eas, & medicum ad te accersis, quācunq; morborū vim, & malia implicata depromas, dū curari velis, nō offenditur audiēdo medicus, sed potius studijs accenditur ad quærenda opportuna medicamina, & laboranti ex arte opem diligentē ferendā, at si quæ ille dictauerit, tu cōtemnas, si cum iubet inedia vti, tu te ingurgitas cibis, si propinatū pharmacū in cloacā abijcis, denique si salutis tuae recuperandæ curā negligis, quo patato (rogo) tibi ergo operam dabit? omnino & se irrigum, & te proclamat desperatū, necesse est. Ilsa curandi sedalitas in odiū desperationem q; ultimā vertitur. Bene proinde monet Pater Augustinus in quadā huius diei concione. [Si negligeantur (inquit) agimus, si ieunijs, & vigilijs, & orationibus nō infistimus, ipsa nobis medicamenta conuertentur in vulnera, & inde habebimus iudiciū, vnde potuimus habere remediū.]

*August. ser.
51. de tem-
pore.*

*5. Quomodo
lauanda fa-
cies, & vn-
gendam ca-
put ieunian-
ti.*

*Basil. hom.
1. de ieiu-
nio.*

Qui verò cælestis medici iusta capessere cupiunt, & ad mentis salutem ieunio peruenire, meminerint, quale ieuniū imperet Christus: neque enim iejunare Christiano satis est, quod Iudeus facit, & Maurus, & Ethnicus, atque Barbarus; sed Christiane iejunare opus est, hoc est, iuxta Salvatoris nostri præscriptum. Quid illud est. [Tu autem cum ieunias, vngue caput tuum, & faciem tuam laua.] Hæc explicantem Basiliū, potius quā me audite. [Ad mysteria, ait ille, te vocat sermo: qui vngitur, chrismate perfunditur, qui lauatur, abluitur; ablue animam à peccatis, vngue caput chrismate, ut particeps sis Christi.] Fuit sane Hebreis in more positū significāda letitia ea signa proferre, lauare facie, caput vnguento delibutū circūferre: extremo verò luctui, & dolori indicādo contraria, que lauari, neq; vngi datū. Ita egisse Dauid referit, cū puerū ex Bersabee suscepturn iam extinctum cognouit, idque esse miratos vehementer famulos. De Tecuitide illa vidua, & de Ruth nurū Noëmi similia narrantur. Hæc ad historiam sancitatem, sed ad mysterium illud, quod Basilius docet, optimum ieuniū comitem, peccatorum cohibitionem, atque emendationem. [Faciem tuam laua.] Itaque quadragesimæ tempore cautiore esse oportet ad vitanda peccata, namque,

vt Athanasius ait, [Non satis est à cibis abstinere, nisi cessaueris ab omni opere malo, id enim (inquit) verum ieiunium censetur.] Quin etiam ipso statim initio exomologesis & confessio facienda est peccatorum, neque expectandum, quod ineptissime plerique faciunt, vltimæ hebdomadæ tempus, quo fructuosior sit ipse abstinentia labor. Nam [qui ieiunat in peccatis suis, & iterum eadem facit, ait Sapiens, quid proficit humiliando se?] Laua, lana etiam atque etiam sordes animalia: faciem puram in Dei conspectum affer. Vnge præterea caput tuum, hoc est, Christū bono odore perfunde, quod fecit Maria in sepultura Domini; Planius dico: In Christi passione, & morte meditanda assiduè versare. Redemptoris tui tot ignominias, tot vulnera acerba pio tecum versa ac suauissimo affectu. Preciosum sanè vnguentum, quod Christiana ieiunia, afflictionesque ex Christi imitatione suscepas mirifice Deo gratas, tibiique ipsi valde salutares sine dubio reddet. Id, circa enim, teste Leone Papa, [Maiora sunt ab Ecclesia per quadragesimam ordinata ieiunia, vt celebrandis Passionis Dominica mysterijs fideles omnes, & corporibus, & animis purificati, simus aptiores.]

Athanas.de
Virgin.ser-
uanda.

Ecli. 34.

Marc. 14.
Matt. 26.

Leo. Ser. 4.
de Quadrag.

IN EADEM FERIA, CONCIO TERTIA

De lectione Euangelica.

Cum ieiunatis, nolite fieri, sicut hypocrita, tristes. Matth. 6.

VM Sacrosanctū ieiuniū exordimur, quem adiudicatum nobis ieiunandum sit, probè intellegere, multum refert. Neque enim quodvis ieiunium gratum, acceptum que est Deo. Quod illi satis experti sunt, qui cum Deo ipso sic expostulabant: [Quare ieiunavimus, & non Esai. 58. aspexisti: humiliaimus animas nostras, & nescisti:] Quibus vicissim

vicissim ipse respondet. [Nunquid tale est ieunium, quod elegit? Nolite ieunare, sicut usque ad hanc diem.] Hæc apud

Hiere. 24. Esaiam; porro Hieremias non dissimilia docet. [Si ieunaerint, inquit, non exaudiam preces eorum.] Nam, ut sanctus *Maximus in homil. de ieunio.* Maximus dixit, [Dominus sacramentum dedit, perfectamque regulam ieunandi, nec vult disciplinæ cœlestis Magister irreligiosè agi, quod fieri pro religione præcipitur.] Etenim, fratres, bona facere non satis est, nisi bona etiam bene fiat. At ut bonum Christianumque opus bene fiat, potissimum pendet ex fine proposito; nihilque ita valet ad actionum nostrarum honestatem, & laudem, ut animi recta, puraque in Dei obsequium, & gloriam intentio. Recte protinus Cicero dixit, plus fines, quam officia pensari. Recte etiam Diuus Ambrosius, [Affectus tuus operi tuo nomen imponit.] Quippe cum apud Deum pluris fiat operis finis, quam opus ipsum, quemadmodum Evangelica illa sententia perspicue docet. [Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit.] Corporis nomine externum ipsum officium, atque opus intelligit, oculum mentis internam intentionem appellat, ut

Greg. lib. 3. docet Gregorius, quod dirigit ipsa, atque ducat, quo velit, *mor. cap. 9.* gressus hominis. Quæ cum ita habeant, hodierna lectione

& libr. 18. Christus modum ieunij p̄ij, & Christiani, ne frustra Iustificatur, docere nos vult. Ut enim armorum apparatus, ei qui ar-

simplex intentione recta. simis uti non norit, potius impedimento est, quam commo-

do, & præsidio, quod David rūdis adhuc pastor Regis Saulis

1. Reg. 17. armis oneratus magis quam instrutus præ se tulit, ita virtutis ipsa exercitatio, si modus desit, parum animum iugat. Gla-

dium si non capulo, sed cuspidē cœperis, te feriet, non hostem; tormentum bellicum si retrouersum excutias, tuos, non ad-

uersarios offendes. Quare spiritualia arma nobis præbere non satis: pietatis optimus Dominus, idemque dux noster Chri-

stus, etiam usum armorum milites suos docet. Benedictus Deus, qui docet manus meas ad bellum, & digitos meos ad

prælium.] Discamus ergo studiose, quo pacto scutum fidei sumendum, quo pacto gladius spiritus intentandus; quæ sit ratio ieunij Christiani seruanda, quod est armorum genus ad-

uersus inuisibilis hostes potentissimum.

2. Omnes Primum proinde, ac præcipuum præceptum esto, ieunij nostri

nostris finem nō alium esse oportere, quām Deū; in omnibus nostras a-
quidē actionibus nostris ita Apostolus præcipit, neq; cū ieiū f̄tiones in
namus modò, sed cūn vescimur quoque. [Siue manducatis, *Dei gloriā*
inquit, siue bibitis, siue aliquid aliud facitis, omnia in gloriam debere diri-
Dei facite.] Quid est, obsecro, in gloriam Dei? vt præcipius
certè tuꝝ actionis scopus sit Deo placere, Dei volūtati pare-
re, sicuti fidelē seruū videmus in ijs, quæ agit maximè ad heri
sui volūtatē, votūq; respicere: gloriā vero suā nō abs re Deus
dicit, q; iuxta ipsius pr̄scriptum, vel comedas, vel abstineas,
vel dormias, vel vigiles; quippe cū à rationali creatura nullus
posit honor maior cōditori Deo tribui, quā exacta in omni
re obediētia, vt q; in nulla omnino actione à diuina lege volū-
tas humana discrepet. Hac suā ipsius gloriā nemini se tributu-
rū p̄fitetur. [Ego Dñs, & gloriā mēa alteri nō dabo.] Vt enim *Esa. 42.*
principiū esse omniū efficiēs q; soli Deitati propriū est, neq;
alteri cōmunicari ea gloria potest, ita finē esse omniū vltimū,
& maximū, in nullā omnino rē, pr̄ter illā Dei maiestatē, cō-
gruere potest. Ipsius vox est s̄p̄ numero repetita. [Ego sum
alpha, & omega. In hūc igitur finē vt scopū sibi pr̄fixū iacu-*Apoc. 1. 21*
lari homines debēt, pīj pr̄sertim, ac religiosi, quibus in cāti-*& 22.*
cis amāter loquitur. [Pone me, vt signaculū supra cor tuū, vt *Cant. 8.*
signaculū supra brachiū tuū.] Vt affectiones cordis huc diri-
gamiss, vt quicq; id brachio molimur, & manibus, huc cōuer-
tamus. In libro Regū scriptū legimus. [Et pr̄cepit David, vt *2. Reg. 1.*
docerēt filios Iuda arcū, sicut scriptū est in libro iustorū.] Nē
pe in libro iustorū propriē ea sciētia traditur, rectē iaculādi,
arcū bene intorquēdi, scopum verissimum collimādi: in Dei
ipsius gloriā scilicet opera cūcta dirigēdi. Quare nō immer-
to vituperatur tātopere, & carpitur ille arcus falsus Ephraim.
[Facti sunt, inquit, arc⁹ dolosus.] Quis est verò arcus dolosus? *Osea 7.*
Profestò ille, qui cū quoquā versus intēdi videatur, diuersum
tamen istu petit. Hisunt prorsus, hisunt hypocritæ illi, quos
Euangelica hodierna lectio reprehendit, qui speciē quidē ha-
bēt pietatis, sed virtutē eius abnegarūt, qui Dei obsequium,
& cultum studijs suis pr̄texunt, reuera ad proprios honores
aut commodum omnia sua officia comparant. Per magni er-
go refert animi nostri affectiones intimas probē examinare,
& sicubi delectunt à vero, reuocare, atq; quō decet, dirigere.
Id

Hierem. 7. Id quod sæpenumero Hieremias propheta monet, repetens
18. 26. & eandem sententiam, [Recta facite studia vestra,] Siquidem
35. pendent actiones omnes nostræ ex fine, quicunque petunt, tanto-
que meliores, ac Deo gratior es existunt, meritique, & valo-
ris plus habent, quanto perfectiori, & pùriori intentione pa-
trantur.

3. Ieiunandum propter Deum.

Moram traximus (fateor) aliquantò longiorem: sed rei magnitudo, & utilitas excusat. Nam superest, ut ad rem propius accedamus, atque illud dictis addamus: In omni quidem materia actionum humanarum ea documenta data, esse verisimilis, sed in operibus propriè penitentiaz, atque in ipso ieiunio maximè necessaria. Etenim immensæ stultiz est sine ullo fructu graves labores subire, immo vero cum magna perniciose sua. Neque enim laborare, & affligi, sed propter Deum laborare, & affligi, est laude dignum. An non Prophetæ Baal

3. Reg. 18. Hierem. 7. se lanceolis conficiebant, sanguinemque fundebat? Quid illi vallis Ennon habitatores, qui igne proprios liberos traducebant? Madianitæ etiam Beelphegor turpissimo simulachro sacrificabant. Illorum quidem sanctus Elias scitè irridet insaniam: hos porro alteros Deus acerbè insectat, superstitiosos, atque impios parricidas. Ne similia nostra his sint, prouidendum est. Quid enim (oro te) Christiane, quid cogitas, qualis rerum tuarum ratio futura est, si cum tempus accipienda pro labore mercedis venerit, pro ieiunijs, pro vigilijs, pro cibicio, & verbere, pro laboribus expletis, nihil tibi cælestis pecunia numeretur? nihil diuini præmij accipias? contrà potius

Greg. lib. 8. audias, Recepserunt mercedem suam. Pulchre beatus Papa Grego-
mor. ca. 30. rius hypocritas Simoni Cyrenæ similes facit, qui angaria-
tus crucem Christi portauit. [Crucem, inquit, in angaria por-
tare est afflictionem abstinentiæ pro alia, quam necesse est,
intentione tolerare.] An non Iesu crucem portat in angaria,
quisquis ad præceptum Domini carnem domat, sed tamen
spiritualem patriam non amat? Vide ergo, ut cum ieiunas,
Deo ieiunes, à quo es accepturus mercedem. Vide, ne ho-
minibus, aut etiam diabolo, quemadmodum Madianitæ illi,
& Baalis sacerdotes, labores tuos, lutoresque assignes. Deū,
Deū tota mente potius intuere, ut possis dicere latuſ, [Pro-
pter te mortificamur tota die.]

Psal. 43. Nam,

Nam quod ignorandum non est, sicut continentiam tribus modis descripsit Christus illis verbis: [Sunt Eunuchi, qui ab hominibus facti sunt, & sunt eunuchi, qui ab hominibus facti sunt, & sunt eunuchi, qui seipso castrauerunt propter Regnum cælorum.] Sic etiam in triplici genere abstinentiam inuenimus: est abstinentia quædam naturalis, id est, quæ nihil aliud spestat, quam naturæ bonum, corporis sanitatem, vel tuendam, vel recuperandam. Ieiunant multi facile, & libenter, quod naturâ minimè edaces sint, quod in tenui nati, enutritique sunt, facile patitatem in victu tenent. Hi quidem sic nati sunt, neque lapide, neque vituperatione digni; & habent sanè adiumentum ad virtutem capessendam non exiguum, naturæ bonitatem. Verum si consistant hic, neque ultra progrediantur, nihil apud Deum mercedis assequentur. At sunt alij in eo genere, qui eunuchi, id est, continentes, vel abstinentes etiam ab hominibus facti sunt: quos illud Euagelicum notat, [vt apparet hominibus ieiunantes.] Nō paucos humana gloria delectat, vt que hominum opinione celebrentur, longaieunia, & vita asperioris instrumenta crebro usurpant: sancti videri volunt, sanctitatis speciem modis omnibus captant; de quorum numero & superioribus & nostris hisce temporibus prorsusque illulos, aut illulos potius, Ecclesiæ iudicium detexit: in quibus virtutis solidæ nihil erat, tantum umbra quædam, speciesque affecta pietatis: Deus vero, vt Psalmus canit, [cōfringet ossa eorum, qui hominibus placent.]

In tertio iam genere sunt Christi veri discipuli, qui se continent propter regnum cælorum, qui abstinentias suas, & ieunia Deo dedicant: [Vt Pater cælestis qui est in abscondito, reddat tibi.] Hi oculis Dei intima cordis arcana insipientis probare se cupiunt. Qui nam vero hi sunt? Sunt profecto illi omnes, qui propter peccatorum tuorum agendum penitentiam ieiunant: sunt, qui sanctæ matris Ecclesiæ præcepta vercent, ieiunant: sunt qui ad tentationes superandas, ieiunant: sunt qui ad virtutes acquirendas, aut meritum augenduim in Christo, ieiunant: sunt qui voto concepto, aut regulæ monasticæ ut satisfaciant, ieiunant: sunt denique qui sanctos Patres, & Patrum omnium parentem Christum imitari cupientes, ieiunant. Hisine dubio omnes propter Deum ieiunant;

B. omnes

4. Tribus
modis ieiuni-
ta nati sunt, &
sunt eunuchi, qui
ab hominibus facti
sunt eunuchi, qui
seipso castrauerunt
propter Regnum
cælorum.] Sic
etiam in triplici
genere abstinentiam
inuenimus: est
abstinentia quædam
naturalis, id est,
quæ nihil aliud spe-
stat, quam naturæ
bonum, corporis
sanitatem, vel
tuendam, nare.
Matth. 16.

Psal. 52.

*Ioh. 3.**i. Ioh. 1.*

omnes enim illi fines in Dei gloriam referuntur; omnes dini-
nis literis commendantur. Hoc vocat Iohannes in luce ambu-
lare, hoc Christus Dei gloriam querere.

*5. Inieiu-
nio letitiae,
deuotio, &
munditia*

In hoc Christiano, religiosoque ieunio, quod simplici &
pura intentione peragit, adsunt continuò tres admirabiles
sive proprietates, sive effectus, quos Euangelium insinuat, læ-
titia, deuotio, munditia. Ex puritate intentionis lætitia nasci-
tur: qui enim Deo placent, hilares sunt; nihil est ad gaudium

*Aug. lib. 2.**deser. Do-**min. ca. 20.**caput rectè**accipimus**rationem,**quia in ani-**ma præemi-**net, vngere**ergo caput**ad lætitiam**pertinet, in-**terius ergo**gaudeat de**ieiunio suo,**&c.**Dan. 1.**Psal. 62.**Ezai. 61.**Chrysost. in**Matth. ex**Cate. S. Th.**abstuleris**nequitia ab**sibi ipsis potius**ieiunare, id est,**ad Dei gloriam**quod faciunt,**anima tua,**laustis conscientiam tuam, & bene ieunas.*

potentius testimonio bona conscientia. Ne igitur simus, si-
cuthypocritæ, tristes, qui exterminant facies suas; sed simus
potius, sicut pueri illi Danielis sancti, qui quòd ieunarent, læ-
tiores, & etiam speciosiores eualerunt; id quod mirifice ope-
ratur animi internalæ lætitia. Vngamus præterea caput nostrum,
sic præcipit Euangelium. Vnctionem esse lauissimam spiri-
tus dulcedinem, vel qui parum literas sacras legerit, facile in-
telligeret: [Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea.] Inquit: Nempe ieunium pura intentione suscepimus magnam
animo deuotionem conciliat: sic per Esaïa promittit Deus:
[Vt ponerem lugentibus Sion, & darem eis coronam pro
cenere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu
miseroris.] En quibus modis ipsa nostræ afflictionis opera
propter Deum assumpta, Spiritus sanctus in gaudium, suauis-
tatemque conuertat, oleum gaudij, ait, pro luctu. Hoc oleo
inungi iubet Christus caput nostrum, id est, mentem, altissi-
mam hominis ac præcipuam partem. Iam vero lauare quoq;
faciem iubemur, cum ieunamus, quòd vera munditia ieunio
tali nobis paretur. Amplius quippe, ampliusque lauamar,
quò magis poenitentia, atque afflictioni corporeæ operam
damus. Resident plerumque veterum peccatorum non par-
tur, si ergo reliquiæ: has eluere ieunio possumus. Restant poenæ pro
spiritualiter sceleribus subeundæ: his satisfacere ieunio licet. Lauemus igit
facies ani- tur faciem ieuanentes, vt puri, & mundi in divino conspectu
mæ conscië- appareamus, sordes inquietatas hoc vel nitro, vel sapone aspe-
tia intelli- riore tergamus.

Atque ut finem iam faciamus, illud profectò admonitos
vos omnes volo, mirabili quodam modo, qui Deo ieunant,
id in

6. Exhortatio ad pius ieunium.

id in ipsorum usum, bonumque conuerti; contrà qui hominibus ieunant, ne id ipsum assequi, quod maximè capiunt, gloriam scilicet apud homines. Contemnunt enim homines eos facilè, quos sibi, quæ Dei sunt, venditare cognouerint. Videlicet Cicer. off. lib. 2.
 hoc etiam nullo lumine Christiano perfusus Tullius, qui scripsit eos vehementer errare, qui simulatione, & inani ostentatione, & ficto non solùm sermone, sed etiam vultu stabilem se gloriam consequi posse rentur.] At, qui nō hominibus placere, sed Deo volunt, id ipsum quod negligunt, consequuntur. Sequitur enim, ut idem ille dixit, gloria tāquam umbra virtutem.] Nostram ergo rem agimus, cūm Deo seruimus: nobis ieunamus, cūm propter Deum ieunamus: quemadmodū præclarè Zacharias Propheta nos admonet: [Cūm ieunaretis, & lugeretis, nunquid ieunium ieunastis mihi? & cūm comedistis, & bibistis, nunquid non vobis comedistis, & bibistis?] Nihil sanè diuinæ mensæ accrescit, ex ijs quæ nobis alimenta subtrahimus. Gaudet, nimis, bonus Deus vtilitate nostra; non commoda sua disquirit. Ita cūm res se habeat, demus (fratres) sedulam operam, ut ieunij salutaris indicū penitentia magna animi alacritate persoluamus, recepturi profecto plenissimā mercedem à Deo omnī bonorum largitore.

Cicer. Tu-
scul. quæst.
lib. 1.

Zachar. 2.

IN EADEM FERIA, CONCIO QVARTA

De lectione Iohannis 2.

*Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ie-
junio, fletu, & planctu.*

1. *Quid sit*

 Vanquam spiritus omnis, qualis animus noster est, conuerti hō partiu exp̄s haberi debet, qui neq; mēbris distinguitur, neq; capit̄s, pedūve, neq; facie, aut tergi di sc̄mē habet: tamē actionū animi, affectionumq; variet̄ vicissimē formæ, eiusmodi corporū proprijs vocabulis exprimi so- sim. Nam, vt Gregorius Theologus docet: [Rerum spiritua- Greg. Na- lium nomina propria nulla sunt, sed ex ijs, quæ cernimus, de dñinit.]

B 2

ad res

ad res spirituales verba traducimus.] Cui nostro mori Scriptura sacra se se accōmodās, affectam, amoremque animi faciem appellat; odium, atque auersionem, tergum. Cūm amamus, scilicet, aliquid, aut quærimus, aut optamus, oculos eō vultumque conuertimus: contrā quæ odimus, & abijcimus, ab ijs auertimur, faciemque abducimus. Quod genus loquendi diuinæ literæ frequenter usurpat, quale illud est Hieremiæ: [Verterunt ad me tergum, & non faciem.] Et apud eundem prophetam aliâs: [Reges eorum, Principes eorum, & sacerdotes eorum, & prophetæ eorum viri Iuda, & habitatores Hierusalem, & verterunt ad me terga, & nō facies.] Quod quid sit, protinus declarat his verbis: [Cūn docerem eos diluculo, & eruditrem, & nollent audire, vt acciperent disciplinam.] Igitur quòd diuinum à le sermonem pellerent, neque Dei præcepta optima in animum inducerent, idcirco vertisse sibi terga, non faciem, Deus dolenter commemorat. Hoc ita constituto, illud certissimum adjiciēdum est, Deo antiquum, perpetuumque esse morem, vt faciem suam non auertat ab eo, qui in ipsum conuertit suam: auersum verò à le ipse quoq; auersus relinquaat. Nempe amat amantem: impium, & perdulem odio prolequitur: ita iustitia sempiternæ numeros perfectissimos seruat hominum atque Angelorum aitissimus conditor. Id quoque in lege expressum legimus: [Quod si nec sic volueritis (inquit) recipere disciplinam, sed & ambulatoris ex aduerso mihi, ego quoque contra vos aduersus incedam, & percutiā vos septies propter peccata vestra.] Sic se res habet, qui lucenti, vel soli, vel lucernæ se se obuerdit, tergumque dat, in umbram, & tenebras incurrit, necesse est, quas ipse suo sibi obiectu facit. Nam qui luci conuertit oculos, lucem & ipse continuò haurit. Huc proinde pertinet illa Dei apud Zachariam certissima sponsio: [Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.]

Hierem. 2.

Hiere. 32.

Levit. 26.

Zacha. 1.

*2. Gratia,
& liberi arbitrij opus
esse conuer-*

fionem.

Deum non

Qua tamen in re si philosophandum est, secundum Catholicæ fidei documēta: vt homo cōvertatur ad Deū, vtriusque ope, atque opera opus est, id est, & Dei hominem ad se conuertentis, & ipsius hominis se se conuertentis ad Deum. Est enim & gratia, & liberi simul arbitrij opus hoc. Verū primas ac præcipuas partes gratia tenet. De qua re disserè Prosper

Prosper Aquitanicus scribit: [Gratia quidem Dei in omni- deesse, homi- bus iustificationibus principaliter præminet, suadendo ex- nem sua cul- hortationibus, monendo exemplis, terendo periculis, in- pa manere citando miraculis, dando intellectum, inspirando consilium, auersum. corque ipsum illuminando, & fidei affectionibus imbuen- Prosper do: sed etiam voluntas hominis subiungitur ei, atque con- Aquitan. jungitur, quæ ad hoc prædictis est excitata præfidijs, vt di- lib. 2. de vo uino in se cooperetur operi, & incipiat exercere ad meti- cat. gent. ca. tum, quod superno semine concepit ad studium.] Quod si 26. vultis eiusdem veritatis Catholica testem alterum, Bernar- Bernard. de dam audite de gratia, & libero arbitrio pulcherrimè dispe- gratia, & rentem: [Gratia, inquit, liberum excitat arbitrium, cùm se- lib. arb. minat cogitatum, sanat, cùm immutat affectum, roborat, vt perducat ad actum, seruat, ne sentiat defectum. Sic autem operatur ista tria, vt illud in primo præueniat, in cæteris co- mitetur, ad hoc vtique præueniens, vt iam sibi deinceps cooperetur.] Huc vñque Bernardus. Igitur amicitiam no- stram captans clementissimus ille Pater sic nos alloquitur: [Conuertimini ad me.] Quoniam verò ipsum dicere Dei, efficere est, cùm nos inuitat ad amorem suum, etiam ope in offert, vt exequamur, quod iubet; itaque nostræ nos in opere conscienti rectissimè illius diuinum auxilium postulantes, re- spondemus: [Conuertere nos Domine ad te, & conuertemur.] Thren. 5. At quod non omnes conuertantur, qui diuinitus excitati- Hiero. 31. tur, memineris gratiam esse, non vim, inuitari liberum ho- minis arbitrium, non cogi: [Sto, inquit, ad ostium, & pulso.] Apocal. 3. Expectat sanè responsum, non effringit fores, non irrum- pit violentus hospes, sed gratus, & humanus aperientis vi- trò ianuam sibi cordis ingreditur: [Si quis aperuerit mihi, intrabo ad eum.] [Ad coenam illam magnam (ait bene Au- gustinus) nec omnes qui vocati sunt, venire voluerunt, ne- que illi, qui venerunt, venire possent, nisi vocarentur.] Sibi 68. ip[s]is profectò imputent impij, quod tandem impij sunt, quod in interitum vñque à Deo fugiunt. Nam quoties (obse- cro te) quadragesimæ sacro tempore recurrente, diuinus pulsatus es? Quoties tibi inclamatum, vt mortifera peccata depellas? Neque quicquam tamen perfectum há- ctenus. Quæ causa, rogo? Cuius ea iniuria est? Certè quod

Iud. 2. in libro iudicum Dens noster cum illo duro populo expōstulat, s̄ae pius se vocasse, s̄ae pius misisse deprecatores pacis, atque amicitiae conciliandæ, toties tulisse repulsam, id planè de te ipse melius compertum habes. Tu tu ipse de illorum numero es, quos accusat sermo Prophetitus: [Non audierunt me, neque inclinauerant auren̄ suam, sed abierunt in voluptatibus suis, & in pravitate cordis sui mali, factique sunt retrosum, & non in ante, & peius operati sunt, quām patres eorum.] Heu Inſolices animas, quae diuinæ ac suauissimas voces furdis, imò obſeratis vlt̄ro auribus admittere reculant in ſe: & quò Deū experientur magis ſibi beneolum, ac patiētem, cō dūriores, impudentioresque fiunt. Conueniat (quæſo, vos auditores) vnuſquisque ſe, an talis cum Deo ſibi cauſa fit, vt vocanti minimè respōdeat, ſe ſe etiā ingerentē repellat.

3. Quid Sunt tamen multi, quod velim vos diligenter attendere, multi nō in qui conueriti quidem ad Deum videntur, ſed non in toto cor zoto corde ſuo conuertuntur. Quod Iοel Prophetæ in primis requie conuertan rit. Confessiones quidem peccatorum faciunt, ſed non plenarias, atque integras; pœnitentiæ opera exercent, ſed occaſiones peccandi non tollunt. Denique ſuum quodammodo partiuntur cor inter Deum, & mundum, & Deo placere cupientes, & hominibus, carniq̄ue ſuæ ſimil gratificari. At Deus nequaquam dimidio cordis contentus eſt: totum ſibi depoſcit; itaque ſi vel vnum peccatum mortale reſideat in corde tuo, o homo, fruſtra charitatis diuinæ vel minimam portionem expēſtes, quemadmodum ſcīte admonet Iacobus Apostolus: [Qui feruauerit vniuersam legem, offendat autem in vno, factus eſt omnium reus.] Dici non potest, quantum Deo ſtomacham moueant eiusmodi homines facti, dupli corde, bifrontes, vnum in Baal pedem ponentes, alterum in Domino Iſrael. [Qui iurant, ait Prophetæ, in Domino, & iurant in Melchon.] In Ecclesia precantur, domi peierant, iam ſacratis cæremonijs vacant, iam laſcivis carminib⁹ indulgent, prophanis ſacra commutant: ſimiles prorsus Samaritanis illis, quos diuinæ literæ referunt, & Dominum pariter, & idola ſua coluiſſe, vel etiam Azotios imitantes, qui ac cam Dei ſimul cum ſuo Dagone collocandam putarunt. Perquire igitur tui cordis ſinus omnes, rimare latebras imas. Vide, ne

Iaco. 2.

Sopho. 1.

4. Reg. 17.

1. Reg. 5.

de, ne quid residueat diuinæ legi aduersum. Audi Prophetā mo *Hir. m. 4.*
nentem: [Si reuerteris Israel, ait Dominus, ad me connerte-
re.] Quorsum hoc? [Si abstuleris offendicula tua à facie mea,
non commoueberis.] Quandiu radices peccatorum, occasio-
nes, scilicet, voluntariæ restant, non potest esse immobilis, &
fixa conuersio; adhuc nutat cor: adhuc oculum hue, illucque
diducit. Vis in Dei amicitia stare firmus? Vis nō commoueri?
Scelerū omnes radices amputa, vel erue potius. [Si abstuleris
(inquit) offendicula, nō cōmoueberis.] Quid est auferre of-
fendicula? Dicā, colloquia fœminatū, aspe etusque deuita, qui
lapsus in libidinē es: ludi, atq; alex etiā spectator ne sis, qui, &
ludere, & peccare, & blasphemare solitus es; litem, quā acer-
bis odijs materiā præbere cernis, vel compone, vel amputa:
cōscientiæ tuæ, quām pecunia, studiosior esto; [ne qua radix
amaritudinis, (ait Apostolus) sursum germinet, & per illam
coinqüinentur multi.] Ad hunc sanè modum cōuersti ad Deū,
est in toto corde conuersti, quod propheta tantopere commē-
dat: [Conuertimini (inquit) ad me in toto corde vestro.]

Hebr. 12.

Habet verò isthæc perfecta cōuersio partes duas, in futurū 4. *Dhases-*
quidē emendationem, de præteritis verò dolorem intimum. Se perfectæ
Huc respiciens Propheta, cum dixisset; Cōuersti in toto cōuersionis
corde vestro, quasi id exponat, adiungit; [in iejunio, & fletu, partes, emē-
& planctu.] Iejunium in futurum, fletum, & planctum propter *dationem in*
præterita. Quocirca sciendum duo iejunij genera in sacris li- *posterum,*
teris commendari. Est enim iejunium præcipuum internum à *& de præte-*
vitijs abstinere, de quo Esaias perspicue loquitur: [Nōne hoc rito vindi-
est magis iejunium, quod elegi? Dissolue colligationes impietæ *Etiam. Vbi*
*tis, solue fasciculos deprimetes:] Sine emēdatione caterani- *de iejunio,*
hil profunt. [Qui baptizatur à mortuo, & iterū tāgit mortuū, & fletu in-
quid proficit lauatio eius?] Quorsum id dicat, attēde. [Sic ho- *terno, & ex*
mo, qui iejunat in peccatis suis, & iterū eadē faciēs, quid profi- *terno neces-*
cit humiliādo se?] Quare sancti Patris Leonis vera atque vi- *satio.*
lis est præceptio: [Apostolica, inquit, institutio quadra- *Esai. §8.*
ginta dierum iejunij impleatur, non ciborum tantummodo *Ecli. 34.*
parcitatem, sed priuatione maximè vitiorum.] Idemque *Leos. 6.*
alid: [Non in sola abstinentia cibi stat nostri lumina ieju- *de quadrage-*
nij, aut fructuose corpori esca subtrahitur, nisi mēs ab iniqui- *Idē fer. 4.*
tate reuocetur, & ab obtestationibus lingua cohibeatur.]*

Ergo sine interno illo iejunio, externum hoc valet parvum. Sed est tamen ipsum quoque iejunium externum necessarium, quo cibi, vel copiosi, vel delicati carni auferuntur, neque cibi solum, sed omnis quoque materia delectationis externæ moderanda, ut iam nos adhortatur Ecclesia illo præclaro carmine: [Ut amur ergo parcus verbis, cibis, & potibus, somno, iocis, &c.] Videat porro unusquisque, an feruet, ut par est, iejunium Ecclesiarum, neque sibi facile blandiatur, causeturque se debilem pondus iejunij ferre non posse. Quid medicus, quid confessarius indulgeant, confiderent. Neque enim ludicra res est in Ecclesia Christi quadragesimale iejunium. Degustaciunculae vero, siue, ut vocatis, collationes nocturnæ, ne in coenam mutato tantum nomine, abeant, attendite. Deus certè non irridetur: meliusque est, si Hieronymo credimus, [ut doleat stomachus, quam ut vacillet castitas.] Verum abstinere, ac iejunare à vitijs, hoc est cauere in futurum salutis animæ procurandæ, non est sat: oportet insuper præterita commissa deflere. Propterea in iejunio (inquit) & fletu. Damnata illa hæretorum vox est: [Optimam pœnitentiam, nouam vitam,] si emendationem tantum sine male actæ vitae dolore velint intelligi. In OEcumenico Concilio Tridentino iugulata impia hæresis est, & de Christiana, ac vera pœnitentia doctrina salvularis tradita. Illic docemur non satis esse cessare à peccatis, nisi etiam admissa fletu, & satisfactione purgentur. Dauidem optimum pœnitentia magistrum intueamur: [Lachrymis meis stratum meum rigavi, & poculum meum cum fletu miscebam.] Quæ flendi tanta constantia, cum in lecto etiam ipsi somno, in mensa potionis quoque obreperent lachrymæ? Petrus vero quomodo flebat? [Amare (inquit) fleuit egressus foras.] Ad fletum vero, & dolorem internum adiungi etiam debet externus, quo multum intuatur. Ob id in fletu (inquit) & planctu: id est non solum interno gemitu, sed etiam externadoloris significatione veram conversionem testamini. Ita fleuit, & planxit ille ipse David, ita Regina Esther, ita tantopere à Christo laudati Ninivitæ. Profectò dici vix potest, quantum corporalis afflictio, & pœnitentia externa internum animi habitum confirmet,

Hierony. in
epitaphio

Paulæ ma-
lebat Stoma-
chum dole-
re, quam men-
tem. Et epi-
stola ad Sal-
uinæ de vi-
ditate ser-
nanda, Me-
lius est dole-
re ventrem,
quam men-
tem, & va-
cillare gra-
du quam pu-
dicitia.

Conc. Trid.
sess. 14. ca-
p. 4.

Psal. 101.
Luc. 22.

met, atque promoueat: ut non immerito Nazianzenus affirmet, [nulla re perinde Deum conciliari, atque corporis afflictione.] Omnino necessarius est Christiano homini corporalis etiam pœnitentia vesus, vel profusior, vel parcius, pro conditione temporis, vel personæ, vel rerum cæterarum. Ac reuera raro, vel potius nunquam ad altiorem internum paritatis gradum quisquam peruenit, qui non corporalis pœnitentia plus quam mediocri vnu aditum sibi comparauerit.

Superest modò, vt diuinæ voces exaudiamus, & quo-
niam Deus iuxta Esajam [expectat, vt misereatur nostri, & tatio ad con-
exaltari vult parcens nobis,] non differamus conuersio-
nem nostram: quin potius ubi vocem illius benignissimam differendā.
audierimus: [Conuertimini ad me in toto corde vestro, in Esai. 30.
ieunio, fletu, & planetu.] statim obsecundemus, [neque Psal. 94.
obduremus corda nostra, sicut in die exacerbationis in de-
serto.] Quibus (inquit) iurauit in ira mea, si introibunt in re-
quiem meam. [Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc
dies salutis.] Differendo, & procrastinando difficiliorem
reddimus conuersionem, quemadmodum Herinaceum partum aiunt mora fieri parentibus periculosum, quod proles
dilata spinas proferat. [Ne differas (ait Scriptura) conuer-
ti ad Deum, subito enim venit ira illius.] Multi porro po-
tius retro conuertuntur in perniciem suam, infelici illi vxori Loth similes, quæ conuersa retrorsum, mansit perpetuò Genes. 19.
in eodem vestigio, salis effecta statua: ergo in montem Dei,
non in funestam Sodomam oculos conuertamus: ne mortis repentinæ iusta pœna nos rapiat, atque in Sodomæ no-
træ turpitudinem aspicientes sempiternis cruciatibus tra-
dat, ubi ultra conuertendi faciem potestas nulla fiat. Be-
ne Christus nos admonet: [Memores estote vxoris Loth.] Luc. 17.
Præclare Sapientia commemorat: [Incredibilis animæ Sapien. 10.
memoria stans figmentum salis.] Salis profectò usum non
exiguum hinc capere licet, si, quemadmodum Augustinus August. in
ait, [illius contemplatione condiantur homines, cor ha- Psal. 75. id
beant nec fatui sint.] In Deum nempe conuerti, vita est, ipsum in
à Deo aserti, mors est. [Conuertimini, ait Dominus, ad Psal. 83.
me, & viuetis. Quare moriēmini domus Israel. Neque enim Ezech. 33.

vult piissimus Deus mortem peccatoris, sed magis, ut convertatur, & viuat.]

FERIA V. POST CINERES.

Cum intrasset Iesus Capharnaum, accessit ad eum Centurio. Matth. 8.

S. Suffragia sanctorum, ac piorum nobis esse quaren-
da.



ESTERNVM Cinerum diem, & inchoati jejunij alacritatem Centurionis hodie à Christo vehementer laudata fides, & pietas excipit, vt hominis externi exemplo inflammati pergamus ad Deum, quaecepimus ire via; ac primum res ipsa vt acta sit inspiciamus. Nam Matthæus dicit Centurionem ad Dominum accessisse: Lucas narrat misisse eum primum seniores Iudeorum, mox appropinquantiam amicos iussisse obuiam prodire, ac dicere, non opus

Lucæ 7.

August. lib.

33. contra Faust. c. 7.

idem lib. 2.

de conf. Euā

gel. ca. 20.

Xenoph. li-

bro. 8. Cyro

Du-

pedie.

Itaque discimus magni esse ducentum bonos amicos, &

Deo charos parare.

Cyrum illum summum Persarum Du-

cem, ac Principem Xenophon resert, non credenti Crœ-

so Lydorum Regi tantis eum pollere divitijs, quantas ia-

tabat,

etabat; periculo facto probasse; ab amicis cum brevi ostentasset innumeratas copias oblatae, itaque demonstrasse nullas esse, aut certiores, aut ampliores opes vera amicitia, amicorumque fide. Neque dissimilia Sapiens docet verbis *Ecli. 6.*
 dilectis: [Amicus fidelis, protectio fortis, qui autem inuenit illum, inuenit thesaurum. Amico fidei nulla est comparatio, & non est digna ponderatio auri, & argenti contra bonitatem fidei illius.] Bonos proinde amicos, & Deo charos nobis conciliemus oportet, si tuti, si felices esse velimus. Quo loco prætereandum non est misisse primum hunc Centurionem seniores Iudeorum, senatores, ac patres urbis illius, de quibus ipse, ædificata liberaliter Synagoga, bene meritus erat. Quæ res quid aliud nobis insinuat, quam sanctorum apud Deum patrocinia imploranda, cum diuina beneficia promereri cupimus? Sanctos enim seniores appellari Eliaias declarat, cum dicit; [Dominus venit ad iudicandum cum senioribus populi *Esa. 3.* sui.] Horum nobis favorem conciliare debemus obsequiorum nostrorum sedulitate, illorum sacras memorias, & sepulchra frequentando, dies statutorum, & festos præcipua pietate colendo, templo illorum, ædesque religiosas stipe collata inuando. [Facite, ait Christus, vobis amicos, qui vos, cum defeceritis, recipient in æterna tabernacula.] Nam & Elieas hospitam sibi studiose ministrantem remunerari cupiens, si quid haberet negotij apud Regem, aut Ducem, se deprecatorem, & internuntium libenter offerebat. Præclari intercessores sunt sancti vita hac mortali defuncti, illa immortali fruentes: neque contempnendi sunt amici boni, hoc est, viri iusti adhuc apud nos agentes. Vtrumque genus deprecandi Christum Centurio adhibuit, & auctoritate senatorum, & fide amicorum usus, ut nobis pariter, & sanctorum gloriam, & iustorum gratiam apud Christum pro salute nostra conciliandam esse intelligamus.

Quæ facit Centurionis huius petitio, videamus. [Puer meus (inquit) iacet in domo Paralyticus, & male torquetur.] Non pro filio ut regulas, non pro filia, ut Chananea, sed pro seruo sollicitus est. Quod nō ab re Chrysostom. animaduertit. *Ioan. 4.*

Neque

2. Seruorum

*curam gerē
dam.*

Ioan. 4.

Matt. 15.

Rabanus in Nequē ineptē Rabanus author grauis exemplum inde pecte. S.Th. tendum dominos admonet: [Sic deberent (ait) omnes con-
Chrysoft. in dolere seruis, & eorum curam habere.] Quam profectō
Matt. ho. erga seruum sollicitudinem, quantum Christus probarit,
ni. 27. Pue satis declarauit, cūm se illico iturum, ac curaturum ser-
rum Centu uum dixit: quod neque Regulus, neque Chananaea pro-
rionis filii postulantes audierunt. Obtulit enim operam suam
fuisse vult, Christus seruo inuisendo, vt doceret tum sibi esse gratam
author verò Centurionis erga seruum curam, tum se conditionem serui-
imperfecti lem minimè contemnere, quod in filio Reguli nobili etiam
in Matt. ho rogatus vt iret, haud quamquam annuit, ne nobilitatem, at-
mil. 22. non que opes magnificere intelligeretur. Neque prætereundum
filium, sed est, quod Lucas refert de puerō Centurionis, quod esset
seruum, illi pretiosus. Nimirum probus, fidelisque seruus non mi-
ius authoris nūs promeretur heros cordatos, atque æquos, quām com-
verb4 S.Th. munis generis necessitudo parentes. Iure id fieri Sapiens
recitat tan. docet: [Si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua:
quam Chry quasi fratrem sic eum tracta.] Hoc loco fidelem seruum
sostomi in commendat, alio loco prudentem: [Seruus sensatus, ait, sit
Catena. tibi dilectus quasi animatua.] Vtramque laudem requirit
Eccli. 33. Christus in seruo, vt sit fidelis, & prudens. Quamobrem
Ecccl. 7. non possunt non valde vituperari illorum mores difficiles
Matth. 24. & inepti, qui seruos perinde, ac iumenta quædam canes ve-
tractant, sæpe etiam pecudum ampliorem rationem haben-
tes, quām hominum, quos tametsi gradu impares, naturā
certè sibi pares cogitare deberent. At seruos etiam hinc eru-
diri oportet, vt obsequendi diligentia heros suos sibi concilient,
cūm præsentim fidei Christianæ ratio præcipue haben-
da sit, quæ ita apud Paulum præcipit: [Serui obedite domi-
nis carnalibus, sicut Christo.]

Ephes. 6.
3. Abieit
de se sentien-
dum.

Sed Salvatori pollicenti se iturum, resistit Centurio,
neque se dignum reputans tanto honore, neque Christi ma-
iestati cum labore subire necessarium, cūm iubendo quid-
uis efficere posset: [Domine, non sum dignus, vt intres
sub tē etum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer
meus.] Meritò à Christo hæc tanta fides, tamque religiosa
laudator, de se enim abiecit, de Christo magnificè sentiebat,
se, quod esset gentilis, alienum à tanti Prophetæ conspectu,
sup. 1 & collo-

& colloquio ducebat. Nam meministi (opiner) Iudæorum consuetudinem, quam Petrus Apostolus apud illum alterum Centurionem ita commemoravit: [Vos scitis, quomodo abominatum sit viro Iudeo coniungi, aut accedere ad alienigenam.] Quam Iudæorum à ceteris gentibus auersionem Romanorum, Græcique pessimè accipiebant; vel contemnentes, vel ridentes, vel etiam stomachantes in Iudeos, tanquam vile minimum genus, simul superbū, & intolerabile fastu. Quemadmodum historici Suetonius, & Cornelius Tacitus; Poëtæ, Cornel. Tacit. Horatius, & Iuuenalis, non obscurè demonstrant. At hic Centurio, Romanus licet, altiore cogitatione populū illum Dei lib. 21. veri cognitione, & lege præditum suspiciebat: se vero, ac suos errore graui circa diuina teneri: quod & Chananaea professa Matt. 15. est, seipsum canem, illum populum filios appellās. Igitur propriæ abiectionis, indignitatisque cognitio, vera humilitatis fundamentum est, quæ in suos semper defectus intuetur. Quæ ex consideratione, adiuncto supernæ maiestatis respectu, proficisci solet mirabilis quædam reverentia & timor erga Deum, Deique omnia imperia: ac sicut oculi nimia luce reperciuntur, se se redocant ab intuendo, retroque convertunt, ita animus infinitis partibus se illi maiestati imparem sentiens, reformidat accedere, seque potius recipit, & corripit procul. Ita erat affectus sanctissimus Dauid, cum percutto Oza arcām 2. Reg. 6. Dei in suas ædes diuertere nō est passus: ita Petrus Princeps Luc. 5. Apostolorum, cùm præ miraculo exclamaret: [Exi à me Domine, quia homo peccator sum.] Atque ut Chrysologus Chrysol.ser dixit: [Sic eum Petrus exire a se rogat, quomodo Centurio mo. 15. eum ad se supplicat non venire. Agit uterque, ne indignitas hospitiij in hospitis manet iniuriam.] Neque magnus Elias aliter, qui, Domino coram progrediente, operuit pallio vulnus suum, veritus in tantam maiestatem figere obtutum. Quin etiam ipsi supremi Seraphici Spiritus, quemadmodum præclarè Dionysius philosophatur: propterea ex senis alis, Esai. 6. quibus prædicti sunt, quaternis velantur, binis tantum volant: Dionys. de quod incomprehensibilem illam essentiam, maioreque sibi Ecclej. Hie ex parte ignotam silentio tegant, ac reuereantur. Quare minus mirandum erit, si Psalmista de se profiteatur: [Ego dixi in rare. cap. 4. excessu meo, projectus sum à facie oculorū tuorum.] Etenim Psal. 30. quanto

quanto mens hominis in contemplationem altiorem, at penitiorum rapitur, tanto se profundius, ac longius ab illa infinita excelssitate absesse sentit.

4. Quomodo humiliatae uterum.

*Sic legit Hiero. Pro-
uer. 18. Orig. hamil.
5. in diversa loca scriptu-
rae.*

*Aug. ser. 6. de verbis
Domini.*

Psal. 144.

Jacob. 4.

*Cyprian. in
ser. de nati-
nitate Chri-
sti.*

Ea cogitatione religiosa, plenaq;ne humilitatis ac reverentiae in Deum vti debemus, maxime initio orationis, quando (vt ait scriptura) [Iustus accusator est sui.] Idque Ecclesia sancta nos docet abunde, cum sacrificium Missæ altissimum a confessione peccatorum sacerdotem exordiri iubet, sanctorumq; sibi intercessiones captare. In ipsa quoque tremenda corporis Christi susceptione satis opportunè ea verba Centurionis Ecclesia usurpat: [Domine, non sum dignus, vt intres sub te] stū meum.] fortassis ex Origenis documentis morē illū trahens. Ille enim sic in quadā homilia scriptum reliquit: [Quādo corpus, & sanguinem Domini manducas, & bibis, tūc Dominus sub te stū tuū ingreditur: & tu ergo humiliās te ipsum, dicas, Dñe, non sum dignus.] Quia in re animaduertere certè possumus, quantopere is humilitatis affectus Deo placeat; cū Leo ipso q;le Centurio dixit indignū, vt præclarè Augustair, præstitit dignū.] Primum enim Christus laudat Centurionē, cū se ille vituperat. Deinde Christus se iturū libenter pollicetur ad seruū curandū; mox se illius voluntati obsequentem præbet: cū primū, vt eat, petitur, iturū se dicit: cū mox vt non eat rogatur, sed vt imperet potius: imperat sanè, non it. Postremò Centurionis fidem tanti fecit, vt illam anteponat totius Israelis fidei; at que ita planè ijs ipsis Iudaorum senioribus, quos tanquā digniores se miserat, longè digniorē Christus ostendat. Quis hic non videat, quād illud verum sit: [Voluntatem timentium se faciet?] Quād illud certum: [Humili bus autem dat gratiam.] Semper Deo humilitas chara fuit; quæ, vt Cyprianus elegāter docet, [primus est religionis introitus, sicut eadem primus fuit Christi in mundū ingressus: ut quicunque (inquit ille) piè vult vivere, humiliter de se sentiat. Fundamentum enim sanctitatis semper fuit humilitas: neq; in cœlo stare potuit superba sublimitas. Ita sanè Cyprianus. Placuit igitur Christo Centurionis fides: placuit humilitas: verumque docuit Salvator esse, quod toties prædicavit: [Qui se humiliat, exaltabitur.] Magno itaque mysterio ipsam Centurionis trepidationē, & cunctationē Matthæus

accessum

accessum ad Christum dixit; eò enim magis accessit ad Christum, quò se amplius per humilitatem subtrahendum putauit. Et sicut August. ait, [quò magis credidit, eò magis accessit.] Neque verò dānandus est propterea Zachāus, neq; cum eo Centurio contendet: q; hic diffugiat Christi conspe-
ctum, ille potius expectet. Diversa sanè via ad eundem exi-
tum vterque peruenit. Ambo Saluatorem honorificantes, vt idem author dixit, diuerso, & quasi contrario modo, aliis re-
uerentia, aliis amore magis ducitur: [Vnusquisque proprium donum habet ex Deo: & alias sic, alias quidem sic.] Verū neque reverentia, & timor amore, ac deuotione vacent:
neque verò deuotio, & amor reverentiaz, ac timoris ex-
pertes sint, sed sicut scriptum est; [Exultate ei cum tre-
more.]

Extremo loco illud dicendum est, fidem à Christo in gen 5. Non es-
tili homiae inuentam, & probatam, quam in fidei populo se fidendum
non inueniat. Ne igitur secundum speciem de hominibus professioni,
iudicemus: neque magnopere parentum, & auorum meritis, & dignitatā
religionique fidamus: neque congregationis nostræ, quanvis statutis.
piæ, & sanctæ, authoritate, & fulgore nos tutos esse arbitre-
mur. Ipsa ipsa merita nostra cernamus. Neque enim genus,
aut collegiū, sed fides in pretio est apud Deum. [Si filij Abra-
hæ estis, opera Abrahæ facite,] dicebat Christus Iudæis parē-
tum nobilitate superbis. Paulus verò aperte admonet: [Co- Ad Gal. 3.
gnoscite, quia qui ex fide sunt, ijs sunt filii Abrahæ.] Idemque
aliás, [vt sit Pater omnium creditum per præputium, vt Ad Ro. 4.
reputetur & illis ad iustitiam, & sit pater circuncisionis,
non ijs tantum, qui sunt ex circuncisione, sed & ijs, qui
sestanter vestigia fidei, quæ est in præputio patris no-
stri Abrahæ.] Hoc idem sentiens Ioannes Baptista cla-
mabat: [Nolite gloriari, quia patrem habetis Abraham. Matth. 3.
Amen, dico vobis, potens est Deus de lapidibus istis su-
scitare filios Abrahæ:] Ergo de gentilitatis lapidicina susci-
tatus est filius Abrahæ Centurio fidelis, & infidelitatem Iu-
dæorum confundens. Ergo non genus (repetam enim quod
dixi, & dicunt Patres) sed fides apud Deū in pretio est. Fides
(inquam) tam inflamata, tam visa, vt obsequiū prōptū præ-
beat verbo Christi, neq; aliud, quā vocem iubētis expectet.
Non

Hiere. 5.

Non immeritò admiratur Dominus, vbi minimum datum, ibi fidem fuisse maximam: vbi plurimum sementis factum, ibi perquām exiguos fructus redditos. [Stupor, & mirabilia facta sunt hodie.] Ad nos hæc (fratres) referamus: nos enim respicit illa sententia: [Multi ab Oriente, & Occidente veniēt, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob: filij autē Regni eiscentur foras.] Quot, heu me, Christiani, religiosi, sacerdotes, dignitate, & profelsione fructus minimè dignos ferimus? Quot ab externis, & idiotis, & Barbaris fide, & religione supereramur? à mulieribus, à rusticis, ab aniculis, ab extremo genere hominum? Hi, hi planè recumbent in mensa Christi, beata illa coena fruentes: nos cum nostris insulis, & codicibus detrudemur in Tartarum. [Serui mei comedent (inquit) vos autem elurietis: serui mei gaudebunt, vos autem præ dolore, & confusione vulubitis.] O durum, & triste spectaculū ad alterum carcerem damnatorum. Non ita nobis contingat, Domine Deus; sed misericordia potius tua, indignitatem nostram confessi, veniam à te impetremus, & gratiam.

Esai. 65.

FERIA VI. POST CINERES.

CONCIO PRIMA.

Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros. Matth. 5.

1. *Quām sit difficile inimicos diligere.*
Esai. 58.



INTER ea quæ ieunij salutaris fructum eripiunt, non ultimas partes habet iracundia: ex qua odia fiunt acerba in eos, quos nobis infensos arbitramur. Quamobrem ipsa hodierna lectio Esaiam increpatem audire licet: [Ecce ad contentiones, & lites ieiunatis, & percutitis pugno impiè, & omnes debitores vestros repetitis.] Apostolus quoq; nos admonet leuare puras manus sine ira, & disceptatione, quod opor-

oporteat, scilicet, ieiunium, & orationem minimè proximi
charitate destituī. Hac ergo parte nos munit egregiè Eccle-
sia, dilectionem inimicorum tantopere nobis hodie commen-
dans. Ego autem dico vobis, ait Christus, Deus noster, diligē-
te inimicos vestros. Fuit planè tanta Christi dicentis autho-
ritate opus, ut ea doctrina minimè nos repugnantes haberet;
cui contradicere, ac repugnare sententiam mundi totius, at-
que huiusc quoque carnis nostræ sensum summopere cerni-
mus. Omnino si qua res in vniuerso Christi Euangelio diffi-
cilis, atque ardua occurrit, ea est maximè, usque eo, ut fue-
xint, qui præceptum hoc, si Hieronymo credimus, impossibi-
le obseruatu confirmarent. Iustinus quoque martyr, idem
que Philosophus scribit, ethnicos hanc Euangelicam copio-
se irridere solitos esse doctrinam, ut pote ineptam, atque ho-
minum naturæ penitus repugnantem. Ac reuera in vniuersa Christian.
Euangelica lege nihil est difficilius, quod Augustinus etiam testatur: [Recole, inquit, in omnibus iustificationibus Do-
mini, nulla esse mirabilia, & difficilia, quam ut tuos quis-
que diligit inimicos.] Interroget sanè ea de re vnuſquisque se & 9.
ipsum, facile, si periculum fecit, quam id sit oppidò verum,
consentiet. An est villa tam prærupta, atque ardua rupes, &
quaे nitentem ad se se ita ægrè accipiat, atque animus iniuria
accepta benevolentiæ resistens? ut coneris amare eum, cuic
esse odio nosti? ut vlcisci nolis eum, qui te læsit? ut bene etiā
mereri pergas de inimico tuo? ei gratiam, & beneficium con-
feras, à quo es ipse lacesitus iniuria? illum colas, atque omni
honore prosequaris, qui te dishonestauit, conuictusque peti-
uit? Ardua planè res mortali, atque difficilis. Etenim si sen-
tientem hominis appetitum consulas, nihil vltione iniuriæ
senties esse iucundius: si naturæ vim interroges, nihil tam esse
naturale videbitur. Nihil tam proclue, quam ferire feriente,
in ipsum que qui lacescit, auertere iniuriam. Ut qui male di-
xerit, male ipse quoque de se audiat, quod quondam in orato-
rem nobilissimum præclarus iactauit Historicus. Neq; enim Salustius
hominum natura tantummodo ad vindicandum comparata in Cicero-
est, verum animalium cæterorum non dispar propensio. Nā nem.
vt bestiarum, ferarumque rabiem taceam, quæ offendæ in cæ-
des, & laniatus grauantur: vt mittam modoleones, & tygri-

C des,

des, & tauros, & apros, quorum feroceſ, & truceſ in eos, qui ſe irritant, iras, impetusq; etiam expeſtare horremus: ipſa ego domeſtico, & natura manſuefa animaſtia ob oculos pono, quaſe vides proſuſ ſimul, atque offenſa ſe ſentiunt, in vindictam rapi. Equus ſe mordentem remordet, & calcib; calcantem petiſ: canis dentibus, felis vnguibus ſe vlcifcitur, aries corni- bus, & fronte impetit, ſimul atque ſe vnumquodque horum offenſum videt. Quid plura: ipſi pulli gallinacei vix dum obo exuti, tamen ſe inuicem petunt: videsque mirabile ſpectacu- lum, vilissima animalcula, eos tamen ſpiritus, vbi contentio exarſit, gerere, ac fi de Regno magni duces inter ſe decertet. Itaque natura ipſa inſtillare videtur inimicitias in eos, qui no- bis aduersantur. Quam naturalem legem ſecutus Aristoteles pronuntiaſſe videti potest, [ſi amicis bene faciendum eſt, con- sequens eſſe, vt ſit inimicis male faciendum.] Idem que alio in loco: [Cui inimicis ne via quidem communicare homines velle. Satis ſuperque praeceptum de dilectione inimicorum diſſicile reddit haec vindicta ſumenda cupiditas naturaliter omnibus, cum ſe laſlos exiſtimant, iuſta: ſed eſt tamen ex alio fonte maiori diſſicile: Iſ eſt mundi huius conſenſus, atque hominum de tuendo honore conſtant opinio. Nempe habet ſuas leges inuiolabiles mundus, quibus omnis ratio honoris, & exiſtimationis ſancita eſt; ſecundum illarum legum decre- ta is habetur inglorius, & vilis, qui acceptas iniurias non vlcifcitur: qui vltionis diſplam, quam accepit iniuriæ, ſumit, is honoratus, gloriaque dignus habetur. Eſt à filijs huius ſeculi ſtabilita illa impiorum ſententia: [Quod infirmum eſt, inuti- le inuenitur.] In quo genere celeber olim fuit belligator ille, ſive (vt scriptura loquitur) venator Nemrot robustus co- ram Domino. Itaque vides ſe pe homines militares, aut au- licos, qui generofi haberi volunt, ſi quippiam laſlos ſe putat, mille periculis vitam exponere, die, noctuque armorum pon- dere graues incedere, Solem, ac lucem fugitare, vſque dum, ſumpta vindicta, honori ſatisfaciant ſuo: & cum ira, atque vlcifcendi feruor ille refederit, ac tempore conſumptus iam ſit, tamen mundi legibus, & exiſtimationis luſe tuendæ vinculis teneri ſe putant conſtrictos. Omilerum planè mundani ho- noris obſequium, vel ſeruitutem potius. Verū quid agas?

Ad

Arist. I. to-
pic. ca. 8.4. Polit. ca.
11.

Sap. 2.

Genes. 10.

Ad inimicorum odium incitat caro: multus perurget: illa dulcedine vindictæ impellit volente: Hic honorem, existimationemque obtrudit, vel innito.

Istis tamen pessimis consiliarijs se se opponit diuinæ sapientiæ authoritas: [Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros.] An sit potius audienda diuina veritas, quam humanum mendacium, vos videte. Fuere quidem, qui aliter senserunt, hæretici, neque defuit nostris temporibus tale aliquid. Verum fidei Catholicæ est dogma certissimum, nullo modo Christiano homini fas esse malum pro malo reddere: neque inimicos licere odio prosequi: quin etiam, si salutis esse velit, debere inimicis suis benefacere, cum opus est, & quæ communiter in alios collocat beneficia, ab iis inimicos excipere minimè posse. Ita Theologi docent omnes, ita Patres consentienter affirmant. Gregor. dicit vindictam propriæ iniurie sa-
cris regulis prohiberi. Et in Concil. Carthaginensi statuitur, non debere recipi oblationes dissidentium. Et in Concil. Agathensi, [qui inimicitias deponere perniciosa intentione nolue-
rint, de Ecclesiæ cœtu iustissima excommunicatione pellan-
tur]. Neque vero quisquam Euāgelicæ perfectionis hæc do-
cumenta ita accipiat, quasi nulla extiterint talia ante praece-
pta. Quin potius in omni legum ratione, siue scriptam, siue na-
turalem, siue Euangelicam spectes, dilectio inimicorum sancta est. Moysis lex antiqua sic habet: [Si vis deris asinum odien-
tis te iacere sub onere, non pertransibis, sed subleuabis cum eo.] Et alio in loco: [Ne oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publicè argue enim.] Item aliâs: [Si esurierit inimicus tuus, ci-
ba eum.] In ipsa lege naturæ Iob vixit, qui ita loquitur: [Si gauius sum ad ruinam eius, qui me oderat, & exultauit, quod inuenisset eum malum.] In lege vero scripta David, Rex cum esset, atque indignissimè laceraretur ab infimo homine Se-
mei, tamen milites suos ab ultione de illo cane sumenda seve-
re compescuit, diuinæ, atque omnia insipientis maiestatis reuerentia tactus. Ei, cum in Nabal, ingratum scilicet, & provocatis linguae hominem ferro vindicandum pergeret, sapiens fœmina Abigail occurrit, & restitit: [cum constituerit te Do-
minus ducem super Israel, non erit, inquit illa, tibi singulari-
tum, quod ipse te ultus fueris.]

2. Dilectio
nem inimi-
corum omni-
esse lege pre-
ceptam.

Inter erro-
res Græcorū
numeratur
hic à Castro
dehæres. &
à Præteolo.

Lib. 2. epi-
stol. 34.
Refertur
23. q. 4. ca.
inter quere-
las, quod
est 27.

4. cap. 93.
Refertur d.
90. ca. obla-
tiones.

Cap. 31.
Exod. 25.
Levit. 19.
Exodus. 25.
Job 31.

Habetur de
stat. 90. ca.
Placuit,
quod est 9.
& ead. dist.
cap. vlt.

1. Reg. 25.

3. Ratio- Dicent fortassis homines nō valde religiosi, illos quidem
natura- fuisse viros sanctos, atque heroici nominis opera peregrisse: se
les que ini- non tam alto spiritu præditos, neque posse naturæ leges faci
micum dili- le vincere. Ego verò ratione cum ijs agere pergam, ac iuxta
gendum de- ipsum naturæ ductum ostendo, non esse laude dignum inimi
monstrare. co malefacere: imò verò & utilitatis, & gloria plurimum in
 bene merendo de aduersarijs situm esse. Denique rationi na
 turali esse contrarium, malū malo plectere. Quæro enim ex
 te, eum, qui fecit tibi iniuriam, cui nam putas nocuisse am
 plius, tibi ne, an ipsum sibi? Nam te quidem vel fortunis, vel
 opinione, vel etiam corpore læsit, id enim est summum: se
 verò altius in animali læsit, menteque suam sceleri addixit.

Aristot. 1. Nonne hoc longè grauius malum? Aristoteles quidem sum
Rhet. mus Philosophus ita pronuntiat: [Peius est facere, quam pati
Plato in iniuriam.] Cui mirificè consentit Plato asserens, & lege, & na
Gorgia. turâ longe turpius esse facere, quam pati iniuriam, imò verò
 omnium malorum maximum Socrates cealabat facere iniuri
 am, itaque se potius optare pati iniuriam, quam facere. Dic
 igitur mihi (o homo) si domi tuæ phrenes impotentil labo
 rans quispiam, te corripientem, & commoda monentem
 ita exciperet, ut indignans tibi præ furore caput suum pa
 tiæ illidiceret, vtrum iram tibi, an commiserationem potius
 excitaret? Quid si arrepta sica vix summam tibi cutem præ
 stringeret, se verò ipsum altè confoderet, dignior ne tibi
 vindicta, an lachrymis & dolore videretur? Omnino ita di
 ceres, ita sentires, si homo, non sera, aut saxum elles. Quippe,
 cum te minimo damno affecerit, sibi vulnus grauissimum mi
 ser influxerit. Quam iniuria factæ rationem sapienter expen
 dens Socrates, quemadmodum Basilius quoque narrat, cum
 Basil. hom. in illum impudens quidam ingentem colaphum impegisset,
 24 ad ado
 lescentes, non restitit Socrates, sed vltro etiam obtulit cædendum se
 quomodo ex
 Gentilium
 doctrinis
 proficiant.
 Pſel. 10.

se, quoad ille improbus voluit: cumque faciem totam pla
 gis tumentem, & liquidam reliquisset, Socrates fronti in
 scripsit; [Talis fecit] abundè se vltum putans, quod iniuriam
 facere, quam pati longè turpius existimaret. Si hæc ille diu
 na fidei expers, quid tu (Christiane) qui cælesti luce per
 fulsus es, & sentire, & agere debes? Omnino Spiritus san
 ctus fallinon potest asserens, illum qui diligit iniquitatem,
 odia

odio habere animam suam. Qui tibi igitur iniquus est, se potius, quam te odio prosequitur, animæ ipse suæ dampnum ingens dat. Exemplo medicorum proposito Petrus

Chrysologus monet inimicorum iniurias tanquam phreneticorum deliramenta, ferendas, atque ita dicit, [Talia Chrysolog. serm. 38.]

perpetrates grauissima phrenesilaborare cognouimus: obediamus Christo, & furentum fratrum morsus, verbera, onera, tota pietatis virtute portemus.] Adhæc age modò, cuius cerebri est ideo insanire velle, quoniam prius alter insaniit? quæ ratio patitur, tibi male agere expedire, propterè quòd ciuis, aut collega tuus fecerit male? Si in te alter fecit iniuriam, desinestu esse & ipse iniuriosus, si iniuriam vicissim feceris? an verò iniuria ius vnquam esse potest? & peccatum peccato repensum, peccati rationem, & nomen exuet? Quòd igitur peccet alter, ideo tibi esse peccandum, vides planè, quam stulte asseri omnes intelligent. Cùm per viam forte cœno impeditam ingrederis, si obuius aliquis non satis considerat calcans, guttulas aliquot aquæ latulentæ aspersit in togam tuam, tu vero iratus vltionis capienda gratia in medium cœnum insilias, ut illum vicissim respergas, quantum risum facturus es omnibus, prudentibus æquid, atque imprudentibus, qui alterum leuiter vt attingas, te totum ita foedaueris? Mouit hæc ratio, atque perculit excellens illud Platonis ingenuum, qui in Critone sic disputantem inducit Socratem:

[Nullo modo iniuriandum est, neque si passus fueris iniuriā, vlciscendum, vt vulgus putat. Perpaucis autem (scio) sic, vel apparebit, vel apparebit. Neque igitur vlcisci decet, neque malefacere cuiquam hominum, quodcumque ipse passus fueris.] Erat Ethnicus Socrates, erat fidei Christianæ expers Plato: attamen ita sentiebant, ita prædicabant. Quoram etiam sententiam Plutarchus probat in eo eleganti opusculo, quod de capienda ab inimicis vtilitate conscripsit. [Oblata inquit occasione vlciscendi inimicum, eum missum facere æquanimitatis est: qui verò & miseratur inimicum afflictum, & opem fert indigenti, hunc omnes amant, & laudant ob animi humanitatem, & bonditatem.] Ideinque Diogenis responsum narrat interro-

ganti cuidam. [Quomodo vlciscari inimicum? Probus esto.]

Quin etiam ipsum laudare inimicum, maiorem concilia-

re laudem laudanti, quam laudato, sapienter affirmat.

Quod Tullias quondam de Cæsare scite dixit, cum sta-

Basil. hom. tuas Pompeij everti vetuit, suas stabilisse. Refert Basilius
24. ad ado- Magnus Periclem illum, clarissimum Græciæ Principem
lescentes, à quodam probris omnibus lacessitum nihil respondisse,
quomodo nihil esse commotum: quin etiam cum iam sero abeundum
ex Gentiliū effet, cum lumine consitiatorem fuisse comitatum. Quan-
dotrīnī proficiant.

ta hæc gloria virtutis egregia? Idem etiam narrat, cum Euclidi Megarensi quidam iratus iurasset, se illum neci da-

torum: Euclidem contrâ intrasse, se patienter laturum. Quæ

planè fasta præclara meritò Basilius dicit præceptis Eu-

angelicis fuisse consentanea de ferendis iniurijs, & de benefa-

cendo inimicis. Quod si Gentiles fidei Christianæ ignari

ita & sensere, & egere, quid est, quod Christianus autho-

ritate Christi edocetus non intelligat malum bono esse vin-

cendum? Postremò dicas velim, qui te ipse vlcisci paras,

quid ab omni ratione, & iure alienius esse potest, quam ut

idem sit & actor, & iudex? Nonne perspicuum est in sen-

tentia ferenda errare illum esse necesse, qui sibi fauet, al-

teri infensus est? In omni sane Republica cautum legibus

est, ut nemo sibi ius dicat: quod ipsum naturæ ius distar.

Cum ergo te dicas affectum iniuria, actorem te ipse fate-

ris. Quod si etiam tibi te vindicandum censes de inimico,

nonne iudicis partes assamis? Simul itaque vis esse &

actor, & iudex? at quam iniqua indicia animi irati? quam

truces poenæ decretæ forent? conuitum, scilicet, alapæ

vindicandum, alapam vulnere, vulnus nece; ita semper

crescit vlciscendi libido. Atque his legibus infelices inca-

Heb. 10.

tales mandō militant: hæc earnis sapientia est: hæc gene-

rositas, hæc gloria semper in peius ruere. O quanto illa

æquior, atque iucundior Dei lex omnes mortales ad se

vocantis. [Mihi (inquit) vindictam, & ego retribuam?]

Psal. 16.

Deus te vlcisci vult, à te stat contra inimicum tuum. Quan-

to id melius, & satius? David certè ita existimabat, cum

Deum alloqueretur. [De vultu tuo iudicium meum pro-

deat: oculi tui videant æquitatem.] Optimo iudici cau-

sam

sam nostram commissam scientes, conquiescamus, ac de salute animæ, & nostræ, & fratri, qui lexit, potius cogitemus, ut optimo Patre dignos filios nos exhibeamus.

IN EA DEM FERIA, CONCIO SECUNDA.

De ijsdem verbis:

Diligite inimicos vestros. Matth. 5.



ERVOS ferunt, scorpis, & serpentibus
vesci: & quæ alij afferunt pernicem, veneni
mortiferi vi, ea animantia bonitate naturæ,
ac stomachi eximio calore, in cibum ad vi-
tam propagandam vertere. Quod naturæ de-
cūs Plutarchus Philolophus considerans, ad eos sapienter
transfert, qui magna prudentia, & virtute præditi ex ini-
micis utilitatem capiunt, ex genere, scilicet, hominum ve-
nenato, & lethali ipsi sapientia freti saltem sibi, gloriam-
que conciliant. Xenophon quoque non vulgaris philoso-
phus asserebat cordati esse hominis etiam ex inimico utili-
tatem capere. Quemadmodum ex levis atrocibus utiliani
hominis multa ad vitam, & sanitatem tuendam capi-
mus: ex auro, videlicet, ex lcone, & lupo, ex ipso vipera.
Quoram omnium mirabilem in varias occasiones vnum, ac
medicamenta qui discere cupit, confulere sane potest Pli-
nium naturalis historiæ scriptorem, cæterosque medicæ
artis peritos authores. Quæ quidem è dicta sunt, vt in-
telligat quiuis ex inimicorum dilectione utilitatem sibi
capere licere vel maximam: Ij enim veluti venenata, at-
que impotentes bestiæ vitæ mortalium insidiari viden-
tur, quibus tamen si recte, ac pro decoro utaris, non
perniciem, sed commodum plurimum sis relatus.

1. Ex ini-
micis mul-
tas esse vi-
litates.

Plutarc. de
utilitate ca-
pienda ab
inimico.

Idem ibidē.

Hoc igitur probè sciens sapientia cælestis admonet: [Dilige
ite inimicos vestros: benefacite ijs, qui oderunt vos: ora
te pro calumniantibus, & persequentibus vos.] Enumere
mus ergo, si placet, commoda, atque vtilitates, quæ ex
inimicis capere, & possumus, & debemus.

**2. Deñ sibi parare de
fensorē, qui inimicū
non vlcisci-
tur.** Primo, si te ipse minimè vlcisceris, paras tibi vtorem ipsum Deum, eumq[ue] facis à partibus tuis stare. Qua re nihil neque glorioius, neque salutarius cogitari potest: suscipit enim Dominus causas afflitorum libenter, atque oppressorum, qui se minimè vindicant, sed illius æquita
ti suas opes, curasq[ue] committent. In eos verò acriter animaduertit, qui violenter, atque iniquè vel subiectos, vel socios vexant. Canit id præclarè P[ro]saltes: [Deus con
teret dentes eorum in ore ipsorum, molas leonum con
fringet Dominus.] Hæc in ferociantes, & truces bestias:
iam de patientia sanctorum adiungit: [Latabitur iustus,
cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine
peccatoris, & dicet homo, si vtique est fructus iusto? vi
tique est Deus iudicans eos in terra.] Enq[ui]ntus sit iusti
tæ, & patientiæ fructus. En Dei iudicium vigilans. Vi
rum nocentem iustissima poena plectat, innocentem de
inimici vtione latum, vltore inque reddat. Fas quidem est
ablata repetere, l[et]sæ existimationis causam agere: sunt
magistratus, sunt tribunalia, apud quæ de restitutione, de
satisfactione iniuriæ acceptæ Christiano quoque tractare
licet: neque id prohibet lex ditina: neque verò crimen est,
criminis postulare male meritum de communi, & publica,
vel etiam priuata re. Magistratus enim ideò instituti sunt,
vt iniurias fieri nō sinant, & factas etiam vlciscantur. Quod
esse laude dignissimum Plato prædicat. Paulus verò Apo
stolus eti[am] iniuriam magis, & fraudem pati Christianum
decere vult, quam litigare, non tamen iudicia prohibet, &
causam suam quemque agere. At inimico animo isth[ic]e de
signare, & vindictam querere, atque alterius damno exulta
re, turpe est. Quare cauendi sunt diligenter ijs scopuli, ad
quos s[ecundu]m numero instructissimæ etiam naues allidi solent;
securus ille portus est, vt Deo te, tuaque omnia committas:
illum defensorem, illum iniuriarum tuarum iudicem ma
lis,

Psal. 57.

**Plato dial.
5. de legib.
Cor. 6.**

Iis sanguinem enim seruorum vlciscetur, quos habet charis. *Psal. 9.*
fimos, vt qui eos attingat, diuini oculi pupillam tangere, at- *Zachar. 2.*
que affligere existimari velit.

Sed honoris iacturam plurimam facere doles, quod mun- *3. Maxime*
dus eos, qui laeti tacent, neque se se vlciscuntur, velut iner- *esse honoris-*
mes pecudes, viles, atque ignobiles habeant eos contrà præ- *ficum, inimi-*
dicet, atque suspiciat, qui damna, iniuriasque acceptas, *co parcere.*
multiplicato inimicorum incommodo, atque suppicio
tanquam aucto fœnore recompensent: hos nobiles, hos ge-
nerosos, dignosque imperio ducit: itaque honoris, atque
existimationis tuæ te ratio monet, ne diligendum inimicum
putes. At qui ostendo tibi protinus in diligendo inimico ho-
nores esse longè cumulatissimos, gloriam immortalem.
Age, quis rectius, & verius censet, mūdus, an Christus? Quid
ait Christus? [Ut sitis filij Patris vestri, qui in cœlis est,
qui Solem suum oriri facit super bonos, & malos.] Ac rur-
sus: [Estote ergo & vos perfecti, sicut Pater vester cœle-
stis perfectus est.] Ergo benefacere inimico, Deo dignum
est, generososque filios tanti Patris ostendit: ad perfectam
laudem, ad gloriam, ad Deitatis ipsius consortium perti-
net; ita plane Christus existimat. Non est vilis animi, mihi
credite, imò Christo magis credite, non est pusilli, sed mag-
ni, & sublimis iniurias obliuisci, malefacta benefactis com-
pensare. Rudebunt fortassis homines ridendi ipsi potius tan-
quam amentes, aut ut se modestius comparent, dicent Chri-
stiana lege sic censeri, apud Deum sic rem habere: at ho-
mines aliter sapere, mandum contrà opinari. Mihi vero *Cicerio in*
iam vel ex ipso sæculo testes producendi sunt ad nostram *oratione pro*
sententiam asserendam. Nonne Marcus Tullius tantus ille *Q. ligario.*
& orator, & philosophus in virtutibus Iulij Cæsaris nullam *& in orat.*
fuisse admirabiliorem confirmat clementia? quod in cœte- *pro M. Mar-*
ris magnificè, atque fortiter factis, cœteros mortales vicis- *cello.*
set, in suarum iniuriarum obliuione seipsum. Quam non mi- *August. de*
nus veram, quam elegantem Cæsar is à Cicerone assertam *ciu. Dei lib.*
laudem valde Aurelius Augustinus probat, asserens Cæsa- *3.ca. 30.*
rem aduersarijs vitam, dignitatemque donasse. Plutarchus *Plutarc. de*
quoque Philosophus ita scribit: [Qui vero & miseratur *ytilit. ca. ab*
inimicum afflictum, & opem fert indigenti, hunc omnes *inimico.*

amant, & laudant.] Nam reuera longè maior animi fortitudo est se ipsum vincere, quam quemuis alium.

Pron. 16. Re& è Salomon dixit: [Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore virium.] Vis ergo inimicum vincere gloriose, vince in bono malum. Non tan-

1. Reg. 17. ta fuit Dauidis gloria, cum Goliam hostem inumanem deiecit, iugulavitque, ac capite gladio infixo ad suos vi-

2. Psal. 131. etor reuerius est, quantam meritò ipse prædicat, Sauli Regi inimicissimo, & iniquissimo pepercisse. Id ipse li-

benter commemorat, id, scilicet, gloriatur, cum canit: [Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius.] Cui pulchre scriptura consentit, cum recenset catalogum

2. Reg. 23. virorum fortium. [David sedens in cathedra, quasi vermiculus ligni tenerimus.] In tanta fortitudine egregiam

animi mansuetudinem præcipue extollit, atque admiratur.

Quare desinant homines vani, & inepti de honoris iactura quæstionem facere: intelligent nihil esse honorificentius, nihil gloria dignius, & apud Deum, & apud homines, modò non infantes, dilectione inimicorum, fru-

ctumque esse maximum tandem sibi persuadeant, ut mortales Deo immortali quam simillimi sint. Abeant leges istæ militares à diabolo inuentæ, ingentes illæ nugæ duello-

rum procul recedant: tam impudentia mendacia aures Christianæ non ferunt. Non est tuendus honor vindicando, sed condonando, non tuetur nomen, & famam,

qui læsus decies lædit, sed qui, cum polsit vlcisci, potius be-

In orat. 1. ne meretur, ille est immortali gloria dignus. Præclare Tullius dixit: [si plurimas à tuo prætore accepisses iniurias, ta-

men ferendo maiorem laudem, quam vlciscēdo mererere.] Si de omni genere hominum accipiatur, nihil dici excelius

4. Deū no- potest.

bis dimitte- Quantum autem à divina stirpe degenerent, qui se Deū
re offendas, habere Patrem iactant, & in illius tamen filios, id est, fratres
vivos dimittit suos iniqui, acerbique sunt, vel ex se ipsis rationem incant,
tamus fra- velim. Quanta nos peccamus in Deum? quot debita, quād
tribus. ingentia contraximus? Si nos ille pro meritis acciperet, quo

Psal. 129. suppliciorum, & mortis genere tot sceleraluere possemus.

Roman. 2. [Si iniquitates obseruauerit, quis hominū lusinere queat?]

vt ait

Ut ait egregius Vates. At quid Deus in impios , & sceleratos? quæ illius patientia? quam diuturna tolerantia? an ignoras, quod benignitas , & patientia Dei ad poenitentiam te (peccator) expectat? Neque tolerat modò, atque dissimilat offensas suas : verum indulget ultro , & allicit, & certat benefactis vincere perueritatem nostram : & mille modis curat salutem ijs , à quibus est grauiissimè laesus. Neque enim continet in ira sua misericordias suas , neque vult perire peccantem , sed ad conciliandum sibi potius omnibus modis dat operam. Hæc Dei magnitudinem decent , hæc illam sempiternam maiestatem excellenter illustrant , cuius natura bonitas , cuius opus clementia est. Quid igitur te facere par est , qui talem te Patrem habere gloriari? Quin potius te ex diaboli progenie cogitemus oportet , quem imitaris , cuius facta iniqua , cuius odia infesta præte fers. Ille homicida erat ab initio : & tu desideria patris tui vis facere , quod Christus dixit Iudæis. Nonne times , atque vehementer formidas illam Domini irascentis vocem ? [Serue nequam omne debitum dimisi tibi , quia rogasti me , nonne ergo oportuit & te misereri conferni tui ?] Verissimè Sapientis admonuit : [Qui vindicari vult , à Domino inueniet vindictam , & lersans peccata illius seruabit. Homo homini reseruat iram , & à Deo querit medelam? ipse dum caro sit , reseruat iram , & propitiationem petit à Deo ?] Recte proinde sanctus Papa Leo nos admonet , [ne simus in remissione difficiles , quia ad nos recurrit siue cupiditas ultionis , siue indulgentia bonitatis , & nemo audeat alterius delictis veniam denegare , quam pro suis optat accipere .]

Ex quo intelligimus ; quanta ex odio inimicorum mala sequantur , quantus vero dilectionis , & beneficiæ fructus. Ex vla est , mihi credite , inimici diligendi præceptum . Non tam illius rem , quam nostram agimus. Nos enim pauca , & facilia condonamus homini in nos peccanti. Deus vero nobis innumera , eaque grauissima condonat. Quid ad hanc egregij fœnoris artem? tu remittis vix trium obolorū pretiū: Deus tibi ter mille taleta.

Bene

Psal. 76.

2.Reg. 14.

Ioan. 8.

Matt. 18.

Eccli. 28.

S. Leo. ser. 11.

11. de quadragesima.

*Quæ
vtilitatis fit
dilectio ini-
micorum.*

Eccli. 28. Bene ergo ille ipse auctor hostatur. [Relinque proximo tuo
 Luc. 6. nocente, & tunc deprecantib[us] tibi peccata solvētur.] Quod
 etiam Saluator monuit, [Dimitte, & dimittemini.] Beā-
 Ang in En-
 chiri. c. 33. tus quidem Pater Augustinus egregie docet inter omnia mi-
 celi. homi.
 6.lib. 50. ho-
 mil. refer-
 tur. d. 45. c.
 Due sunt
 eleemosynæ
 cordis multo
 maior est,
 quam ele-
 mosyna cor-
 poris.
 Psal. 7.
 Iob 31.
 2.Reg. 16.
 Gregor. lib.
 22. moral.
 cap. 6.

sericordia opera nullum esse maius, nullum Deo gratius,
 nullum ad propria peccata soluenda potentius venia iniuriæ
 acceptæ. [Ea (inquit) eleemosyna nihil est maius, qua ex
 corde dimittimus, quod in nos quisque peccauit.] Hoc igitur
 David pro se allegabat. [Si reddidi retribuentibus mihi
 malum.] Hoc etiam sanctus Iob. [Si gauilus sum super rui-
 nam inimici mei, & latitus sum, quod intenisset cum ma-
 lem.] Inimici maledicta ad salutem, ad prosperitatem veri
 nobis, si bene patientes sumus, ille ipse rex David iudicat;
 qui Semei se impetentem, & dictis, & factis pessimis non
 molestè accepit, suos verò indignantes grauiter obiurgauit. [Dimitte, ait, vt maledicat, si forte respiciat Dominus
 afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro ma-
 ledictione hac die hodierna.] Iuxta præceptum Domini
 maledicere censebat optimus Rex eum quem diuinæ iusti-
 tæ, ac prouidentiæ veluti ministru[m], & satellitem cogita-
 bat. Siue igitur Dei omnia cernentis imperium mente com-
 pletimur, siue oculos ad nostra commoda conuertimus, in-
 uenimus prorsus plus nobis plerumque prodesse inimicos
 maledicentes, quam amicos blandientes. Ac debemus inimico-
 rū facta potius excusare, nostrisque meritis minora sentire,
 si modestè, ac prudenter gerere nos velimus. Qua de re præ-
 clarè Gregorius docet, aliud esse impium, aliud inimicū per-
 peti. [Nam sunt pleriq[ue] inimici, ait ille, qui non sunt impij:
 & sunt impij, qui nobis specialiter non videntur inimici.
 Humana autem mens omnem inimicum, quem tolerat,
 etiam impium & iniquum putat: quia eius culpas apud
 cogitationem suam liuor accusator exaggerat. Quibusli-
 bet verò flagitijs prematur, minus iniquus creditur, si ad-
 uersarius minimè sentitur.] Quæ magni patris doctrina fi-
 genda est animo, atque alte meditanda. Facile enim ni-
 mio nostri amore decepti, eos vehementer accusamus, ini-
 quoisque ducimus, qui nobis obfistunt: contrà viri perfe-
 ci, atque sancti inimicorum magis miserentur, atque eo-
 rum

rum etiam malesacta, quoad licet, excusant. Stephanus Actor. 7.
 Dominus precatur genibus nixus, ne se occidentes dam-
 net: Christus verò Rex noster, decus, ac lumen no-
 strum singulare non tatis habet veniam crucifigentibus se
 postulare, verum culpæ etiam tantæ excusationem quan-
 dam obtendit: [Pater ignosce illis, quia nesciunt, quid fa-
 ciunt.] O vocem diuini fusi sanguinis præclaram, quam re- *Luc. 23.*
 Etè Paulus melius clamantem dicit, quām Abel sanguinem,
 cùm Abel vindictam in fratrem, Christus veniam, gratiani- *Hebr. 1. 2.*
 que in Deicidas imploret. Proh quantus pudor Christia-
 no odia exercenti, vltione inque paranti. Quin potius in
 propositum nobis exemplar ardentissimæ charitatis intu- *1. Pet. 2.*
 eamur, ac pro virili imitari conemur. Petrus verò sic cen-
 set: [Christus, inquit, passus est pro nobis, vobis reli-
 quens exemplum, qui cùm malediceretur, non maledice-
 bat, cùm pateretur, non comminabatur.] Ergo tanto Pa-
 tre non indigni futuri filij pro iniuria gratiam, pro male-
 factis beneficia reddamus. Id cùm nobis perutile, tum val-
 de gliosum atque honorificum, contra quām mundus op-
 natur, Christi Iesu veros discipulos, se statoresque decla-
 rabit. Nam si solum in eos benefici ac benevoli esse pergi-
 mus, qui nos nulla iniuria affecerunt, quin polemis se amicos
 ac gratos præstiterunt, nulla profecto laude digni sumus.
 [Nonne & publicani & æthnici hoc faciunt?] ait Christus. *Mattb. 5.*
 Illud insigne Christiani animi facinus est, vt ijs saluti esse
 cupias, à quibus exitium tibi parari videoas: quod Stephanus
 egregias Christi athleta fecit, vt pro illis funderet pre-
 ces, quorum manu & odijs cruentis extremum discrimen
 adierat. Itaque quam nomine suo quodammodo præsigna-
 bat, consecutus est præclaram Christianæ militiae coro-
 nam, quam Dominus ijs omnibus pollicitus est,
 qui de inimicis benemeriti Christum
 imitari felicissime
 volunt.

I N E A D E M F E-
R I A , C O N C I O T E R T I A .

De illis Euangelicis verbis.

Estote ergo perfecti, sicut Pater vester cœlestis perfectus est. Matth. 5.

1. Quæ ho-
minis ad
Deum simi-
litudo &
qualis fu-
gienda.
*Aristot.in
12. Meta-
physi. ca. 9.*



M N E M naturam conditam constat ed esse perfectiorem, quod magis ad conditoris sui perfectionem accedit, illumq; quantum potest, imitatur. Eam ob causam summus philosophus Aristoteles cœlestes illas substancias, quas ille intelligentias appellat, censuit cœlestium orbium motionem non intermittere: quod ita maximè primæ, ac summæ intelligentiæ similitudinem teneant, quæ semper in actu est, semper operatur, atque efficit. Homo vero, cum ad Dei imaginem, & similitudinem factum sacræ literæ narrent, erit profectò tanto perfectior, quanto Deo similior. Imaginem quidem, ut Hieronymus, ac Rupertus interpretantur, in ipsa natura, naturalibusque potentijis homo sortitus est: similitudinem gratia, iustisque actionibus sibi comparat. Quare nos Apostolus adhortandos sic putat: [Estote ergo imitatores Dei, sicut filij charissimi.] Hoc igitur primum sit: consequens ac secundum illud: Dei similitudinem duobus modis intelligi posse: uno per æqualitatē, qui est iniquissimus, ac proslus execrandus in creatura. Altero per imitationem ad divinorum bonorum participationem quandam congruentem: ad quem nos Saluator hodiehortatur pro nostra virili capessendum. Verum æqualitatis ille prior modus non simplex est. Est enim æqualitas absoluta: est etiam proportionalis. Ergo similitudinem æqualitatis absolutæ cum Deo solus Deus habere potest: quæ proinde Filii Dei propria, peculiaris que est. Secundum eam ille ipse dicebat: [Omnia quæ viderit Filius Patrem facientem, hæc & Filius

Ioan. 5.

Ius similiter facit. Pater enim diligit Filium, & omnia demon-
strat ei.] Hanc tantam Dei similitudinem, sublimem atque
omni ex parte perfectam natura creata, neque capere, neque
appetere potest. Ipse ille Lucifer, cuius tam excelsi conatus
tamque superba cogitatio narratur, nequaquam eam similitu-
dinis rationem cum Deo appetijt: neque enim tam erat insa-
nus, aut fatuus, ut rem omniratione impossibilem sibi peten-
dā arbitraretur. Alia fuere vota superbissimi Angeli. Aequali-
tatem quidem expetijt, at non absolutam, quippe impossibili-
bilem, sed proportionalem, liceat vocabulis ex schola philo-
sophorum sumptis vt, quando quibus res maximè obscuras
explicemus, alia non occurunt. Proportionalis, & qualitas
illa est, cum erga res suas ita se habet, ut Deus erga suas. Pla-
nius dico. Qui non ab altero Principe pendet, & qualis illi est
in imperio, licet tantum regnum non obtineat. Verbi gra-
tia, Anglus Hispano: ita enim dominatur Anglus in suo reg-
no, ut Hispanus in suo, tametsi neque opibus, neque ditionis
amplitudine comparandus sit. Quod si is qui erat iure, atque
vñ suu subiectus Principi, à quo Provinciae p̄fectus erat, vel-
let suo natu sine illa Principi authoritate gubernare Provin-
ciam, quis non illum & aqualem suo Principi, ac domino fieri
velle, recte diceret? quippe qui id agat, ut perinde provinciā
sibi subiectam habeat, ut habet Princeps reliqua regna, ta-
metsi ampliora, pluraqæ. Hoc ergo fuit propriè primi Ange-
lis celus, hoc diaboli peccatum ingens: quod propria gloria,
& magnitudine elatus, Deo subdi noluit, suis maluit frui,
quasi suis, ac non precariò, gratisq; ab altissimo p̄stitis.

Hinc illa vox nefaria: [Ero similis altissimo.] Hinc iustissima *Esai. 14.*
alterius prophetæ exprobratio: [Dedisti cor tuum quasi cor *Ezech. 28.*
Dei,] atque eiusdem in alio loco: [Eleuatum est cor eius in al- *Ezech. 32.*
titudine sua.] Quod mortiferum venenum visceribus imis-
haustum serpens malignus instillare conatus est primis
nostris generis authoribus: [Eritis, inquit, sicut dij.] Hoc *Gen. 3.*
genus diuinæ similitudinis expetendæ, ac capessendæ naturæ
rationalistum Angelicæ, tum humanæ est prorsus immensa
pernicies, irreparabile exitium. Neque diuinæ perfectionis
affectiones tales Christus vult, neque mentem adeò non mo-
dò impiam, sed insanam nos ea verba docent: [Estote ergo
per-

Luc. 17.

perfecti, sicut Pater vester perfectus est.] Quin potius humiles, veritatisque tenaces esse iubet: qui cum omnia fecerimus, quæ nos facere oportet, dicere imperat: [Serui inutiles sumus.] Sensit quanvis superbis Antiochus plaga cælesti verberatus, quæm esset ab humana potentia alienum Diuinitatem affectari: atque ipsis diris doloribus vixsus, veram illam sententiam effudit: [Instum est subditum esse Deo, & mortalem, non partia Deo sentire.] Neque dissimile in tartaro damnatorum supplicium etiam externus Poëta describit, quibus inter ipsas, quas hant, acerbissimas poenas, identidem in clamatur acri voce præconis. [Discite iustitiam moniti, & non temnere Diaos.]

Virgil. 6.
Æneid.
2. Quomodo
perfettio di-
xina homini
quarendæ.

Ergo diuinæ perfectionis similitudo quemadmodum homini minimè expetenda sit, sed modis omnibus ut superbiaz certissima lues, fugienda, ac detestanda, diximus haec tamen. Superest, ut illam alteram speciem persequamur diuinæ similitudinis, quæ iucundissima, atque honestissima existit, quæ in eo posita est, ut Dei actiones imitemur, quantum nobis imitari fas est, dignisque operationibus illius summæ bonitatis, quoad licet, imaginem referamus. Ut enim qui ad lucem plurimum accedit, lucis consortio maximè fruitur: ita qui Dei bonitatem refert agendo, Dei perfectioni similior evadit.

Matth. 11.
1. Ioan. 1. 2.Be. dñi
eg. doceAugust. ser.
10. de ver-
bis Domini.

Hoc Christus libenter offert: [Discite à me] inquit. Et Iohannes commemorat societatem, quam habemus cum Deo, & cum filio eius Iesu Christo, si tamen ambulamus in luce. Sunt vero quædam in illa prima, altissimaque substantia ita illius propria, & ab omni creatura substantia tam longe remota, ut in ijs Deum velle imitari, stultitiae, temeritatisque maxima sit. Nam omnipotentiam, qua cuncta condidit, præscientiam, qua futura omnia videt, aternitatem, qua semper eodem modo se habet, ceteraque talia ad diuinam maiestatem iure ipso Deitatis propriè attinentia, qui velit sibi arrogare, is vel insaniat, necesse est; vel Diabolum ipsum superbiam importunitissima superet. Bene Augustinus: [Discite à me non mundum fabricare, non cuncta visibilia, & inuisibilia creare, & non in ipso mundo mirabilia facere, & mortuos suscitare, sed quia mitis sum, & humili corde.] Attamen hæc ipsa excella potentia, scientia, immutabilitatisque diuinæ decora suo mo-

do

do assequitur etiam creatura, si creatorem ea parte, qualiter, atque decet, imitari contendit. Quæ nam igitur erit ratio diuinæ perfectionis optandæ, & capellendæ? Nimisrum ut à malo abstineat homo, quantum potest: vt peccatum peccatum animæ pro viribus fugiat: vt sanctitatem omni ratione sectetur: Sic enim ille dicit: [Sæcti eritis, quoniam ego Dominus Deus vester sanctus sum.] Est autem sanctitas, vt Dio Leuit. 19, natus tradit, per se & munditia; ergo mundare animum 1. Pet. 1. etiam atque etiam, purgare sordibus omnibus peruersi aut Dionys. ca. amoris, aut odij, hæc summa Christianæ sanctitatis est. Iacob. 12. de diuin. b. Apostolam audite: [Religio munda, & immaculata apud nomin. Sæc. Deum, & Patrem, hæc est visitare pupillos, & viduas in tribulatione illorum, & immaculatum se custodire ab hoc sæni scelere libalo.] Quantum ergo sæculi unusquisque contaminationem bera, per se a se ablebat, tantu religioni, sanctitatique propinquat. Aper itaq. & petrius id ipsum Petrus, [Omnia nobis diuinæ virtutis suæ, quæ nitus inco ad vitam, & pietatem donata sunt per cognitionem eius qui quinata munus vocavit nos propria gloria & virtute, per quem maxima, & ditia.] preiosâ nobis promissa donavit, vt per hæc efficiamini diuinæ consortes naturæ, fugientes eius, quæ in mundo est, concupiscentiæ corruptionem.] Hæc Petrus: qui diuinæ consor 2. Pet. 1. tum naturæ haec tenus definit, quatenus mundanæ concupiscentiæ corruptionem vitamus, & fugimus. Verè enim sanctitas in eo est, vt impurum omnem affectum seu volendo, seu nolendo penitus exuamus. Hoc planè paucorum est. Verum ad excellam arcem vocat nos Deus: enitendum est pro nostra virili, illius ope implorata, in sublimiora, vt diuinam perfectionem, quoad datur, consequi possimus. Itaque sicut turpes, & obsceni amores procul pellendi, ita odia, atque inimicitiae, quæ ex nostri immoderato amore proficiscuntur, corrigenda sunt, atque ad diuinæ charitatis legem componenda. Vix quicquam ita inficit animum, atque à diuina similitudine alienat: [Ne qua radix amaritudinis sursum germinans impedit, & per illam inquinentur multi,] scitis esse Apostoli verba. Cuius etiam illa: [Leuantes puras manus sine ira, & disceptatione.] David quoque turbatum sibi oculum mentis præ ira confitetur. Ergo vt Deus naturaliter bonus, & sanctus, nullius malitia, & peruersitate mouetur, sed

perstat in bonitate, sanctitateque sua; ita debet elaborare Christi seruus, ut nullius, quanvis sibi infensi atque inimici, peruersitate mutetur. Id enim est ipsum quoque perverti.

Sapien. 7.

[*Sapientia*(inquit sapiens) luci comparata inuenitur prior: illi enim succedit nox, sapientiam autem nō vincit malitia.]

Rom. 12.

Fortis, & invicti animi illud est: [*Noli vinci à malo.*] Hoc diuina perfectionis est proprium. Esse ergo perfecti, sicut & Pater vester cœlestis perfectus est.

3. Maxime elucere Dei similitudinem in benefaciēdo inimicis.

Cyprian. de bono patiētiae.

At diuina perfectio non hic consistit, sed se amplius fundit. Non enim satis sibi putat hominū sceleribus, flagitijsque non vinci, sed inimicos quoque suos benefaciendo vincere amat. Itaque pluit super iustos, & super iniustos: Solemque suum oriri facit super bonos, & super malos. Dei mirabilem bonitatem etiam in malos eleganter *Cyptianus* celebrat his verbis: [*Videmus inseparabili æ qualitate patientiae nocentibus, & innoxijs, religiosis, & impijs, gratias agentibus, & ingratiss Dei nutu tempora obsequi, clementia famulari, spirare ventos, fontes fluere, grandescere copias messium, fructus nitescere vinearum, exuberare pomis arbusta, nemora frondescere, prata florere: & cum crebris, imò continuis exacerbetur offensis Deus, indignationem suam temperat, & præstitutum semel retributionis diem patienter expectat: cumque habeat in potestate vindictam, manult diu tenere patientiam: sustineus, scilicet clementer, & differens, vt, si fieri potest, multum malitia protracta aliquando matetur: & homo in errorum, & scelerum contagione volutatus vel servò ad Dñm cōsideratur, ipso monete, & dicente: [Nolo mor-*

Ezech. 18.

*tē morientis, reuertimini, & viuite.] Haec tenus Cyprianus. Atque in hoc tam illustri beneficentiae genere Deus, vt se se imitemur, nos prouocat: vt non solum mala pro malis non referamus, verum etiam male de nobis meritos bene merendos supereimus. Quod Paulus dicebat. [*Noli vinci à malo, sed vince in bono malum.*] Est id valde præclarum victoriarum genus, diuināque excelsitatē maximē decens. Hanc Dei in peccatores, atque impios profusam benignitatem David celebrat, [*Benedic, inquit, anima mea Dño, & noli obliuisci omnes retribuciones eius.* Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas, qui redimit de in-*

Rom. 12.

Psal. 102.

de interitus vitam tuam.] Quid Deus a te accipiat, considera; quid retribuat, vide; peccata, atque iniquitates tu quidem in Deum confessis: ille vero tibi retribuit gratiam, & veniam, & salutem, & immortalitatem. Haec sunt omnes retributions eius, quas nos obliuisci non patitur. Non enim secundum peccata nostra fecit nobis: neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis. Vide, quid faciat amor. Nonne vidisti parvulos saepe iratos in matres faciem auertere, eisflare, pugno genas illarum exdere, pedibus pulsare? At matres que se esse matres optimè meminere, filios tunc magis exosculantur, illis tenerius blandiuntur, cantillant etiam, ac papillas de munere aperiunt, infanta lisque lugendas deponunt, scilicet visceribus gestat adhuc quos in lucem ediderunt, neque illorum ignorantia, erratisque superantur: quin pergunt vel ingratis benefacere, & sibi magis conciliare auerosos filiolos. Haec charitas Dei est in nos miseros, & ingratos: tota nostra, & tanta peccata magnitudine beneficiorum, ac multitudine compescat, & superat. [Neque enim sicut delictum, ita & donum: sed ubi abundavit delictum, superabundavit & gratia,] ut dixit egregie Apostolus. Dices fortasse Rom. 5. Deum nihil pati mali ab hominibus, nihil laedit: itaque si suas con Iob. 35. donet offensiones, non esse admirandum: [Nam si peccaueris (inquit) quid ei nocebis?] ut homini in hominem causa dispar, si laetus ignorat, laeditur amplius, quique; pugnum non vindicat, gladium quoque; expectare debet. Hec planè est mundi sapientia, hec prudētia carnis, quā restè morte dixit Apostolus: ades hoc tati- Roman. 8. sper auditor, ac vide, quā sit sceleris medaciū impudēs. Deus (inquit) nihil à nobis laeditur, nihil ergo magni, si remittat iniurias. An tu nihil agere putas eum, qui in regē sceleratus gladium stringit, etiam si ferire non possit? qui iugulum petit imperatoris, si frustratus est iactus, nihil ne meritus poenarum est? immo perduellē capite luere, omnes leges, omnia iura clamabunt. Si Rex veniam det, si eripiat ē satellitum manibus, si carnificem cohibeat iam festinantem noxiū in caput, quantum admirationis erit: illius clementia quanta laus? Deus vero ut bonitatem suam magnifice ostenderet, quoniam in divina natura pati non poterat, assumpsit humanam: in qua tot, & tantas accepit iniurias, contumelias, cruciatus pertulit, & vita ipsius iacturam.

Tamen malignitate nostra vietus non est: effudit tunc potius immensum amorem suum in nos, atque ipso sanguine a nobis fuso redemptos nos voluit, sibiique amicos, & charos.

Cypria. de Pulchrè Cyprianus: [Quid potest patientius, quid benignius dicit? Viuisatur Christi sanguine, etiam qui fudit sanguinem Christi. Talis est Christi, ac tanta patientia, quæ nisi talis, ac tanta existeret, Paulum quoq[ue] Apostolum Ecclesie.

Roman. 5. [Quæ diuinæ bonitatis viscera altè contemplans Paulus aiebat: Comendat autem charitatem suā Deus in nobis, quia cùm adhuc inimici essemus, iustus pro impijs mortuus est.] Ergo bonus Pater filios à se discere cupit, atque ut sint perfecti, hortatur, ut pater cælestis perfectus est. Quod scientes demus operam, ut erga inimicos nos benigne, & amicè, &c., ut Christi discipulos decet, Christianè geramus. Ita nos germanos filios Pater cælestis agnoscat, & bonis sempiternis ditabit, dignosque se mirifica gloria prosequetur.

S A B B A T H O POST CINERES.

Cum serò esset factum, erat nauis in medio mari, & Iesus solus in terra. Marc.6.

i. Interdū Deum probare suos absentia, & labore.



ATIENTIAM nos (fratres) oportet habere in tentationibus; quæ deesse huic miseræ vitæ nullo modo possunt. Audistis ex lectione Evangelica, Dominum Iesum Christum in terra mansisse; discipulos illo absente in medio mari graviter iactatos. Quid hac aliud insinuant, quam quod diuinæ literæ frequenter docent: interdum à Deo deseritos, & illius absentia non mediocriter afflictari. Quod sanè diuina prouidentia, summoq[ue] consilio agitur, non temere, neque semper

per ex culpa. Primum enim fidei suorum ea ratione, virtutemque probat Dominus: deinde efficitur absentiae molestia, ut mox præsentia iucundior, graviorque accidat. Denique sic suorum Deus exercere parat patientiam, atque constantiam, ut durent, scilicet, ac fortiores ipso labore reddantur. Quamobrem non male quidam Poeta dixit, [Gaudet patientia duris.] Vt ilis (inquit Bernardus) tribulatio, quæ probationem operatur, dicit ad gloriam. Res necessaria est ista necessitas, quæ coronam parat. Itaque in votis quidem esse debet semper Deum habere præsentem, iucundèque eo perfici: at fidelis, vel amici, vel serui est, pluris facere Domini, amicisque voluntatem, cum decernit absentiam, quam iucunditates, deliciasque suas illo præsente. Quem animum videlicet integrum, atque constantem Paulus gerebat, cum ita differeret: [Audemus autem, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præsentes esse ad Dominum.] Nempe tanti Dei suauissimam præsentiam faciebat, ut libeter corpore exxi pateretur, quo posset ea perfici. At vota sua Dei voluntati protinus se posthabere ostendit, illud adiūgens: [Et ideò cōtendimus siue abentes, siue præsentes placere illi.] O vocem Paulo dignam: etenim magna, ac præclaræ perfectionis cuiusdam est, neq; in præsentia, ac consolatione Spiritus sancti quicquam aliud habere potius Dei beneficito, & gloria; neq; in absentia, & tribulatione quicquam de divino obsequio remittere. It, atque redit spiritus Dei, cu*ip̄i* placet, & anima salutare est: idque tāto silētio fit, ut neque qua via adueniat, neq; qua abeat, homo aduertere queat. [Si abierit, non intelligam: & si venerit, non cognoscam,] iacbat beatus Iob. Effe&ta ipsa vel absentem prodūt, vel præsentem. Evidem animaduertisse vos credo post illud in deserto factum tam illustre conuiuum, illico discipulos esse compulso, reliquo Domino, le committere mari, ex quo omnis illa turbatio secuta sit: scilicet, nos hinc discere voluit Christus prosperis aduersa succedere: magnisque Dei donis, & consolationibus animum ad labores ferendos, grauesque tentationes patienter tolerandas diuinitus præparari. Christus o: abat in monte, discipuli in mari laborabant.

Addit verò Euangelista: [& vidi discipulos suos laborā

D 3 tes

*Cato apud
Lucanum.
Bernar. ser.
17. in Psal.
qui habi-
tas.*

2. Cor. 5:

Iob 9:

2. Deum tes in remigando. Quanvis longè positus in terra; vide-
attentè con- bat tamen probè discipulorum labores in mari. Itaque
siderare af- nostrarum afflictionum Deum neque ignatum, neque
flictionem negligentem putare debemus: ex illo videlicet aternæ
suorum. sœ magnitudinis vertice, omnia pericula, omnes mo-
lestias, discrimina omnia nostra circunspectit: atque op-
timè tenet, quibus veluti fluctibus huius procellosi pe-
lagi iactemur. Impudens planè impiorum mendacium
est, quorum vocem Ezechiel Propheta commemorat:

Ezech. 9.

Heb. 4.

Prou. 15.
Hiere. 23.

Iob 37.

Psal. 92.

**Bern. serm.
17. in Psal.
qui habi-
bet.**

[Dereliquit Dominus terram, & Dominus non videt:] Quorum impietatem vehementer auersatus Deus, obte-
statur; [Iniquitas domus Israel magna est nimis valde.] Verborum congettationem advertite, magna ni-
mis valde: quæ iram, & dolorem ostendunt; sed iustissimum prorsus in eos, qui, vt liberiū peccent, Deum, vel cœcum faciunt, vel tam exiguo aspectu, vt in cœ-
lo, quæ in terra geruntur, perspicere nequeat. Immen-
sum scelus; ingens blasphemia. [Omnia enim nuda sunt,
& aperta oculis eius.] Neque curarum aliarum mole di-
stinetur, ne in actiones hominum attentissimè intue-
tatur. Quin potius [in omni loco, ait Salomon, oculi Do-
mini contemplantur bonos, & malos.] [Neque Deus de-
longinquo ego sum:] proclamat ipse in Hieremia. Cæ-
lum, & terram ego imleo, itaque nihil illius visum es-
fugit, nihil intentissimè considerantem omnia præte-
rit. [Sobter omnes cœlos, vt habet Iob, ipse confide-
rat. Quod de omnibus communiter dictum præcipua
quadam ratione ad labores, & afflictiones iustorum ac-
commodatur, quemadmodum Psaltæ canit. [Vides, quo-
niam tu (Deum nempe afflatur) laborem, & dolorem con-
sideras, vt tradas eos in manus tuas. Tibi derelictus est
pauper, orphano tu eris adiutor.]] Laborem quidem,
doloremque considerat, vt manus ipse suas afferat, ex
alienis eripiat pauperem, atque orphanum, cui opitu-
latur, eò libertiū, quo magis desertum vndique vi-
det. Bene proinde Bernardus: [Cum ipso sum in tri-
bulatione (ait Deus) & ego aliud interim requiram,
quam tribulationem? Latet gloria, ablcondita est no-
bis in

bis in tribulatione; omne ergo gaudium existimemus, cùm in tentationes varias inciderimus.] Quæ verissima ratio, meditatione excitata, atque animo admis-
sa, omnem (mihi credite) ægritudinem pellit, omnem
molestiam leuat, neque laboranti mœrore cordi alia est
medicina potentior cogitatione diuinæ præsentiaz, atque
prudentiaz certissimæ; in quam intuens Apostolus dice-
bat; [Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id,
quod potestis.] Cernis quidem (obone Iesu) labore tu-
rū, quem in inflato, & insano mari perpetiuntur, tua præ-
sentia priuati: cernis, nec negligis laborantes in remi-
gando.

Erat enim contrarius ventus. Sic se habet huius sa-
culi nauigatio. Interdum vento secundo agitur, inter-
dum aduerso, & infesto. De qua alternatione prospe-
ri, & aduersi Gregorius illud exponit: [Visitas cum di-
luculo, & subito probas illum] quia & accedendo (in-
quit) ad virtutes prouehit, & recedendo, concuti ten-
tatione permittit: vt ergo & firmitatis dona habeat, &
infirmitatem suam humiliter agnoscat, per accessum gra-
tiæ ad alta sustollitur, & per recessum, quid ex semet-
ipso sit, probatur.] Ergo tranquillitas, & tempestas in
hac vita vicissim sibi succedunt; sed cùm ventus obstat,
neque tempus arridet, conatu vtendum, atque sudore;
vi penetrandum, ac tota neruorum contentione fortuna
superanda. Id agebant discipuli, remigabant, scilicet, quod
eslet contrarius ventus. Quando tempus proposito fa-
uet, & flatus à puppi, & mare ipsam serenum se præ-
bet, lato cursu pergimus; vela plena suspendimus, can-
tu, & lætitia omnia personant. Nimirum, Spiritus san-
cti gratia, & benignitas cuncta facilia reddit. Libenter
tunc canimus; [Spiritus tuus bonus deducet me in terram
rectam.] Tunc illud impletur: [Fecit procellam in auram,
& siluerunt fluctus eius, & latati sunt, quia siluerunt, & dedu-
xit eos in portum voluntatis eorum.] Experitur hoc Dei
seruus, cùm suavitatis, ac deuotionis internæ copia affluit,
& Dei favore aspirante, inimici tacent, & mutire nō audent:
fruitur quæ animus admirabili pace, trāquillitate dulcissima.

1. Cor. 10.

3. Varietas
prosperi, &
aduersi ordi-
naria.Gregor. 8.
moral. 20.

Psal. 101.

Psal. 107.

- Iac. 5.** Tunefacile est currere , & in via Domini cantare iucundè: [Qui & quo (inquit) est animo, psallat.] Quod prosperitatis internæ ac spiritualis fœlicissimum tempus beatus Iob reuo cabat in mentem: [Quando splendebat, inquit, lucerna eius super caput meum: & Deus erat in secreto tabernaculi mei, quando petra fundebat mihi rinos olei, & lauabam butyro pedes meos.] Solent viri per se sti, quò se grauioribus afflictionibus impetitos vident, eò diligentius repetere animo dona diuinitus sibi collata, diesque actos per summam iucunditatem: vt eos præsidio muniant contra cœbros, ac fortissimos desperationis iactus: quod sanctus Iob faciebat, cum vehementissimè tanta malorum mole premeretur, quantum diuinæ literæ ad illius rissimum invictæ patientiæ exemplum testataam posteris esse voluerunt. [Est enim tempus pacis, tempus est belli:] Mare quod nauigamus iam serenū, tranquillamque se offert, iam turbidum, & fluctibus in ipsum calum elatum. Quid in tempestate agendum sit? an de vita desperandum? an officium omne, omnisque industria deserenda? Paulus quidem de se confirmat: [Supra modum grauati sumus, supra virtutem, vt tandem nos etiam viuere.] Quin ipse Deus noster Christus, quoniam (precor vos) modo iactatus erat, cum illa diceret, quæ Psalmus habet: [Veni in altitudinem maris, tempestas demersit me: laboravi clamans, raucae factæ sunt fauces meæ.] Igitur remigandum est, & vi contra ventifurem conandum. Quod Apostoli faciebant. Quod monet etiam sapiens: [Sustine sustentationes Dei.] Remum patientiæ tenebat Iob: memoriam innocentiarum suarum non deferebat: ne & diabolo, & amicis per sequentibus, & Deo ipso, quod caput est, quodammodo aduersante, tristitia, ac desperationis voragine mergenter. Itaque summa constantia tempestati truculentissimæ oblistens, ita dicebat: [Vixit Dominus, qui abstulit iudicium meum à me, quia dum superest halitus in me, donec deficiam, non recedam ab innocentia mea, iustificatione quam cœpi tenere, non deseram.] Atque alias illud quoque: [Etiam si occiderit me, in hoc ego sperabo. In hunc sanè modum viri fortes, & strenui contra impetum procellosi maris remigant, & suo se labore sustentant.

Quid

Quid igitur? quod tandem tempestas evanescit? [Et circa quar 4. Impro-
tam vigiliam noctis venit ad eos, ambulans super mare.] nisi Dei
Maximam partem noctis discipulos passus est tempesta- præsenia
te iactari: sed laborem tandem importunum miseratus, ad consolatio-
extremum noctis affuit. Ita planè contingit perquam fre- in aduersis.
quenter, ut totas tres vigilias noctis, id est, maximam ora-
tionis partem, tentationes, motusque cogitationum inquiet-
tos patiamur: verum insistentes nihilominus remonstrare
considerationis, ac meditationis, praesentia Domini optata,
vel sub finem orationis fruimur. Itaque perseverandum no-
bis est, & præcepto sapientis obtemperandum; [Confide in
Deo, & permane in loco tuo: facile est enim in oculis Dei
subito honestare pauperem.] Crebroque illud euerire cer- Eccli. 11.
nimus, ut melior sit orationis finis, quam initium. Sic Da- Eccles. 7.
niel in oratione perseverans admirabilem illam de Melis Dan. 9.
reuelationem consecutus est. In tentatione ipsa, ac tribula-
tione de improviso adest Dominus, ipsas nostris laboris vin-
das calcans: ipsos cogitationum fluctus sibi tubigens. Ea est
Redemptoris nostri potentia, ea maiestas: quæ nos aduersa-
patimur, ea nobis in adiumentum vertit. Vbi maximè peri-
clitamur, inde semitam salutis aperit: in medio labore sola-
tum, ex summa tristitia gaudium summum. [Et semita tua
in aquis multis: & vestigia tua non cognoscuntur:] Ita Da- Psal. 76.
uid. Neque Deus ad gradiendum viam tritam insitit, neque
vestigia sequitur hominum, neque sua ab homine conspici-
sunt. Bene super mare ambularem Euangelista narrat, cum
subueniendi tempus esse voluit: ne humana ratione spem no-
stram metiendam nobis, humano modo Dei auxilium de- Thren. 3.
finiendum arbitremur: sed potius, quod Hieremias mo-
net, taciti, fidentesque expectemus: [Bonus enim est Do-
minus sperantibus in eum: animæ querenti illum. Bonum
est præstolari cum silentio salutare Dei.] At quid illud
est, quod volebat præterire eos? An opem laturos adue-
niens, nihil laborantes curabat? imò verò, quod quam maxi-
mè optaret suis succurrere, voluit intentos facere, & ad
sui desiderium excitare. Nam quod ultra se offert bonum,
non tanti fieri solet. Qua etiam diuina arte vias est, cum Luc. 24:
illos duos discipulos in Emmaus Castellum iam peruenien-

tes deferere se velle significauit. [Ipse (inquit) fixit ire se longius,] ut illi nimurum, quod consecutum est, amplius retinerent; vimque non in aito gratissimam facerent. Disputant sanè Theologi, ac sapienter dupliceim Dei voluntatem distinguunt. Alteram signi vocant; qua quipiam videtur intelligi: alteram absolutam, & efficacem. Et volebat ergo praterire illos, & nolebat. Illud, vt attentos, ac cupidos ficeret; hoc, vt malis eriperet lese inuocantes. Ergo discamus etiam nos non sincere abire, et si praterire nos velle videatur, quod ait Apostolus, [contemplantes, vt ne quis desit gratia Dei.]

Hebr. 12.

¶ Dei visitationes in- terim repudiari illusio-
nes ab imperio. *Sequitur vero res admiranda, ac maximè iucunda: [Putauerunt (inquit) illi phantasma esse, & exclamauerunt.] Angelus quidem Sathanæ sit interdum, ut in Angelum lucis se transformet: cui qui fidem habet, errare, & labi certum est. Fit etiam interdum contraria, ut filius Dei ipse de nocte veniat, appareatque suis: qui tamen phantasma reputant; atqui ubi latari debuerunt, etiam, atque etiam trepidant. Sæpe dona Dei, visitationesque gratia cælestis, ignari rerum spiritualium, illusionem putant, Deumque fogiunt, cum inuocare, atque invitare deberent. Quamobrem Dionysius Areopagita arcana hæc mysteria illuminationis internæ vehementer prohibet cum inexpertis comunicare. [Cave (inquit) hæc ne quis imperitus, ac ruditus exaudiat. Eos autem sic appellauerim, qui visibilibus affixi putant scientia sua illum assequi, qui polvit tenebras latibulum suum.] Non pauci, mihi credite, donum contemplationis abiecerunt, atque dininæ vniōnis, & suspensionis internæ gloriam perdidērunt; quod in confessarios, ac magistros inciderunt rerum talium inexpertos: qui statim clamant, phantasma est, illusio est, desine ambulare in mirabilibus super te. Viam tritam, & ordinariam insiste. Igitur, qui se inexpertos notuni talium rerum, atque altissimarum Dei visitationum, desinant se magistros profiteri: ad peritos, & non tam librorum lectio- ne, quam Dei donorum illustratione edocēt os amandenter tales animas. Nam perfecta, intellectuалиque Dei contemplatio per præsentiam, qualcum in nocte huius vitæ ha-*

Dionys. de myst. Theo- log. cap. 1.

2. Cor. 11.

bere homines possunt, nequaquam phantasma est, aut illusio, sed lux, veritas, vita. Heli quidem senex initio non satis intelligit Denim assari Samuelem puerum: mox intelligit; &c, ut audiat securè, monet. Danieli quoque puerum spiritum communicat Deus. [Dominus enim spiritus est,] ait Paulus: potest sua dona conferre, cui vult. Effecta ipsa pensentur: si humilitas, si puritas, si obedientia adsunt, Dei spiritus est. Primum discipuli trepidant; deinde confidunt; mox Dominum nauti accipiunt, gaudio immenso perfusi: sic Christus agnoscitur. [Usque ad noctem increpauerunt me tenes mei.] En timor. [Prouidebam Dominum, quoniam à dextris est mihi, ne commoverar.] En fiducia. [Propter hoc lætatum est cor meum.] En gaudium, quod donet nobis æternum Christus, Amen.

DOMINICA PRIMA IN QVA- dragesima. CONCIO PRIMA.

Ductus est Jesus à spiritu in desertum, ut tentaretur à Diabolo. Marc. 4.

NAGNVM certamen hodie sacra Euangelij lectio spectadum nobis pro re Christi, ponit: spectatores intentos, ac studio- & diaboli- los planè requirit. Par fortissimorum certamen. Dicum cōmissum inter se se cernimus, Aug. lib. 9. quorū virtuti, ac robori quantuscun- de cīc. 21. que est orbis vniuersus cedit. Atque dicit à prin- inde quidem prodit in campum terri- cipe dæmo- bilis ille bellator, Princeps tenebrarum; de cuius mag- num Chri- nitidine, & viribus scriptum in sacro eloquio accepi- stum esse tē- mus: [Non est potestas, quæ comparetur ei super ter- ram: qui factus est, ut nullum timeret: omne sublime Iob 41. videt.

videt, & ipse est Princeps inter omnes filios superbia.] Quād sit verò egregiè munitus ad pugnam, quād præ multa exercitatione, vñque vincendi audax, & interitus, illa Dei ipsius verbaz testantur: [Reputabit quasi paleas, ferrum, & quasi lignum putridum, æs. Non fugabit eum vir sagittarius: in stipulam ei versi sunt lapides fundæ.] Ille ergo tam fænus, seroxque pugnator, tot virorum fortium à se victorum spolijs superbis, tam longè ab incunte mundi ætate, bellorum vnu instructus prodit in campum: atque veteri suo instituto insistens indefessè, cælo rufus, ac Deo ipsi arma inferre parat. At altera ex parte temerario, & insano Princi pi opponit se Princeps pacis, Deus, Fortis, Dominus conterens bella: cui militat æther, cuius imperio innumerabiles cælestis militiae exercitus parent habitu, quanuis Regio, occultato, gregarij militis personam magis repræsentans, ne, si penitus innotescat, congregatum aduersarius reformidet. Patronum, atque agonothetam habet Spiritum sanctum, à quo in locum certamini destinatum inducitur. Est verò certantibus locus designatus, nō vrbs aliqua ampla, & frequēs, sed desertum potius vastum. Vbi homines nulli, feræ tantummodo versanter. Nimirū, qui seriò, atque ex animo congregdi cupiunt, ac mutua cæde finire controværias suas, secedunt in remotissima quæque loca; vbi exatiare pugnandi ardore in licet compita, viasque copiosas declinant: ne interuentu aliorum dirimere citò pugnam necesse sit. Hunc ergo mirificum certandi ardorem præclarè nobis Euangeliū declarat, cùm scribit, [Ductus est Iesus à spiritu in desertum, ut tentaretur à Diabolo.]

**a. Diabo-
lum super-
bia impul-
sum.**

Causæ autem tanti certaminis altius nobis repetendæ, atque animo infigendæ sunt. Diabolum quidem eò impulerit amentia, vt Filium Dei aggrediendum sibi putaret, non in obscuro est. Dolebat, scilicet, superbissimus Tyrannus, nulla in re sibi Christum fuisse subiectum: quod in alios licuerat fortes, & invictos viros, quod in Dauidem, quod in Sampsonem, quod in ipsum humani generis nostri authorem Adamum obtigerat, vt victor evaderet, id cur sibi minus detur in hominem istum vulgarem, atque plebeium, id (inquam) indignatur, & fremit.

Deinde

Deinde pati non potest, ut ab illo sibi tandi illudatur, cum
quis sit, nondum satis se prodat: sed modo Filiū Dei, modo
hominem de numero ceterorum, neque amplius quicquam
præ se ferre videatur. Ergo vel superandū sibi, atque tubi-
gendū, vel, si minus id liceat, certè explorandam, ac dete-
gendū vario argumento arbitratur. Te verò (Christe, Rex
noster) quid, quælo, mouit, ut tentarite ab immanni hoste pa-
tereris? Quæ te causæ impulere, o gloria, & decus nostrum,
ut te usque adeò indigna non detrectares certamina? Magne
sunt diuini huius facti rationes, prorsus causæ admirabiles.
Principiò sequissimi hostis nostri voluit froenare, ac decutere
audaciam, vietumque ostentare in gloriam quidem Dei, sed
in salutem maximè hominum; [ut per eum, quem vicerat,
vinceretur:] sicut idixit egregiè sanctus Leo. Quod sane in
Apocalypsi scriptum legimus, prodigie equitem illustrem
equo albo insidentem, arcu manu tenentem, regia corona
ornatum. [Exiit (inquit) sermo diuinus vincens, ut vincé-
ret. In seipso quidem vincens primum, ut deinde in suis
quoque militibus vinceret Diabolum, quod ipse suos com-
monefecit, cum dixit; Confidite, ego vici mundum.] Atq;
alio loco: [Nunc Princeps huius mundi ejcietur foras.] Ut
enim David singulari certamine immatrem illum Goliath
Gigantem, Dei populam superbissimè lacestantem vicit, ac
iugulauit. Cuius mox victoria excitati Israelitæ in hostes
impetum fecerunt, quorum anteā vel aspectu terrebantur
ita per Filium Dauid superato Diabolo, fidelis populus
magno animo ad propositum sibi certamen, ut Paulus loqui-
tur, fiduciā plenus excurrit, ducisque vestigia sequens, am-
plissimum trophyū reportat. Hoc suum facinus Deus ve-
lat iactans, & glorians, sanctum Iob prouocat in sui admira-
tionem illis verbis: [Nunquid illudes ei (erat sermo de
Behemot bestia immanissima) quasi avi? aut ligabis eum
ancillis tuis.] Tanquam auem industria cœpit: vi verò tan-
quam præferocem bestiam neque cœpit solum, sed cauea
inclusit, illudendumque exposuit, non militibus modo, ve-
rū pueris etiam, & ipsis ancillulis familiæ fecit esse risu,
& ludibrio. Nonne vidistis aliquando Leonem, aut Vrsam,
vel ipsum Rhinocerota, quem cauea inclusum pueri, puel-
laeque

Leo, ser. 1.

denatuita-

te Domini.

Apocal. 6.

Ambr. libr.

3. in Luc.

[et Diabo
lum prono-
caret, nam
nisi ille cer-
tasset, non
mibi iste ri-
cisset.]

Ioan. 16.

Ioan. 12.

1. Reg. 17.

Hebr. 1. 2.

Iob 40.

62 Dominica I. in Quadragesima.

Ieque exibilant, conitantur, lacesunt? Quem antea tamen, quam caperetur, viri quoque fortes longo spatio fugabant: neque erat, qui venientis occursum, quanta posset festinatione, non deuitaret. Sic habet se res aduersari nostri. En Leo ille immaniter rugiens à Christo rege nostro victus, ab infimis etiam Christianæ familie alumnis irridetur, contemnitur, exhibatur. Quamobrem cundem & leonem esse, Greg. lib. 5. & formicam magnus Gregorius rectè philosophatur: [Alijs, mor. c. 17. inquit, Diabolus Leo est, alijs formica, quia crudelitatem illius carnales metes vix tolerat: spirituales vero infirmitatem illius Roma. 16. pede virtutis calcant.] Hoc Paulus etiam precatur, [Deus autem pacis conteret Satanam sub pedibus vestris velociter.]

Fuit alia quoque Christo subeundæ temptationis diabolus. 3. Tentatio ea ratio; ut temptationes utiles esse sciremus; neque tentatos nos esse uti alios cum videremus auersaremur; neque nos ipsi temptationes Christus oppressemus animum desponderemus, quandoquidem ille tantum Imperator temptatione lacesitus est, neque tentatos auer Ambr. 3. in satur, sed commiseratur potius, & pugnantibus favet. Hoc Luc. [Tent. illud est, quod Apostolus de Christo praedicat, [Non habetatio est canimus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostra victoria, stris: tentatum autem per omnia pro similitudine absque materia trium peccato.] Id nos agere oportet in alios, cum temptatione premumpborum: non tur: Considerans (inquit) temetipsum, ne & tu tenteris.] debemus te. Qui apotius lætari nos Iacobus iubet, atque omne gaudium temptationes ti existimare, cum in temptationes varias inciderimus. Quanta mere, sed mera est (Deus bone) temptationis utilitas? Quanta vis ad purgagis rogarerit dum animam ad illustrandam mentem? ad compatiendum eas, tentatio proximis? ad inuocandum diuini numinis opem? ad cognoscendas subiectas, quas ferre possimus?] Sapiens: ergo aliorum ut afflictionibus non duros, sed benignos potius nos exhibere discamus, tentamur ipsis primis, & exercemur, ut quales in nos, alios vellemus, talia in illos studia, cum opus est, conferamus.

Eccl. 34. Aliam quoque accipite causam hodierni facti: quoniam 4. Santio. pugnare necesse est. Quemadmodum pugnandum sit, & res fortius qua ratione victoria de hoste querenda, Christus in pagnam

nam progressas exemplo nos suo instructos, eductosque tentari Christi voluit. Ob hoc ait beatus Leo, [Dominus se tentari à tentatore permisit, ut cuius munimur auxilio, erudiremur exemplo.] Esse quidem omnibus certandum, Iob docet, qui militiam, aut, ut alia habet lectio, tentationem confirmat esse hominis vitam super terram. Quam si qui pugnam sibi nullam esse existimant, sed pacem, ac felicitatem sine ullo fuso cruento se consecutos putant, grauiter iij profecto falluntur: qui quod captiuas manus ultro hosti dederint, nullo fe impeti bello, fallit opinantur: quorum miserandum errorem sapiens deplorat: [In magno (inquit) viuentes inscientia bello, rot, & tam magna mala pacem appellant.] Nam quos dia bolus sponte sibi cedere videt, cur eos temptationibus lacescat? Illi illi duros aduersarij insultus, molitionesq; patiuntur, qui aduersus eum aperte rebellant: & seruitutem peccati libera ceruice excutiunt. Nonne ita censet Apostolus? [Omnis qui pie vivere volant in Christo Iesu, persecutionem patiuntur.] [Diabolus (ut sanctus Chrysologus scribit) semper primordia boni pulsat, tentat rudimenta virtutum: sancta in ipso ortu festinat extinguere, sciens quod ea subuertire fundata non possit.] Quid igitur, miles Christiane, miraris, si cum primum virtuti, sacræque Christi militiæ nomen dedisti, varijs detractionum, malorumque suggestionum machinis oppugnari te sentis? Quid quereris tuos tibi factos esse inimicos? familiares in hostes verti? sermone, vultu, opera omni studia tua ab illis lacerari, quos iucundissimos habebas amicos? Ne artes eç Satane, pprię sunt, quas tibi cognitas & exploratas esse oportet. Atq; hinc magis te animo exelso, & forti esse decet, q; talia no[n] nisi in præclaros Christi milites veterator ille designare soleat. Illud enim à Leone verissime dictū est: [Intelligamus, quātò studiosiores pro nostra sa lute fuerimus, tādē nos vehemētiūs ab aduersariis impendos.] Elegantissimè simili ex acie ducto Gregorius rem ostendit eandem. Scribens is ad Secundinum seruum Dei inclusum ita habet: [Nec tamen dubito maiores te insidias hostis callidi perpeti, qui maiora contra eum bella præparasti: & nos quidem quia vitam cum pluribus ducimus, et si formidolosi, ac timidi, tamen quia contra antiquum hostem bella propo-

si exemplo.
Leo, ser. 1.
de Quadrage.
Iob. 7.

Sapien. 14.

2.Tim. 3.

Chrysolog.
serm. 1. 1.

Leo, ser. 1.
de Quadra.

Greg. lib. 7.
epist. 53.

proposuimus, quasi in acie stamus. Vos autem, qui solitariam vitam ducitis, feroore virtutis etiam ante aciem exire festinatis. Cur ergo eum non singulariter hostis impetrat, à quo se impeti singulariter spectat? Hac Gregorius. Quæ causa extitit certe, ut viros eximia sanctitatis viam ingressos maioribus, ac pluribus argumentis sibi oppugnandos

Hila. cano. Diabolus sumperit: Antonium, Hilarionem, Martinum, Benedictum, cæterosque præstantes Christi milites extra ordinem ad conferendas cum hoste manus progresios. Nam, ut beatus Hilarius scripsit: [Tentatione sua Dominus indicat, in sanctificatis maxime diaboli tentamentis] grassari,

Ambr. lib. quia victoria ei magis est ex optata de Sanctis.] Id ipsum Ambrosius verbis alijs, [ut ostenderet nobis diabolum ad meliora tendentibus inuidere, & tunc magis esse caendum, ne mysterij gratiam deferat mentis infirmitas.] Quocirca ipse dux noster, atque imperator Christus, veluti sui copiam aduersario oppugnaturo faciens, tum in solitudinem, deserta hominum turba, se confert; cum baptizatus à Ioanne cælestem Patris vocem accepit, Hic est filius meus dilectus; Tunc (inquit) duxus est Iesus in desertum, ut tentaretur à Diabolo. Tunc, quod magno mysterio notatum est, tentationi obiicitur, cum ei purissimo lauacro mundus, & cælesti praconio Deo charus ostenditur. Ergo docere nos voluit magister optimus; neque documenta verborum solum, sed gestorum potius exempla proposuit. Ut, quemadmodum ille pugnauit, pugnemus nos quoque, victoriā relaturi sine dubio, quam ille virtute mirifica ex ferociissimo hoste glorioissimam & sibi peperit, & nobis Milites suos Abimelech ille, quæ histria Iudicum sacra refert, non longa oratione instruendos putauit, sed breui sermone totam belliri rationem complexus; [Quod me (inquit) facientem videbitis, id facite.] Quæ certè præclare hodie Christi certantis vox est, nosque docet non otiosos tam magni certaminis expectatores esse debere.

5. Victoria omnium temptationū ex Dei verbo. Qua verò ratione Christus vicit hostem acerrimum? Quibus armis munitus truces iustus clausit? Quo telo petijt, atque confecit immanissimam feram? Vno, nimiram, verbo Dei. Sæpe pulsatus nihil aliud retulit, nisi illud unum, [Scriptum est.]

est.] [Scriptum est] rursus. [Scriptum est] denique tertio: Omnis ergo victoria divini verbi meditatione parta est: & sicut Leo dicit, [vicit aduersarium testimonij legis, non potestate virtutis.] Dici non potest, quanta sit diuinæ Scripturæ vis, & quam in omnes casus latè pateat, si modò fides, ac piamentatio non desit. Ob eam rem Paulus, magnus Christi miles, cōmilitones nos suos ita adhortatur, [In omnibus assumentes scutum fidei, in quo positis omnia tela nequissimi ignea extingueret, & galeam spem salutis assumite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei.] En clypeum, en gladium Christiani militis egregium. Itaque non immerito Turris Davidis celebratur, ex qua mille clypei pendent, omnisque armatura fortium: arque ei turri collum sponsæ simile ducitur: ex quo prodit sermo omnis, & vox, quæd ex doctrina Ecclesiæ sanctæ, tanquam arce firmissima innumerales clypeos, atque armorum genera omnia tanquam ex Regio armario deponere in promptu sit. In eodem cantorum libro legimus, [Oculi eius sicut columba super tenuis aquarum, quæ lacte sunt lotæ, & resident iuxta fluentia plenissima.] Commentatur pulchriè hoc loco Gregorius, idè oculos sponsi columbis comparari iuxta fluentia manentibus, quod soleant in aquis columbae umbras accipitrum intueri, atque eorum evitandis aevi pīj se se ipsis vndis immergere, atque celare: Quod præstant virtutis sapientes ex diuinis literis astutias diaboli cognoscentes, atque ipsarum literarum prædio detrimenta sua, perniciemque vitantes. [Ad hoc etiam columbae (ait Gregorius) iuxta fluentia residere solent, ut volantium avium umbras in aqua videant, super quam se proiicientes, vngues rapacium sic effugiant. Sic sancti viri in Scriptura sacra fraudes dæmonum prospicunt, & ex descriptione, quam vident, quasi ex umbra hostem cognoscunt, dumque se Scripturæ consilijs ex toto addicunt, quasi in aquam se proiicientes, hosti illudunt. Quare vos etiam, atque etiam hortor (fratres) diuinos libros assidue legere, sacras conciones frequentare, cum viris doctis, & Deum timentibus quotidie versari: quæ legitissim, vel audistis de sacris eloquijs, attente, diisque meditari; vocem Pauli implete, [Verbum Dei abundantiter habitat in vobis.] Quaenam

Leo ser. 1.
de Quadrage.

Ephes. 6.

Cant. 4.

Cant. 5.

Greg. in ea.
5. Cant.

Coloss. 3.

pœna nondigni sint, qui aleæ, qui circulatoribus, qui comædijs tempus impendunt, legendis verò diuinis libris, auscultandis pijs exhortationibus tempus sibi non suppetere causantur? Idcirco diabolus tot istorū greges viatos in Tartarū trahit. Vna est, mihi credite, vel Chro potius, ratio evadendi insidias hostis antiqui, diuini verbi pia, frequēsq; meditatio.

I N E A D E M D O- MINICA, C O N C I O S E C V N D A.

Ductus est Iesus in desertum à spiritu, ut tentaretur à diabolo. Matth. 4.

i. Maximū dedisse docn mentū Chri stū sui amo- ris, quod ho- uoris sui pe- riculum fie- ri passus sit, tentatus a diabolo.



Odiernam Quadragesimæ sacrae Dominicæ sancta Christi Ecclesia sic honorat, vt in prima classe numerandam putet, eodem eam gradu ponens, quo illustrissimas illas Resurrectionis, Pētecostes, ac Trinitatis, quibus sine vlla dubitatione credit quodvis aliud, si incidat festum, etiam si Apostoli, etiam si Patrenis sit, aut Titularis Ecclesia. Quoniam verò Spiritu sancto constat Ecclesiam regi, colunamque esse, ac firmamentum veritatis: vt huic diei præcipuum cultum tribuendū prætulerit, non sine magna aliqua, atque arcana ratione adducatā existimare debemus: quā nos penitus cognoscere, magnū operā pretium fore arbitror. Omnia sanè, quæ Saluator pro nobis gessit, quæque vel egit, vel passus est, eximiū illius in homines amorem declarat. Etenim nō satis sibi existimatē terrā nobis, & cælū, & quæcūq; cælo continentur, atq; angelos etiā dedisse, se quoq; ipsum dedit, factus homo: vt nihil negari posse intelligeremus ei, cui se se ipse arctissimè coniunxit. [Qui enim proprio Filio nō pepercit (ait Paulus) sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo nō omnia cū illo nobis donauit?] Itaq; & domiciliū suū, & opes, iplamq; adeo vi- tā, sau-

Roman. 8.

tā, sanguinēq; donauit. At cūm omnia donarit, vñū tamē est,
 quod ubi seruādū putauit. Quid illud est tādem? Honorē sa-
 nē suū, & gloriā penes le manere voluit, neq; creaturæ assig-
 nandā, neque à se alienandā existimauit, tanquā Deitatis pro *Esa. 42.*
 prio iure possellam. [Ego Dñs, & gloriam mē alteri non da-
 bo,] apud Esaiam ait. Iosepho quidem sapientissimè Regis
 somnia cōie et anti, & futura prouidenti cōculit Pharao opes
 immensas, potentiaq; suā vniuersam sceptrū tamen mini-
 mē dedit. [Vno, ait, tantū Regni sceptro te p̄tcedā.] Ne-
 que enim honor inter ea bona numeratur, quæ distrahi, alie-
 narique possunt, quo quisque gradū sublimior est, & honos
 rē suū in aliū ablegare minus licet. Quod si in rebus humanis
 sic censem homines prudentes, & docti; quid de diuino illo
 nomine, quod omnibus rebus excellit, cogitādū est? Omni-
 no altissimi Dei honorē usurpare velle impiū, de illo sibi de-
 trahi quicquā ipsum passurū, cogitare insanū est. Quorsam
 hēc tendat, queritis. Cūm ea quæ dixi, sic profectō habeāt,
 vt dixi, neque honoris sui Deus iacturā vel minimā ferat, ta-
 men hodier na die, quo arctissimæ amicitiæ erga hominem
 summū experimentū, fidēque testatissimā faceret, honorē
 suū illū tantopere sibi charū expēdendū, ac veluti oppigno-
 randū putavit; gloriamq; suā hoc ipso die ad inauditū discri-
 mē adduxit, tētari se à Satana passus. Quid enim existimatis
 dici, cū Christus tētari dicitur? Quid per Deū? nēpe incitari
 ad culpā, prouocari ad peccatū, ad diuinæ maiestatis offen-
 sam, ad inimicitias cū Deo aternas suscipiēdas; vt qui Deus
 erat, Deus esse desineret, & Dei inimicus potius fieri vellet.
 Hactā atrocia, quæ etiā audire exhortuīlis, tētationis pro-
 fectō nomine cōtinētur. Itaque nō potuit aduersarius sagax
 magis lethali vulnere petere Christū: nihil, quod in animū al-
 tiū delcēderet, designare. Homines generosi, & illustres ho-
 nore charius habēt nihil: hūc & fortunis omnibus, & sanguini,
 vitaq; ipsi facile anteponūt. Saul ille Rex, quāvis scelerat,
 Rex tamē, ne cōtumclias Philistæ orū ferre necesse esset,
 si viuus in eorū manus venisset, armigerū suo se occidēdū ob-
 tulit, quod cū ille recusat, ipse glādiū admouit sibi, & ferro *1. Reg. 31.*
 moritūs incubuit. Euagīna, aiebat ad seruum, gladium
 tuum, & percutē me: ne forte veniant incircuncisi isti, &
 interfici.

interficiant me, illudentes mihi:] Dedeceus scilicet mortis
Plutarchus, ignominiosè pati magis, quam mortem ipsam timebat. Ca-
& Hrcius. tonem Uticensem narrant à Cæsare vietum, vitam, quam ex
 illius clementia facile impetratus fuisset, recusasse, ne vi-
 eti, & captivi, & Cæsar is demum voluntate viuentis oppro-
 brium suscineret: idcirco se petijsse ferro, & cum vulnus non
 esset satis lethale, manibus illatis viscera ipsa rupisse, mor-
 temque properasse. Usque adeò generosos animos honoris
 cura, amorque sollicitat. Quænam autem sit veri honoris spe-
 cies, quique non falsa hominū, & vana opinione nititur, de-
 clarat honesti certe ratio, & decori, quod ipsa quoq; vocabu-
 la notant, ut in virtute verissima species honoris sit; ut nihil
 agas, quod non, & liceat, & deceat te. Nihil verò honori con-
 trarium magis, quam scelus. Qui peccare iubet, is te vero ho-
 nore spoliare, atque exuere penitus vult. Quocirca sapien-
 tissimus simul, ac patientissimus Job fortunatum iacturam
 talit forti animo: gregum clades, ædium ruinas, liberorum
 etiam sibi charitissimorum interitum; quin etiam totius cor-
 poris tetram illam luem, atque acerbissimam plagam tole-
 rauit, iniustus ad omniamala, ac sibi constans: at ubi ab irata
 vxore in blasphemiam Dei inductus est, illaque verbafœmi-
 neæ levitatis audibit; [Adhuc permanes in simplicitate tua?
 Benedic Deo (hoc est maledic, & blasphema) & morere.]
Iob 2. Quanuis sterquilinio iacens, totque plenus vlceribus, ut se
 commouere non posset, tamen erexit se, & indecorum ver-
 bum non tulit, sed fœminam stultitiae grauitate notatam cum
 multo probro procul repulit. [Quasi una, ait, de stultis mu-
 lieribus locuta es.] Erat illi viro collocatus honos non in co-
 pijs, non in potentia, & principatu: sed in fide erga Deum, qui
 est verissimus honos, qua se se parte impetri ferret, nullo
 modo adduci potuit. Itaque cum amici, qui consolaturi ve-
 nerant illum tanquam deo malè meritum pœnas luere
 dignas disputarent, atque ut culpas agnosceret suas, magnopere
 instanter, innocentia suæ sibi bene conscientius honorem
 hunc suum tanta contentione tutatus est, ut appareret, non
 tanti illam vniuersam à Satana cladeni illatam corpori face-
 re, quam à græ ferre amicorum contra restam ipsius existi-
 nationem importunas opiniones. In multo ruderem exulce-
 ratus.

ratus iacebat, neque tamen de firmitudine animi, ac si esset
rupi imposta arx, quicquam remittebat. Nempe peccati
vel umbram ipsam sibi in etiam ferre non poterat: honorem
que suum usque ad extremum oris halitum defendendam *Iob 27.*
sibi existimabat, ut ipse perspicue confirmat. Atque ut ad hu-
mana, & nobis vulgata magis transcamus, dicite (oro vos)
quid animi gerat virgo Regia, excelsaque stirpe princeps de
stupro compellata per vilem praelestrem aliquem, atque ple-
beium hominem? Vel sola cogitatione tanti dedecoris &
erubescet, & fremet, & fauiet, & se ipsa tenere non poterit.
Quid si apud vestrum quenquam (viri nobilissimi) perduel-
lionis in Regem alias quispiam verbum faciat, quo pasto
accepturi estis? an responsum aliud latus sit a vobis, quam
ferro stricto ut intentati dedecoris poenas det, qui de vestrar
fide in Regem tam turpiter opinatus sit? Nempe homines
dignitatis suae memores etiam mentionem indecori, turpis
que facinoris patrandi sibi fieri ferre non possunt. Iam si bo-
norum, & fidelium, ac vera nobilitate insignior virorum is-
senhus est, ea honoris sui charitas, quid (qæsto) vos existi-
mare par est de ipso vero, atque unico filio Dei? Quo animo
accepisse credendum est, cum a Satana de proditione, de gra-
uissima offensa in Patrem Deum appellatur: de sacrilegio, de
Idolatria, de flectendo genu, & ipso diabolo adorando? Quis
talia audire Filium Dei, talia Satanam loqui, atque illius au-
ribus insurrire, non omnem fidem excedere crederet, nisi
Euangelicus sermo confirmaret? Te ego te, Christe omni po-
tens, adire cupio, atque ex te discete, cur tantum impuden-
tiaz, & audaciæ teterimo inimico permiseris? Vbi honor il-
le Regius? vbi diuina maiestas, quam tremunt supercallestes
spiritus? cui procumbit omne genus supermundanarum vir-
tutum. Tantum ne tui oblitus ipse es, ut spuriissimum os dia-
boli sibi te subdi, in Deum rebellare iubeat: neque commo-
uearis tamen tanto probro tuo, neque illam feram in mille
tartara trudi protinus imperes? Omnia superat ingenij, non
dicam humani, dicam potius Angelici vires, tam profundi,
atque inauditi haec enim consilij magnitudo. Terret super-
nas illas, ac beatissimas mentes; tenetque cogitatione de-
fixas illud verbum: [Ut tentaretur a Diabolo.] Vultis scire,

quid istud sit? Dicam enim apertius, si potero; Christus à Iudeis, & gentibus multa, gratiaque pertulit; iratus, cæsus, pulsatus varijs contumeliosisque flagrorum, vepriū, sputorum, colaphorum iictibus: tamen hæc omnia non solum patienter, verum libenter etiam tulit, quod obsequium se Patri æterno præstare, hominibus salutem cerneret: Itaque dicebat, [Nemo tollit animam meam à me, sed ego pono eam;] & ardenter aliás: [Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor, usque dum perficiatur?] Quin etiam Petrum à passione prohibentem, aspere repulit: [Vade post me Sathan.] Sciebat enim se patris voluntatem implere; cui dicebat, [Deus meus volui, & le-gem tuam in medio cordis mei.] At contra Dei voluntatem ut ageret, atque in legem illius rebellis esset, nihil poterat audire molestius, nihil perinde ægrè ferre. Itaque altius ea de re mihi cogitanti, hic impulsus diaboli ad peccandum grauior, & acetbior videtur fuisse Christo omni illorū cruciatum, & contumeliarum apparatu. Pati enim & volebat, & poterat: mori & volebat, & poterat: peccare nec volebat ullo modo, neq; verò poterat, ut Patres consentiant omnes. Quocirca admiranda arcanæ Theologiae ratio explicanda est: cur cum Deus iuxta diuinam naturam æquè neq; moti, neq; peccare possit, tamē in natura humana idē

Athan. lib. & mori possit, & peccare non possit. Cuius causa verissima de incarnat. est illa, q̄ mali pœnæ Deus author, effectorq; esse possit, cū Christi, & repugnet bono creato: at author, effectorq; mali culpæ esse corporali non potest, quod ipsi diuino bono repugnet. Quid enim eius adueniu. aliud peccare est, quam Dei legi, & voluntati contradicere?

Cyrillus lib. 3. de Fi- Suā ergo voluntati Deus contraria vellet, si peccaret.

bro 10. in Itaque idem simul & vellet, & nollet absolute, quo nihil fin-

Ioan. c. 40. giabsardius potest. Sed mittamus hæc spinosa, & scholæ

Damascen. propria, vulgo parum accommodata: ad intelligendum il-

lib. 3. de Fi- lude vobis quæro, an prouerbium vulgare verum potestis:

de cap. 21. [Neque regem læsa maiestatis esse reum posse: neque sum-

Ansel. li. 2. mun Pontificem excommunicatum?] Scio, dicetis esse ve-

Cur Deus rissimum, rationemque in promptu esse, quod rex in Re-

homo. c. 10. giam maiestatem peccare non possit, cum Rex se supe-

¶ 16. rior non sit: Pontifex quoque a se separare non potest ec-

clesiæ

clesiæ caput, cui fideles omnes communicent, necesse est. Igitur eadem vobis ratione facile ostendo, neque Deum ullo modo peccare posse; quod peccare sit velle, contra quām Deus vult: quare si Deus peccet, erit sancte, ut velit, quod nullo modo vult. Dei ergo voluntas, & peccatum longè plus inter se pugnant, quām candidissima lux, & veræ tenebræ. Attamen qui peccare nec vult, nec potest, hodie ut peccaret, prouocatus est; atque inter cetera, quæ pro homine à peccato liberando pertulit, etiam illud vel maximum fait, ut ad peccatum solicitari se passus sit. In quo inexhaustum charitatis suæ in homines thesaurum patet, cùm ab impurissimo modetânone sanctissimus Deus non semel, sed bis, & ter de nefario scelere compellari, solicitari que se permiserit: idque pro nobis pati vltro expetierit, suique copiam de industria adversario tantam fecerit. [Ductus est enim Iesus in desertū à spiritu, ut tentaretur à diabolo.]

Propterea verò se Christus tentari passus est, qui peccata 2. Christum re non poterat, ut nos qui peccare possumus, sive peccata tribuisse exēmus, discamus resistere temptationibus, ne diabolo vicias manus, discamus resistere temptationibus, ne diabolo vicias manus, quoniam demus, sed fortiter potius illius conatus omnes exploda modo tentamus. Sic magnos interdum duces egisse historiæ narrant; ut tiones super ipsi milites suos meditatione armorum sibi temptata, instruenremus. dos putauerint. Xenophon quidem Cyrum illum maiorem, Xenop. lib. in paucis nobilem Ducē Persas milites iaculo anteā, telisq; 3. de Cyroeminus missis pugnare assuetos, ad præliū cominus cōferendū, gladio, & clypeo rem gerendam suo ipsum exēplo assidue docuisse author est. Vnde totius Asiae imperium virtute, & pugnandi arte pepererunt. Quid Iulius Cæsar omnium, mea quidē sententia, qui unquam fuerunt, bellatorū excellētissimus? In Africano cum milites suos bello videret à Numidis equitibus dexteritate & arte quadam eludi, ac superari, nō erubuit tatus Imperator lanistarū more in prætorio de insequēdo, & fugiendo equite præcepta dare: suisque ipsum gestibus, & assultu, & fuga, & totius belli umbratili ludo militē edocere. Qua bellicæ illius disciplinæ meditatio esse estum est, ut victores vicitus sive miles facile vincet. Quid igitur gloriosum sibi duxere Principes illi in militi suo arte, & præceptis imbuendo, id Christus, summus

scilicet Imperator noster , & nobis necessarium , & sibi non
inglorium existimauit, vt in aciem ipse prodiens cum sa-
viissimo , atque callidissimo hoste congrederetur: vnde nos
Christianæ militiæ totam possemus rationem , atque artem
nobis commodissimè comparare. [Ad hoc enim Imperator

Aug. ser. 41.
*de verbis
Domini.*
Psal. 143.
Heb. 13.
Hebr. 12.

Iudic. 7.
Ezai. 9.

In Gedeon:
*Christum
præfiguratu-*
docent Au-
108. detem-
cap. 30.

pugnat, vt præclarè Augustinus ait, vt milites discant.] Ut
canere hic libenter occurrat: [Benedictus Dominus Deus
meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad
bellum.] Atque illud rursus Pauli referre libeat: [Exeamus
ad eum extra castra, improperium Christi portantes.] Nec
non illud eiusdem: [Ad propositum nobis certamen per pa-
tientiam curramus, aspicientes in authorem fidei, & cōsum-
matorem Iesum.] Hunc enim accepimus fortissimum Ge-
deonem, Ducem exercitus Domini, cuius auspicio, & ducta
innumerabiles Madianitarum phalanges, paucilicet, atque
inermes, potentissime superemus. Nam Christi victoriam à
Gedeone præsignatam aperte Ezaias Propheta declarat.
[Sceptrum, inquit, exactoris eius superasti, sicut in die Ma-
dian.] De qua mirabili victoria sic diuinæ literæ habent:
[Diuisit Gedeon trecentos viros in tres partes, & dedit tu-
bas in manibus eorum, lagenasque vacuas; ac lampades in
medio lagenarum; & dixit ad eos, quod me facere videitis,
hoc facite: ingrediar partem castrorum, & quod fecero, sesta-
mini. Quando personuerit tuba in manu mea, vos quoque
per castrorum circuitum clangite, & conclamate Deo, &
Gedeoni.] Quanta mysteria? quām admirabilia cogitatione?

quām iucunda explicatu. Deo, & Gedeoni, Deo, & Christo
cuius, Principi, ac Duci nostro. Qui primū irrumpit in ho-
stes: qui nos lectari, quod facit, iubet, atque ea facere milites,
quæ imperatorem facientem vident. Tota autem pugnan-
di, vincendique ratio tribus illis continetur, tuba, lagenas va-
cua, lumine. Tuba clangere, lagenas confingere, lumen
pore. ostentare iubemur. Nimirum, verbo Dei personando, cor-
Gregor. lib. pore mortificando, spiritu, oratione, ac cælestibus deside-
rijs inflammando, pugna omnis aduersus Madianitas no-
stros agitur, ac tandem illustrissima palma reportatur. Hæc
ex Euangelica narratione eruere, atque enucleare, & suave
est, & salutare.

Igitur

Igitur cum acerrimo hoste præliaturus Christus, tripli-
ci se armorum genere munit, ieiunio, oratione, solitudine:
Sunt enim hæc veluti defensiva armæ, ne istus aduersarij per-
uadant, vitaliaque interimant: offensiva verò arma, iacula
(inquam) & tela, & gladius ad impetendum, feriendumque
vicissim hostem, est verbum Dei: scriptura sacra, qua Christus
egregie vsus, retudit aduersarium, & profligauit. Hoc
ergo Regulm armamentarium Christianus miles ingredia-
tur: atque inde sibi necessaria omnia arma petat. Inueniet
profectò contra carnem, ieiunium; contra mundum, deser-
tum; contra diabolum, orationem, ut se se muniat: comamu-
ne telum in omnes verbum Dei. Erat rex sanè potens Da-
uid, & viuebat in aula: at ieiunio carnem suam tanto macera-
bat, ut diceret: [Genua mea infirmata sunt à ieiunio:] ea erat
assiduitas ieiunandi, ut præ imbecillitate gressus super laba-
scerent. Cilicio corpus crebrò affligebat, [& cùm mihi mo-
lesti essent, ait ipse, in duebar cilicio.] Quid hic delicati iuue-
nes dicunt, quibus graue, atque intolerabile onus est quadra-
gesima ieiunare? Iam de solitudine, & vitanda turba homi-
num, & curarum vita mortalis, à nemine melius exemplum
petitur, quam ab eodem, qui in medijs aulæ, & negotiorum
militiæ, togæque fluctibus in eum portum quietis, secessus-
que tutò se recipiebat: itaque canebat: [Ecce elongauit fu-
giens, & mansi in solitudine.] Nam de orandi, precandique
studio quid attinet dicere, cùm sint Psalmi eius omnes co ar-
gumento pleni: [Septies in die, ait ille, laudem dixit tibi, &
media nocte surgebam ad confitendum nomini tuo:] Et in
matutinis meditabor in te, quia fuisti adiutor meus.] Et
infinita alia, quæ occurrunt passim, quibus assiduum, at-
que indefessum orationis ardorem vir sanctus declarat: id
quod in homine belli, regnique curis distento admirabi-
le dictu est: pudoremque nobis tanta desidia precantibus
merito afferre debet. En ieiunij, orationisque armis mu-
nitum, ne oppimeretur ab hoste cruentissimo. Iam quo
gladio iniret hoc magnum, & difficile prælium, id est,
quomodo eloquia Dei ille tractaret, palam nobis expo-
nit. [Meditabor, ait, in iustificationibus tuis, quia in ipsis
viuificasti me.] Ac rursus, [Exercebor in mirabilibus
E 5 tuis,]

3. Quibus
armis Chri-
stus pugna-
uerit, nosque
pugnare de-
bemus.

Psal. 108.

Psal. 34.

Psal. 54.

Psal. 118.

Psal. 62.

Psal. 118.

Ibidem.

*Ibidem.**Ibidem.*

tuis,] atq; alias, [Declinate à me maligni, & scrutabor man-
data Dei mei.] Illud quoque, [Quomodò dilexi legem
tuam Domine, tota die meditatio mea est. Super inimicos
meos prudentem me fecisti mandato tuo, quia in æternum
mihi est.] Deficiet me dies, si voluero cuncta percurrere.
Qæc è pertinent demum omnia, ut intelliganuſ, quem-
admodum aduersus hostem violentissimum, eundemque
fagacissimum res nobis gerenda sit. Qua ratione spiritua-
lia arma tractanda, quorum nos vſum Christus edocetos vo-
luit exemplo suo (quem significabant illa Davidis) qui ho-
die refertur secessisse in desertum, ieiunasse, orasle: sic se
aduersus tentationes diaboli manuuisse: quem vario Stra-
tagemate aggredientem semper diuini verbi commemo-
ratione tanquam eximij gladij dexteritate repulerit. Iam
nunc reuocate ad memoriam, quæ paulo ante dicebam de
Ind. 7. prælio illo Gedeonis, in quo secessum videmus, cum tre-
centos ex tanta multitudine feligendos, separandoſque
dixerit. Ieiunium, corporisque extenuationem lagenæ
vacue non obſcurè significant, confractæque inter ſe ſe
illud indicant, quod Paſtus declarat; [Semper mortifi-
cationem Iesu Christi in corpore nostro circumferentes.] Nam vitam Iesu manifestari, quod è vestigio ſequitur,
quid aliud eſt, quam lucernas abditas, fractis lagenis,
effulgere? quod reuera in oratione fit; vbi ſpiritus inflam-
matus mirabiles deſe fulgores mittit. Quod Moysi con-
tigisse narrat historia ſacra, quodque Paſtus ſpeculanti-
bus Dei gloriam neceſtatiò accidere conſirmat. Tuba
porrò ſi aliud quippiam velimus accipere, quam cano-
rum Dei verbum, reprehendent nos continuo ipſa diuina
eloquia, vbi Prophetæ Oſea dicitur: [In guttare tuo ſit
tuba.] Eſaiæ verò: [Quasi tuba exalta vocem tuam.] Apud
Hieremiam quoque: [Constitui ſuper vos ſpeculatorēs,
audite vocem tubæ.] Hac Dei tuba personante, terren-
tur hostes; excitantur Christi milites; victoria glorioſa
paratur. Quamobrem, ſi ſapimus (fratres mei) optimum
ducem ſequanuſ; illius p̄ceptis pareamus; facta imi-
temur. Turbas ſacculi, quoad licet, relinquamus: ieiu-
nlio corpus edomemus: orationi aſſiduæ infiſlamus: ver-
bi Dei

*Gregor. lib.**32. mor. ca.**33. eodem**fere modo**exponit la-**genas cofra-**ctas, & tu-**bas, ſed lu-**cernas inter**pretatur mi**racula.**2. Cor. 4.**Exod. 34.**2. Cor. 3.**Oſea. 8.**Eſai. §8.**Hier. 6.*

bi Dei Iectionibus , meditationibus , p̄ijsq̄ue colloquijs animum informemus : Diabolo resistamus : nec cedamus veteratoris pessimi importunis , crebrisque tentationibus . Beatus ille , qui legitimè certauerit : coronam accepturus est de manu supremi iudicis incorruptam , atque immortalem .

IN E A D E M D O- M I N I C A , C O N C I O T E R T I A .

*Ductus est Jesus in desertum à spiritu, ut ten-
taretur à Diabolo. Matth. 4.*



V A N V I S ad magnam Christi patientiam , humilitatemque pertinet diaboli neat , quod more cæterorum hominum tentari se permiserit in deserta , & malito à Sathanā : Tamen dubium esse tia non potest , quin toto eo tentationum argumento gloriam suam illustriorem , clarioremque esse voluerit . Nam quod se hosti tentandum , varieq̄ue probandum obiecerit , illius artes irridere eo pasto , illius potentiam frangere sibi sumpsit . Itaque illusori antiquo illudere , pugnacissimum hostem prosternere , atque victum sub triumphum agere , id verò gloriosum fuit . Erat plane prædictum de hac eadem bestia , quam volumen Job 40 . Leuiatham , & Behemot appellat : Euangelium Diabolum , & Sathanam . [Ecce spes eius frustrabitur eum : & videntibus cunctis præcipitabitur .] Accidit quippe superbo dæmoni , quod voracibus in fallo magnis piscibus

piscibus solet: qui cum faucibus in escam audiis inuehantur, glutiunt hamatum ferrum, sicque fune suspensi à nautis cum magno clamore, risuq; uertrahuntur. Quanta autem sit istius bellus magnitudo, inde licet intelligere, quod tribus omnino rebus cæteros omnes excellat: scientia, potestate, malitia. Scientiam quidem siue astutiam, atque artes innumeratas diaboli Ioannes velut admiratur, cùm altitudinem Satanæ commendat; quam quosdam non cognovisse confirmat. In Job etiam de hoc eodem legit̄, quod omne sublime videat. Præclarè Poeta dixit: [Cui nomina mille, mille nocendi artes.] Quapropter serpentem scriptura testatur omnium fuisse callidissimum animantium. Potentiam verò diaboli commemorare velle supernacaneum est: cùm Deus ipse fateatur non esse potestatem super terram, quæ ei comparari possit. Quare leonem scriptura hanc vocat; quod leo sit fortissima bestiarum, quæ ad nullius paneat occursum; quemadmodum ille ita se comparat, vt teste scriptura eadem, neminem timeat. At qui malitiam si probare Diaboli coner, meritò me vos irrituri sitis, cùm ipsum per se nomen sufficiat omni arguento certius. Quem propterea Draconem veneno plenum scriptura nominat, eundemque criminatorem, accusatoremque bonorum, quiq; die, ac nocte infidias parare non cessat, & bona omnia in malum vertere, vt qui ab initio homicida crudelis exitit.

*Apoc. 2.
Job 41.
Virgil. 7.
Æneid.
Gen. 3.
Job 41.
Prou. 30.
1. Pet. 5.
Job. 41.
Apoc. 12.
Ioan. 8.
2. Quid prima tētatio-
ne egerit dia-
bolus.
August. lib.
de quaſt. no-
ni testamē.
c. 9. Sic ma-
gis vilis fa-
etus est Sata-
nas, dum ho-
minem cer-
nit, & vir-
tutem homi-
nis non in-
telligit. Mi-
rabatur e-
nim stupore
bebatus,
quod myste-
rium inef-
set, quod se
lateret.*

Hic ergo callidus hostis Christum exploraturus adoritur; ac triplice tentatione sibi subigere parat: quam nos amplam laudum, & gloriæ Christi materiam persequi operæ pretium est. [Cùm iejunasset, inquit, quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esuriit. Et accedens tentator ad eum dixit: Si Filius Dei es, dic, vt lapides isti panes fiāt.] Malè habebant veteratorem illum ea, quæ cernebat de Christo contraria, sibiique ipsa, vt apparebat, repugnantia: neque in alterutram partem quanvis maximè cuperet, poterat certa stare sententia. Nam supra hominem esse, Deinque illic latere, faciebat fidem, auditum dudum testimonium à Patre in Jordane; tum Baptista adeo ampla de illo prædicatio. Miracula insuper nativitatis eius meminerat:

Prophe-

Prophetarum oracula monebant: atque hæc omnia vel confirmabat, vel superabat admirabilis etiam innocentia, & sanctitatis splendor: cùm ne minimum quidem digitum à summa perfectione eum deflexisse perspiceret: vt nihil sibi iuris in illum, vt in cæteros, fuisse sentiret. Hæc Dei Filium esse, homineque maiorem argumenta erant. At altera ex parte vietus quotidianus, communis educatio, consuetæ hominibus molestiæ, dolores, egestas, cōsuetudo laborum vehementer retinebant, ne supra purum hominem aliquid opinaretur. Ac tunc maximè commotus est, cùm diurna afflictum inedia, famescere atque esurire sentiret. Ergo tempus idoneum ratus, ad artes suas convertitur, illumique aggredi certus est: aut in peccatum dolo incitaturus, quod summopere erat in votis; aut, si minus id posset, exploraturus certè, an verè Filius Dei esset. Quid ut impetraret, consertere lapides in panem admonet: ex ipso modo, ac ratione miraculi patrati facile cognitus, an vt Deus imperio creaturas, quò vellet, verteret; an vt sapiens aliquis, naturalibus viribus vteatur; applicando, vt est in sermone Theologorum, activa passiuis. Quo loco animaduertere artes diaboli datur; qui occasions tentationum semper captat. Christum quippe fame laborantem cibi mentione capere parat. Vnumquemque nostrum, qua parte imbecillum sentit, & vitio maximè opportunum, ea potissimum seducere aggreditur. Sancti Gregorii doctrina moralis, multumque necessaria sic habet: [Nō singuli omnibus, sed quibusdam vicinis, ac iuxta positis viiis fatigantur. Prius enim cōspersionem vniuersiisque antiquas aduersarii perspicit; & tunc temptationis laqueos apponit. Alius namque læcis, aliis tristibus, aliis timidis, aliis elatis moribus existit. Quo ergo occultus aduersarius facile capiat, vicinas conspersiōnibus deceptions parat:] Ita Gregorius. Quamobrem sibi attendere vnumquemque nostrū oportet; ac sobrium, vigilanteque leonis circuitus, vt Petrus admonet, deuorare incavtos parantis, omni adhibita cura circunspicere: cùm præfertim occasions calvum humanaorum non desint: Iudam Ilcariotem naturā auarum pecuniae studio cœpit: Simonem Magum magnarum rerum admiratione, & gloria: Saulem Regem inuidia attraxit in extre-

Gregor. lib.
29. mor. ca.

14.

1. Pet. 5.

extremā perniciem. Ut in muro urbis, aut arcis periti ducēt faciunt: vt illis præsidij plus collocent, ubi periculū inesse certus vident: sic nos comparare ipsi debemus, vt qua parte natura nostra, aut cōsuetudo vacillat, magisque vitio patet, eam fortius, ac diligenter muniamus.

*3. Ars dia-
boli in pri-
ma tentatio-
ne.*

Sed crassa (iniquies) ac rudis ea tentandi forma fuit. [Dic, vt lapides isti panes fiant.] Quid enim deuorandi panem ex lapidibus factum? haud magna Christum libido percelleret: si exquisitos, & delicatos cibos ipse offerret, haberet fortassis acre aliquid illa tentatio. Verum nocendi artifex callidus nequaquam crassum quippiam, sed valde potius subtile proposuit. Nam homini lancto, & spirituali tam longo ieiunio exercito non erant cupidiz offrendæ, quæ carnales homines decent, sed necessarius tantum cibus proponendus vita sustentandæ. Accedit huc quod famelico panis dulcissimum edulivum est. [Animæ enim esurienti etiam amara dulcia vi- dentur,] vt Iob, & Salomon aiunt. Adde, quod caput est, in illo pane gloriæ dulcedinem aspexisse Satanam, quod se Dei filium ea ratione probaturus esset, qua arte se cepisse bene nouerat primos Paradisi colonos: cùm pomum vetitum diuinatis adipiscendæ cogitatione imbutit: atque eo melle illitum facile oculos, manus, ora, ac totum denique eorū vescendi cupiditate impleuit. Capiuntar viri sancti: nimirum, glos- riae cuiusdam spirituialis maximè voloptate. Ita Christum capi posse versutus artifex cogitabat. At sua illum cogitatio fecellit: neque processit ars, vt volebat. Etenim neque Christus est in peccatum inductus, neque dieinitatem suam, vt sperabat ille, detexit. [Non (inquit) in solo pane vicit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.] Diuinæ scri- pturæ niunitamento istum Satanæ retudit. Qui enim in deserto per annos quadraginta tot millia hominum sine pane aluit, cùm Manna cœlitus misit, poterit me quoque unum hominem sine pane, qua ratione ipsi placuerit, sustentare. In eum sensum ea esse verba à Moysè prolata facile intelliget, qui Deuteronomium legerit. Itaque fiduciam in Deo ponendam docuit Christus exemplo sumpto de illo tam nu- meroso populo, neque Deo præscribendum, quem, qua ratione alere debeat. Quo planè responso mirificè percudit aduer-

Iob. 6.

Prov. 27.

*Ambros. 3.
lib. in Lucæ.
[Nō Enam
cibus flexe-
rat, non man-
datorū desti-
tuerat obli-
uio, sed pro-
missi hono-
ris ambicio
illecebrofa
decepit.]*

Dent. 8.

aduersarium, ut neque præ fame excidisse sibi Dei præcepta monstraret, neque leges se nouas gloriæ cupiditate Deo ponere velle.

Verum virtus semel non despondet animum tyranus: 4. Secunda
tentationis
ratio.

qui repetere prælium certus, maiora molitur. Non fatigatur bello acerrimus hostis, sed instat semper, seu victor, seu virtus abscedat. Sanctum Iobum quemadmodum vexauerit nos: primùm bona eripuit: deinde liberos: mox in corpus saevit horrendo vlcere: neque his contentus, vxorem, amicosque in illum fœdo loco iacentem, pædoreque obsitum peruicaci contentione, maledictisque acribus armanit. Hoc est tyranni ferocius ingenium: huc illuc versare sibi minus parentes, ut aliqua tandem ratione deiijciat. Id admonitos suos voluit Saluator, cùm dixit: [Ecce Sathanas expetiuit vos, ut cibraret siccat triticū.] Quid cibrare sit, scitis: in omne latum se vertit, nimirūm, omnia tentat, huc, illuc animus iactat, ut excidere, qua possint, reperiatur: quod in tritico, cùm cibratur, cernimus. Christum quidem occasione famis captata aggressus. Verbo Dei munitum sibi restitisse videns, & ipse ad diuinum verbum conuolat, eodem telo rem sibi gerendam pstat. Sublato in templi culmen insalutrat de scripturis. Mitte te deorsum: quia scriptum est, [Angelis suis Deus mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum,] Hic iam animaduertet facile quisvis vestrum, artes esse Sathanæ, non solum corporalis specie boni, ut in priore tentatione, sed multò magis spirituæ. lis habitu, ac figura seducere: scripturæ, nimirum, sacræ prætextu, aut egregiæ sanctitatis forma obiecta. Quod

2. Cor. 11.

Apostolus dixit, [Angelum Sathanæ se in lucis Angelum transfigurare.] O quanta mentiendi ars, quot animas, alioqui castas, & simplices versutus hic per fictam sanctitatis speciem transuersas egit: studio iniecto reuelationum, visionum, operum admirabilium, singulæris in Deum fiduciæ. Libet exclamare. [Quæ tanta infania ciues? Creditis aduestos hostes, aut illa putatis Dona carere dolis Danaum?] Raptus, atque extases memorant: suspensum à solo corpus, in oratione stigmata Domini impressa, noua, & mirabilia & inaudita:

Virgil. 9.
Æneid.

Apago

Apago (diabole) de culmine templi præcipitare vis, quem volare iubes: alas Icarias venditas, ut graui casu delusam animam illudas ad lapides. Magnum virum Augustinum audite, talia

Aug. li. 10. cœf. c. 35. cum hoc hoste sua prælia referentem.] Hiuc etiam, inquit, agebat verò de curiositate, hoc est cupiditate rerum novarum hinc ergo ait, in ipsa religione Deus tentatur, cum signa, & prodigia flagitantur, non ad aliquam salutem, sed ad somnium experientiam desiderata. In hac tam immensa sylua pena insidiarum, & periculorum, ecce quā multa præcederim, & à corde meo dispulerim, sicut donasti me facere, Deus salutis meæ.] Et commemoratis multis, quæ in eo genere temptationis euicerat, in quo adhuc tentaretur, adiunxit: [A te Domine Deus meus, cui humilem famulatum, ac simplicem debo, quantis tecum suggestionum machinationibus agit inimicus, ut signum aliquod petam? sed obsecro te per Regem nostrum, & patriam Hierusalem simplicem, castam, ut quemadmodum à me longè est ista consensio, ita semper sit longè, atque longius.] Hæc Augustinus, cuius vel sapientiam, vel animi puritatem hac parte optandum est, ut plerique qui hoc tempore & spirituales, & sapientes haberi volunt, studiose imitentur.

5. Diabolū, diaboliq; discipulos hereticos scriptura sacra abuti.

Illud opportune considerandum, quemadmodum Sathanas scriptura diuina abutitur ad tentationes suas, atque in Dei ipsius offendit, qui est proprius diuinæ Scripturæ authoris: ita facere etiam Sathanæ filios hereticos, ut bene hic aduertit Ambrosius, patrem suum imitantes: nimis, qui errores suos sacrae Scripturæ autoritate defendunt; literam illius sic usurpant, ut spiritum oppugnant scripturæ. Egregie istos Hieronymus similes ait esse Balthasaris illius prophani Regis, coniuvaramque sacrilegorum, qui in suis epulis pleni vino, sacris Domini vasis ex templo Hierosolymitanō exportatis in Babylonem per summum scelus, atque audaciam fœdissimè abusi sunt. Bibebant quidem sacratis poculis, atque laudabant, non Deum Israel, cuius erant ea vas, sed deos suos, aureos, argenteos, lapideos, æreos, ligneos, hoc est portenta errorum diversa materia, atque arte ab ijs fabricata, prorsus scitum, atque elegans simile. Verum ea caliditas Sathanæ, sacraeque scripturæ iactatio, non, ut sperabat,

Hiero. in 2. cap. Daniel.

illius sic usurpant, ut spiritum oppugnant scripturæ. Egregie istos Hieronymus similes ait esse Balthasaris illius prophani Regis, coniuvaramque sacrilegorum, qui in suis epulis pleni vino, sacris Domini vasis ex templo Hierosolymitanō exportatis in Babylonem per summum scelus, atque audaciam fœdissimè abusi sunt. Bibebant quidem sacratis poculis, atque laudabant, non Deum Israel, cuius erant ea vas, sed deos suos, aureos, argenteos, lapideos, æreos, ligneos, hoc est portenta errorum diversa materia, atque arte ab ijs fabricata, prorsus scitum, atque elegans simile. Verum ea caliditas Sathanæ, sacraeque scripturæ iactatio, non, ut sperabat,

bat, processit: repulsus à Christo est alia scriptura, non ad suum, sed ad veritatem recitata: [Scriptum est rursus, nō tentabis Dominum Deum tuum.] Docuit nos Christus exemplo, ac dicto, non oportere extraordinaria & supra naturam posita opera querere, cùm communia, ac naturalia vsui esse possunt. Vbi ad descensum gradus, & ad incessum pedes adfunt, quid opus est alas querere; & volare velle, cum incedere queas? Datis diuinitus muneribus recte uti conandum, nō inusitata dona optanda. Quod ijs non bene vtimur, quibus valemus, hæc tota nostra calamitas est: leges nos Deo pone nefas est, à Deo potius acceptas vt obseruemus, elaborare debemus. Tentare Deum meritò existimandi sumus, quando volare in cælum volumus, ambulare per viam Dei nolumus, quando coronam sine certamine, salutem, spreto medicamento necessario cogitamus. [Nonne Deo subiecta erit anima mea.] aiebat David. Hic nobis sita salus, vita, felicitas: contemnamus (fratres charissimi) superbi aduersarij voces nouæ, ac magnifica pollicentis. Dei potius legi obteneremus, & quæ nobis præcepit, sedulò, indefesse que obeamus, reportaturi certam, quæ obedientibus promissa est, gloriosamque victoriam.

IN EADEM DOMINICA, CONCIO QUARTA.

De illis verbis.

Vade Sathan, scriptum est: Dominū Deū tuū adorabis, & illi soli seruies. Matth. 4.

MEMINI me tum de astutia, tum malitia diaboli 1. *Quæ fuen-
disputasse; vtramque in eo inesse summam ostendisse;* vtramque in tentando Christum, quām pertinaciter vehementissimè, adhibuisse. Sed interest ordinis. Nam cū tripliciter aggressus sit Dominum, prima, ac lo-

F secunda

secunda tentatione magis ad artes conuersus est , decipere volens, si posset, ipsam Dei Sapientiam , sed cum dolos parū sibi procedere videret, sequē potius delusum, ac spe frustratum sua doleret, quod necesse erat & , Diuinis oraculis proditum, iam rabie percitus, furensque omisis artibus in aper tam malitiam totus erumpit. Itaque in extremo congressa vniuersam nequitiae vim effundere parat; & quanta valet potentia Christum in profligatissimum scelus impellit. [Assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde, & ostendit ei omnia Regna mundi , & gloriam eorum , & dixit ei: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.] Res est inter præcipuas nostræ fidei consideratione dignissima, quā narrat Euangelista: itaque parumper nobis sistendum in ea explicanda est. Ac primū in mentem venit quærrere , quo nā diabolus modo Christum assumpserit , atque in altissimum montem euexerit. Neque enim est vna, concorsque lenten-

Cyprian. in tia. Diuo quidem Cypriano , siue quisquis fuerit author de ser. de ieu. operibus Cardinalibus Christi, durum admodum, atque absurdum visum est, Christi corpus reuera à diabolo ita assumne Christi. ptum credere, ut tanquam saxum , lignumve aliquod , huc illuc ferretur, ac pro diaboli voluntate, vel in pinna templi,

Ex Concil. Ancyran. re fertur 26. Christum corporaliter tulerit, videtur inconueniens , quod humeris eius Saluator infederit, & pro vehiculo vsus sit, quē sibi in animum inducere multi possunt, corporaliter, ac vere ministri, à dæmone eas ferri , & in loca remotissima celeritate mirabiliter fæsti : magis ea omnia cogitatione, & phantasia quadam

est 12. ex eo peragi, quibus dæmon arte exquisitiissima illudat , vt esse in loco, qui in rebus opinentur, quæ sola imaginatione finguntur. Quorum cipit; Illud profectò sententiam Concilium Ancyranum valde probat,

etiam, quæ illam opinionem refellens eorum , qui eiusmodi strygias, aut verba habē lamias ad festa, conuiua, choræasque Dianæ corporaliter tur apud vehicula dæmone sentiebant. Quod si in illis absurdum id apparet, quid de Saluatore nostro diaboli velut vehiculo elato, ac spiritu, & portato sentire par est? Vel ipsa cogitatio videtur sanè mole anima, cap. sta, & absurda. Itaque volunt, qui istud respuunt, spiritu gesta esse ea omnia, quæ narrat Euangelium: spiritu ductum in

pinnam templi; spiritu in altissimum monte; spiritu quoque quæ consequuntur, de ostensa orbis, ac regnorum magnitudine, & gloria; quemadmodum Ezechielem nouimus dum in Hierusalem, & supra montem totam templi fabricam perspicacissima attentione vidisse. Ioannem quoque illatot, & tanta, quæ scribit in sua Apocalypsi, lustrasse oculis mentis, non corporis: Zachariam, aliosque eiusdem ordinis prophetas spiritu remotissima quæq; perspexisse, neq; op^o fuisse, ut corpus iret, quò animus cælesti vehiculo ducebatur.

Ezech. 40.

Sunt qui partim huic sententia suffragantes, partim novam inducentes, volunt quidem Christum non esse à diabolo corporaliter asportatum, absurdum enim id esse: sed tam neque imaginaria tantum visione, illa omnia contigisse; verum externa, & visibili specie à dæmone repræsentata Christi oculis apparuisse: sicut ipse dæmon cum spiritus esset, externum tamen, & visibilem habitum, figuramque gererbat. Quod angelis facere certè possunt, fecisseque Raphaelē in libro Tobiae legimus, ut videretur manducare, & bibere, ambulare, ac sedere, cæteraque, quæ non intus in animo finiebantur, sed extra ipsis oculis apparebant. At ego ingenuè dicam, quod sentio; dent veniam authores planè nobiles: timuerunt proorsus, ubi nihil timendum fuit. Quocirca grauiissimi, sanctissimique patres Gregorius Papa, Ioannes Chrysostomus, atq; Hieronymus nihil dubitant rem ita gestam, ut narratur: neq; figurā, sed historiā scribi ab Evangelistis cōfirmant, cū Christū à dæmone assumptū, ac tēplo, vel mōti impositū legimus. Id verò ad magnā Dei gloriā potius pertinet, quod se aduersario permiserit vti, nō aliter quam quouis alio corpore posset; quod agitare, ac trāsferre naturali potestate Angelus potest; sicut Abachus corporaliter ex Iudea in Babylonē transductū momento tēporis Angelica vi, notum est. Quia in re & diaboli magnas vires agnoscere nos, & suam voluit innotescere sapientiam; quæ tanta machinamenta aduersarij gloriæ diuinæ amplificandæ verterit. Nam Sathanæ potentia quanta sit, ex toto isto argumento discimus, quod breuissimo tempore in templum efferre potuerit copiæ illud ex deserto longè admodum dislito: quod mox in abditissimum, semotissimumque montem translulerit: Dan. 14.

Cornel. Ies. sen. concor.

Euang. cap.

Tob. 12.

Greg. hom.

16. in Etia-

gel. verè, &

absq; quest.

Dñm corpo

raliter as-

sumptum à

dæmone af-

firmat. Hie

ron. in Mat

tb. idem sen

tit, & addu

cit illud:

Multæ cor-

positū legimus. Id verò ad magnā Dei gloriā potius pertinet, quod se aduersario permiserit vti, nō aliter quam quouis rum vene-

runt in san-

Elā ciuitatē,

&c. author

imperfetti

in Matth.

hom. 5. idē

sentit, asse-

ritq; exēplū

Abachus.

Dan. 14.

quod ibilatè iacentia orbis terrarum spatia uno aspectu illius oculis subiecerit: siue diuersas prouincias, & situs vrbium, & imperia ampla, vbi quæque forent, commonefaciendo, & narrando, sicut nonnulli authores existimant; siue, quod magis probo, externa etiam specie per mirabilem, occultissimamque vim demonstrauerit, suis singula quæque locis expressa, ac veluti ad viuum depicta: quod alij ex patribus sentiunt, & est consentaneum ei demonstrationi, qua scriptura narrat Moysem ex Phasgæ montis vertice terram promissionis lustrasse oculis vniuersam. Quod diuina virtute factū dubitare non possumus, cùm acies humani intuitus nō possit vi sua tanta terrarum spatia peruadere. Hanc mirabilem vim natura Angelica tenet, quam diabolus habet ligatam,

Iob 41:

sed non extinctam: quam Christus totam aduersario permisit in se se, vt esset victoria nobilior. Neque iniuria scriptura memorat huius bestiæ potestatem esse tantam, vt nulla cum ea conferri in terra queat. Quam vltimis temporibus, cùm erit solitus diabolus, & Antichristum regnare fecerit, tantam ostendet, vt omnes mortales præ stupore conclamant, nihil esse nec cogitari quidem admirabilius posse. Sic enim scribit Ioannes, [Et dedit Draco bestiæ virtutem suā, & potestatem magnam: & admirata est vniuersa terra post bestiam, & adorauerunt Draconem, qui dedit potestatem bestiæ, & adorauerunt bestiam, dicentes: Quis similis bestiæ, & quis poterit pugnare cum ea?] Hanc tantam, tamque mirabilem dæmonis potestatem cognoscere nostra magnopere interest: vt sciamus, cum quo nobis aduersario res sit. Eam ob causam inaudita, ac prorsus expauescenda potentia abuti Diabolum in se Christus hodie concessit, vt audaciam, conatusque nefarios illius in Christi seruos minus perhorrescamus.

a. *Diabolū
illusum à
Christo mi-
rabiliter.*

Neque verò existimet quisquam istis Sathanæ ludificationibus aliqua ex parte Christi maiestate lèsam, quasi inuitum huc, illuc pro sua libidine iactarit, aut verò volenti indigna, indecoraque ingesserit; quin potius eo omni artificio iam perfecisse diabolam scitote, vt se se egregiè delusum sentiret: & cùm nocere Christo ne minimum quidem potuerit, vniuersa illa vētatione & descriptione orbis terrarum, reliqua-

liquaque scena omni illad vnum consequeretur, vt Christo, ac beatis Angelis se se irridendum copiose praaberet. Quod ad Dei misericordum quendam, ac festiuissimum de astuto aduersario ludum magnopere pertinet. Nonne videmus passim in aulis Principum scurras, parasitosque versari, qui multa audacter, ac pene impudenter dominis, principibusq; ipsis probra, & cōvicia dicere, & multa facere ludibria quodam suo iare per summam licentiam soleant: quibus tamen rebus non modò nihil maiestas Regum obscuratur, verum augetur quodammodo, & splendet illustrius, quod ad risum, & ludum ea scurrilia omnia vertantur. Quæ si rusticus, atque aulæ imperitus cerneret, non dubitaret contra principum dignitatem facta interpretari: aulicus contrà ad autoritatem, & splendorem Principis comparata, qui sordidis eiusmodi hominibus ad oblationem, & iocum eam tamen licentiam dedisset, veraratione confirmaret. Sic igitur habet tote istum nebulonem, diabolum (inquam) qui talia in Christum ausus est, egregie esse hodie ab ipso, curia cælesti spe-
Chrys. ser.
 ētante, ludificatum. Præclarè dixit Chrysologus in hūc mo-
 dum: [Christus diabolo se quærenti patienter indulxit, vt ini-
 micus laqueo suo ipse teneretur, & caperetur inde, vnde ca-
 pere se putabat.] Quod ipse Deus apud Iob aliquando glo-
 riatur: [Nunquid (inquit) illudes ei quasi avi? aut ligabis cum
 ancillis tuis?] Istim enim volucrem in tēpli, ac montis summa fastigia auolantem mirabili arte cepit, atque constrainxit: dum enim captat, captus est ipse, & in laqueo, quem abscondebat, pes eius iuxta Psalmum, comprehensus est. Vbi Psal. 9.
 pedica diuinâ hærentem, totumque pudore perfusum præclarè insecatur convitijs vniuersa Christi familia; non modò magni proceres, cælestis ordinis duces, verum insima etiā plebs, pueri, puellaque fideles. O magnam diuinæ sapientiæ laudem ex aduersario astuto, atque impudente tantum nomini suo decus quæsumus. Canebat huc spectans suauissime psalter, cum illud carmen ederet: [Draco iste, quem formaisti ad illudendum ei.] Idemque alio in loco: [Tu confregisti capita Draconis: dedisti eum escam populis Aethiopum,] ve-
 lut lernam Hydram multiplicata capita proferente; id est, tentationum varia argumenta hodie Christus cōfecit, atque
Psal. 103.
Psal. 73.

August. in ex intersecta bestia escā populis Aethiopū attribuit: qđ etiā Psal. 63. imbecilles, & cōtēptę animę diaboli tētationes in suū profē [Alligatus cōtū vertere possant. Canē innexū catenis August. restē p̄r̄ quidē est dīa dicat, qui latrare quidē pōt, mordēre omnino nō potest nisi bolus inquit volētē. Quāobrē si nō quas meritus es (Christe) gratias, certē ne faciat, quas possumus tibi ò bone, ò & omnipotēs Dñe, infimi serui quātūm potui perpetuò agimus: qui aduersario nro isti immāni, vt mi- test, ne fa- nūmū licet ia nos, tanta in te licere passus es: quæ ad istius ciat, quantū confusionē, ad tuam verò gloriam singulariter perduxisti.

vult, tamen At modò considerare, atq; admirari vehementer subit tantū tēcare animū, incredibilem sceleratissimi dæmonis impudentiam: finitur, quā qui Christo aulus sit dicere: [Hæc omnia tibi dabo, si cadens tum expedit adoraueris me,] Proh nefas. Adhuc cum Deo cōtendit pessi proficienti- mus Angelus, adhuc altissimo similem se esse, habetiq; vult. bus.]

3. Quāfæda, scilicet habere pro Deo: Qui omnium imperium teneat, qui & horrenda distribuat pro suo arbitratu vrbes, Regna, prouincias. Verè, diabolus, quod psalmus habet, superbia eorum, quite oderūt, Domi- nne, ascendit semper.] Verè semper ascendit. Nam qui olim

Psal. 73. æqualem se Deo asserere aulus est, iam superiorem se quoq; Ea sentētia profitetur Deo, siquidem ab ipso Filio Dei coli, adorarique tribuētur flagitat. Merito exclamat Chrysologus hoc loco: [O aulus Bernar. ser. diaboli, Deo dicit, adora me.] Habet arcanus Theologizæ

17. in Canti scholæ sermo antiquū diaboli lapsum ex inuidia, ac superbia ea, quā pla- maxime factum, q̄ Christum sibi diuinitus ostensum præ- nē tenet Rn ferri sibi indignatus sit; neque illam (vt par erat) verū Filium per. in illud Dei colere, seq; illi subdere superbissimus tulerit. Hinc sem- Ioan. 8. Ille per bellū atrox in Christū, atq; in omnes, qui de illius diuina homicida stirpe per gratiā Dei propagātar, sicuti diuina Scriptura nos erat ab ini- admonet. Insanus, ac furiosus perstat, videlicet, in sententia, tio. & Cate atq; antiquos conatus explicare nō cessat. Qua ex refractū tan. in 3. ca. uberrimū capere Dei seruos oportet, vt se nō mirētur facile, Genesis, & nefariè ab impurissimo s̄ a penumero hoste tentari: neque Carthusia - se se afflīctēt, neve perditos putēt, q̄ de infidelitate, de bla- nus 2. d. 5. sphemia, de impurissimis sacrilegijs nō raro segnitervè pul- q. i. & Vi- fētū: nō sibi ipsi displiceāt, q̄ castitatem, q̄ fidē, q̄ spē oppug- querius 3. p. nari audacissimis suggestionib⁹ videāt. Diaboli hæc impudē asflit. Theo tiā, nō ipsorū irreligiositatē arguūt: quātoq; sunt sceleratio-

ra, ac cogitatis etiā horribiliora, tanto habet periculi minus; *log.e.3.8.2.*
 plusquā à noxa lōgē abalent. Nā qui Christū se adorare ge *Quare repu-*
nibus procubentē iussit, quid mirū si seruos Christi de bla-
spēmia, de apostasia, de omni deniq; flagitio cōpellet? Re-
fert etiā summopere isto Christi exemplo discernere, quām *tat probabi-*
fint diuīta lentire, & contentire. Quanuis enim fœdæ , ob- *lem Molin.*
scœnæq; imagines animo saggeratūr, si le auertit, cōfensum *1.par.q.63.*
que ne gat, ne minimū quidē maculat, inficiuntve : quæ verò *art.2. & 4.*
mīnēt accipiūt, & volūtario motu gerutur, etiam si mīnus *memb.4.*
sint fœda, magis tamē animū fœdat. Recte proinde Iacobus
Apostolus monuit; [Resistite diabolo, & fugiet à vobis.]

Neq; illud præterite vos velim (fratres) quod est animad-
 uerſione dignissimū, quā potes, quāmq; efficax sit imperādi,
 regnādiq; cupiditas: & quām mortaliū animis altè insita : si
 quidē certimū callidissimū hostem illius iniecta spe non du-
 bitasse adorationē , cultumq; diuinū sibi flagitate: neque id
 obſcurē, sed apertē: neq; apud vulgārē & de plebe sumptum
 hominē, sed apud illū, quāc esse sapientissimū non dubitabat,
 quemque vtrūm Dei Filius esset, plane dubitaret. An verò
 (creditis) tam caro vēditaret imperiū, vt adorari se posceret,
 nī rem tammi pretij offerre se existimatet? O cæcas homi-
 nū mentes, O fortissima tela ambitionis. Nihil habet, mihi
 hī credite, in suo vniuerso armamentario Satanas, quo citius,
 acriusq; percellat mortaliū animos, studio, gloriaq; regnādi.
 Mififice venenū efficax , quod intimas vñq; fibras peruidit,
 ac penetrat. Itaq; magna Dēi prouidētia sit, vt reges nascā-
 tur ex Regibus, qui à teneris Regno assuecat, nec noui in tē
 inopinata incident. Vt enim veneno effuefacti (quod de Mi-
 thrydate historiç, pđū) veneni vim nō experiūtur laethale:
 sic gloria, imperioq; regnorū innutriti, cū demū regnāt, mi-
 nū ea peste capiūtur: quā profecto exitiale sentiūt, qui in eā
 rationi, insuetiq; veniūt. Cuius rei fidē facit abūdē Saul: Primū
 electus, & bonus, mox ferox, & omni fera truculētior. Facit
 fidē nō minorē Hieroboā ille, divinitus decē tribuū imperio
 donatus, vitulos ipse aureos regnādi cupiditatē, Deo antepo-
 nēs. Plato sanē sapiēter asseruit, nō esse naturā humānā do-
 minādi vniuerso orbi capacem, q̄ distenderetur animus tāta
 amplitudine, seque ipsum deserens, interiret.

*Iac.4.**4. Quām si
impotens re
grandi cupi-
dites.**1. Reg. 15.**3. Reg. 12.
Plet.2.de
legibus.*

88 Dominica I. in Quadragesimā.

Non sunt, mihi credite, idonei nobis oculi, quibus in hac hodiernam (ut ita dicam) mappam mundi à diabolo explicata intueamur. Rapit nos facile, ac latenter ille aspectus, illa gloria, illa pulchritudo regnum. Quin potius Deo instanter dicamus: [Auerte oculos meos, ne videant vanitatem.]

Psal. 118. Oculos ipsi comprimit, & cæcos magis vos esse amate, quam talium inspectione perstringi. Sunt enim veræ præstigia, quæ oculos mentis ludificant, rapiuntque, quæ fas, quæ nefas. Nonne meministis Davidem illum tam sanctum,

a. Reg. 24. tam spiritualem, tam Deo charam, tamen Regni amplitudine, & numerosa gentis sibi subditæ gloria ad seuos scopulos veluti vento impotenter allisum? qui numerando populum usque eò Deum commouit ad iram, ut peste crudelissima castigatus se maximè peccasse ingemiseret. Quamobrem iure reges omnes alloquitur de comprimento fastu, & Dei timore seruando: [Et nunc Reges intelligite, eruditimi, qui iudicatis terram, servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta.] Qui ergo regnant, qui imperio eminent, videant quanto in dilocrimine versentur, ne Sathanam præ regnandi cupiditate adorent: ne leges status, quas mundus tantifacit, Dei, diuinæque religionis legibus anteponant. Quin potius cum primùm ea de re vocem Sathanæ acceperint auribus, continuò respuant; continuò increpant; continuò ingeminent: Vade, Sathana, abi, diabole, in ignem tuum, carceremque æternum, quod me vis ista ficta pompa detrudere. Ad cæteras quidem tentationes Christus mansuetius respondit, tantum quid esset agendum ex diuinis oraculis promens: at ubi de Dei gloria agitur ut Deum negaret, diabolum coleret, veluti excandescens, non tulit tantam aduersarij temeritatem. Itaque cum graui execratione respondit: [Vade Sathana, solus Deus adorandus, illi soli seruendum.] Utinam hoc animo comparatissimus, atque hac cogitatione fortissima, ut diabolum conculcemus.

Psal. 2. Supradictum est, incedamus, ac sic demum ad Dei in Sion gloriosum aspectum aliquando perueniamus.

Psal. 90. Non.

IN EA DEM DO-
MINICA, CONCIO
QVINTA.

Cum ieunasset quadraginta diebus, & qua-
draginta noctibus, poste à esurijt. Matt. 4.



OLENT medici contraria contra-
rijs curare. Eum qui per ingluviem in suo Christū
morbum incidit lethalem, nulla ratio-
nē melius ad valetudinem reduci arbit-
runtur, quād exacta quadam inedia,
abstinentiaque diurna. Hāc diuinus
ille medicus artem etiam secutus est,
qui cūm probè nosset hominem in pa-
radiso deliciarum cibi prohibiti esu esse corruptum, ipse cō-
tra in deserto aspero ieunium difficile, ac diutinum inivit;
non à deliciosis, opiparisqué escis solummodo abstiens, sed
omni prouersus cibo dies quadraginta se priuans. Sed admirari
diuinum consilium in ea re iuuat. Quando enim vidimus me
dicum ægroti redundantiam sua inedia curantem? quando
corpus suum extenuantem, ac macerantem, vt putrido, ac
corrupto iacētis humorī medeatur? Omnino noua, ac mira-
bilis medicandi ratio, humanaque arte superior. Quemadmo-
dum iustitia Dei effectum est, vt pœnas daret, qui noxā non
fecerat. Itaque ipse exclamat: [Quæ non rapui, tunc exolu-
bam.] Pominam, scilicet, per nefas primus homo gustauit: En-
alter homo ieunat, & sibi concessis cibis vltro parcit, vt il-
lius virulētiā curet. Sicut cūm diues esset, p̄ nobis ege-
nus factus est, vt nos inopia illius diuites essemus,] quod Pau-
lus affirmat: sic cūm sit ipse panis Angelorum, qui que gloria
sua satiat omnes beatas mētes, tamē ieunat, atque pallescit,
vt famelicos satiet, atque impleteat. [Qui dat escam omni car-
ni, ipsis etiam pullis cornorum inuocantibus se, is ieunat, is
inedia se macerat diurna, atque conficit. Quis hoc ferat?
quis non suis ipse malis irascatur, quæ clementissimū Deum
Psal. 68.

*Leiunio
nostros mor-
bos curasse.*

2. Cor. 8.

Psal. 135.

90 · Dominica I. in Quadragesima.

Matt. 11. ad tam aspera remedia quærenda perpulerunt? Sed videte, q̄ si velit, quid sibi obsequij reddi amet: [Venite (inquit) ad me oēs, qui laboratis, & ergo reficiā vos.] Quanta gloria sequi Christū? quām copiosa, lausq; refectionis, si menlam Domini conuiuijs sacerduli p̄apponamus: [Sicut portauimus imaginem terreni hominis, sic etiam cœlestis huius portemus.] Qui cū Adā cibū veritum edimus, ijdē cū Christo etiā cōcessos cibos missos faciamus. Olim fidelis *Vitas*, vt comedet, & biberet inuitatus, cōcessa sibi indulgentia ut recessavit, p̄ arcam Dei Israel, atque Dñm suum Ioab sub papiōnibus agere diceret, neque se decere eo tempore corpori indulgere, cū labore bellico dux luns distinceretur. Nonne, si Christiani sumus, si piè, ac religiose Christi Dei nostri ieiuniam perquām horridum cogitamus, padere nos debet, ventri, delitijsq; vacare. Edictum Regis personebat, vt nemo hominum quicquā degustet, donec aduersarios, quibus instamus, fortiter dimicando superemus.

*2. Quod inō solum ieiunauit Chri-
stus, sed etiā oblatione edendi, verūm esurij quoque, sensit inanitionem, cruciatus est fame. Plerique videlicet ieiunare volunt, ieiunio pati esurire nolunt. Quadragesimam obseruare amant; quadragesimæ incommoda sentire non amant. Non erant talia ieiunia regis Davidis, qui de se testabatur; [Genua mea infirmitas sunt à ieiunio,] ita se inedia conficiebat, vt p̄ macie debilitati gressus labascerent. Nos verò ita ieiunamus, vt famem nullo modo toleremus: uno vel prandio, vel cœna tatum ingurgitamus, quantum aliās duabus vix possemus. Egregiā, scilicet, ieiunandi rationem, vt in vnas epulas conferamus, quæ binis suissemus aliās consumpturi. Mihi antiquorū patrum ieiunia intuenti, & veteris Ecclesiaz quadragesimā memoria repetēti, pudor est magnus, hocce nostrū vocare ieiunium. Olim longa ætate inedia durabat ad vesperum: sub Solis occasum ieiuniū soluebatur. Vini usus erat nullus in quadragesimali ieiunio; vt facile ex Chrysostomo, ex Augustino, ex Cyrillo Hierosolymitano, atq; ex ipso Clemēte p̄ pop. Antio.*

*Chrysost. ho-
mil. 8. ad
pop. Antio.* dragesimali ieiunio; vt facile ex Chrysostomo, ex Augustino, ex Cyrillo Hierosolymitano, atq; ex ipso Clemēte p̄ docere possunt. Cibus ipse tenuis, & aridus, Pisculum pīn-
gutum,

gium, & suauium esu interdictum. Tantum pisiculos vilio Cyril. 3. ea res, concilia nonnulla per summam indulgentiam concede- teches. Cle- bant. Hierony. exponens Danielis illa verba. [Panem deside mens lib. 5. rabilem non comedи, caro & vinum non introierunt in os const. Apos. meum.] [Hoc, inquit, docemur exemplo tempore iejunij à ca. 17. Au- cibis delicioribus abstinere, quod ego nunc puto dici panē gust. ser. de desiderabilem, nec carnem comedere, nec vinum bibere.] tempore. Itaque prisa illa ætate Christiana vix erat, qui se sacratissi- Conc. Ge- mo quadragesimæ pensò per grauem valetudinis necessita- rund. cap. 3. tem exolu pateretur. Heu me, quantum degeneramus ab il- Concil. To- lis? Si maiores nostri ad mensam vocarentur, iejunia Christia letan. 4. na nec de nomine agnosceret. Sub noctem coenulas facimus, Dan. 10. collationes nominatæ: vna collatione tātū absumitur, quā- tum vix veteres tota diei cœna. Quius stomachi, capitis ve- prætextu licetiā cœnādi impetrat. Nō defunt mēlæ, quibus simul carnes, simul pisces in edulijs apponuntur. Medico, sci- licet, cōcedēte, vt qui potest piscibus vesci, vescatur & carni- bus. Pudet me cæteras sordes dicere, Christiani nominis ve- riſima opprobria. Etenim dijs suis gētes maiora, ac meliora iejunia custodiūt. Brachmanes, & Bōcij, & sacrificuli Indorū inediā totū diē tolerant, sale, & pipere abstinent, vinum, seu vini similē potionē nō adhibent. Et tamen nō sunt certè Dij, sed dæmones mali, quibus obsequuntur. Mauri, & Turcæ Ma- hometana iejunia diligētiūs, exactiusque obseruant. Pudeat (oro, atq; obsecro vos) tantæ nostræ ignominiae: Christiana dignitatē aliquando tandem cogitemus. Deum nostrū Chri- stum nobis ponamus ob oculos, qui & iejunavit, & esurivit pro nobis, vt castis nos quoq; iejunis ducē nostrū, ac princi- pē imitātes, siue cōpatimur Christo, sic & cōglorificemur.

[Et accedēs tentator ad eū.] Magna est quaſſio, nec in- peruvacanea, meo quidē iudicio, quo nā paſto vacet diabolo tētare homines, cū ipse tormentis sit immēſis addictus. Nā ma- gnitudo pœnæ ita occupare animū, ac rapere totū ſolet, vt de alijs cogitare, nec libeat, nec cliceat. Supplicio autē acerri- mo affici dæmones Scriptura palā demōſtrat. [Angelos (in- quid) qui nō ſeruauerūt ſuū principatū, ſed dereliquerūt ſuū domiciliū, in iudicium magni diei vinculis æternis ſub caligi- ne reſeruauit.] Æternam ergo caliginem, æterna vincula iam patiun-

3. Quomodo
diabolo tor-
menta tan-
ta ſuſtinen-
ti tētare ho-
mines va-
cet.
Inde. 1.
Matt. 25.

patientur. Ignem autem diabolo, Angelisque eius paratum Christus cominemorat: quem esse eundem illum credere

Ezech. 28. fas est, de quo Ezechielloquitur: [Producam ergo de medio tui ignem, qui denoret te, & dabo te in cinerem super terram, in conspectu omnium videntium te. Omnes, qui viderint te, obstupescerent super te, nihil factus es, & non eris in perpetuum.] Idem quoque propheta alio loco: [Et

Ezech. 32. tu ergo in medio circumcisorum contereris, & dormies cum interfectis gladio.] Quæ quidem omnia in diabolum esse dicta, quanvis sub persona Principum Tyri, vel Ægypti, & Hieronymus affirmat, & res ipsa perspicue docet. Fuere sanè, qui assenserent præcipuam, & maximam diaboli pœnam differri in diem iudicij, atque hanc esse potissimum causam, cur Sathanas tantopere ad tentationes commouendas se det, quod liquidò sciat, iustorum, electorumque numero expleto, diem iudicij mox affuturum, quem ille nefarius vehementer reformidans, agit, quantum potest, ut homines deturhet in Tartara. Atque hoc alludere putant Ioannem in

Apoc. 16. Apocalypsi de temporibus nouissimis, cùm scribit, [Væ terræ, & mari, quia descendit ad vos draco cum magna ira, sciens, quia modicum tempus habet.] Itaque sibi ipsi consulens, de hominum pernicie tantopere satagit.

Quam equidem sententiam bonorum planè authorum, neque refello modò, neque magnopere probo: puto enim plus diabolum superbia in Deum, inuidia in homines commoueri, quam de differendo suo supplicio esse felicitum. Est enim veluti naturalis nequitia, atque ipsis medullis insita nocendi cupiditas, ac fallèdi libido. Quod Salvator expressit, cùm dixit; [Cùm loquitur mendacium, ex proprijs loquitur.] Et [ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, & vos desideria patris vestri vultis facere.] Nam quod cruciatu sempiterno diabolas vexatur, nihil impedit malignas pessimi genij actiones, fallendo, tentando, omnibus modis perniciem hominibus querendo, vitam agit miserrimam; estque ad omnia mala, & perferenda, & molienda unus idoneus: quod naturæ sine dubio præstantiae tribui debet. Puerum videmus exiguo dolore captum nihil agere aliud posse, quam flere, ciulare, gemeres

Vire

Viro contrârobusto, quanvis incidat grauis dolor, impedimento non est, quo minus res suas agat, aut alterius euerat, præsertim si est ira commotus. Ad eundem modum de dæmonum cruciatibus, atque actionibus existimare debetis. Quorum si miserrium statum agnoscere expressius cupitis, Esaiam auditote de aduersarij nostri, & supplicio, & furore vaticinantem: [Corruet (inquit) & esuriet, & cum esurierit, irascetur, & maledicet Regis suo, & Deo suo, & suspiciens sursum, & ad terram intuebitur, & ecce tribulatio, & tenerbrae, dissolutio, & angustia, & caligo persequens, & non poterit auolare de angustia sua.] Heu infelices animas, quæ dæmonis fallaciam, nequitiāmque fecutæ parem cum illo in sempiternis cruciatibus vitam ducent.

Esai. 8.

[Si filius Dei es.] Num putamus diabolum tanta ingenij subtilitate, ac perspicacitate præditum nescisse, quis nam ille esset, quem aggrediebatur? Atqui Lucas quidem refert dæmonia clamantia illius potentiam, [quia sciebat, inquit, eum esse Christum:] Verum altera ex parte Paulus Apostolus resistit, [si enim agnouissent (inquit) nunquam Dominum gloriae crucifixissent,] quod de Principibus huius sæculi dicit, principes sæculi, scilicet, dæmones intelligens, ut scitè Ambrosius commentatur, quos idem Paulus alio loco apertere nominat mundi rectores, potestates, ac principes. Igitur Christum quidem præstantiorem aliquem fuisse superioribus prophetis, atque adeò Messiam ipsum intellexisse diabolum, Ambrosius, atque alij Patres non iniuria sentiunt, sed verum Dei filium non satis agnouisse, multoqué illud minus, quod mysterio crucis salutem mundo paraturus esset: sed in ancipiis semper stetit nutante, ac fluctuante huc illuc cogitatione. Id ergo certius explorare parabat, cum ita locutus est; [Si Filius Dei es, dic, ut lapides isti panes fiant.] Fait vero diuina plane sapientia digna ars, ita suspensam, atque hærentem aduersarium tenere, ut salutem hominum, quam maximè aversabatur, maximè adiuuaret pessimis quidem consilijs suis, sed Dei prudentiæ valde accommodatis. Euenit sanè diabolo in Christo tentando, & vexando, quod solet pilci voraci, qui cibum hamo infixum huc, illuc versat, ac demum inglutiei impatiens vorare constituit, simulque ferrum

4. Semper
diabolum de
Christi dei-
tate dubium
fuisse.

Luc. 14.

1. Cor. 2.

Ambros. in
1. ad Cor.
cap. 2.

Ephes. 6.

94 Dominica I. in Quadragesima.

Damasc. de fide orthod. ferrum latens obglutiens, deprehendit se, dum captat, penitus captum. In eum modum Ioānes Damascenus author est, Diabolam in Christi fragilem, ac mortalem carnem tanquā in escam hamo impositam infixisse dentem: Diuinitatis verò latentis vi esse oppressum. Quam rem pulcherrimè ipse de se Deus prædicat apud Iob. [An extrahere (inquit) poteris Leviathan hamo, & fune ligabis linguam eius?] Gregorius Magnus in homilia quadam breuiter, ac dilucide rem totam complexus est illis verbis: [In hamo incarnationis Christi captus est diabolus, quia dum in illo appetit escam corporis, transfixus est aculeo diuinitatis.] Totigitur imaginationibus cùm nihil aliud ageret, quām ut Christi deitatem exploraret, nihil tamen consecutus est aliud, quām ut duplō abiret hæsitantior, perplexiorque, qui dubius, incertusque venerat. Proinde Lucas eum dixit recessisse usque ad tempus, consummata omni tentatione, propterea quod, instantē iam morte Christi, multò plus operæ posuerit in eo negotio explicando, neque vñquam satis sibi constans, iam Iudam ad prodendum incitabat, iam vxorē Pilati visis terribat, ne permitteretur occidi. Cuius argumenta, & operam cassam Christus animaduertens, dicebat suis: [Venis Princeps huius mundi, & in me non habet quicquam.]

Matth. 26. Sed, omni tentatione superata, cælestis turba tanti certaminis intentissima spectaculo, viatori Regi suo canere cœpit, ac plausu lætissimo gloriosum triumphum celebrare, ac Draconem quidem illum funestum lepidissimè exagitabat, convitjsque dignis insestabatur insanam bestiæ truculentæ temeritatem. Audire mihi videor (fratres charissimi) processores illos beatæ curiæ diabolo victo iucundissimè exprobrates, atque illa veteris Prophetæ repetentes. [Quo pulchrior es descendere, & dormi cum incircuncisis.] Iste, scilicet, ganeo in Regem nostrum impetum facere ausus est: habet, quem meruit, suæ temeritatis exitum. Abi, abi furcifer, serpens antiquæ, neque inter filios Dei apparere iam audeas. Cantabat altera in parte diuini cytharædi lætissimi: [Nunc facta est salus, & virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi eius: quia projectus est accusator fratum nostrorum:] Iam vero Regis sui victoriæ de saeo hostie partam Angeli quibus

5. Lætoriæ storia post tentationem.

Ezech. 32.

Apoc. 12.

bus laudibus celebrarint, qua vocum modulatione sint prosecuti, quis pro rei magnitudine exponere possit? Nonne cœcinentes illos cœlestes choros videre vobis videmini, atq; illud carmen audire: [Sedentii in throno, & agno benedictio, & honor, & gloria, & potestas in sæcula sæculorū?] Quod si vnus horū Danieli esurienti prandium per manum Abachuc tanta celeritate in Babylonē tulit, ut seruū Dei sui reficeret laboratē, ferocibus bestijs superiorē Dei virtute effectū, quid putatis fuisse sedulitatis, & alacritatis, & festinationis in illa gloriola cœlitum turba, cum Regem suū esurientē cerneret, leque administrando cibo vocatam? [Si esuriero, ait *Psal. 49.* ipse Dñs, non dicam tibi: meus est enim orbis terrarū.] Ergo quid vellet ex toto terrarum orbe rogantes, voluntati ipsius promptissimè famulati sunt, paſcentes, nimirum, ipsum Angelorum panem, atque inenarrabili lætitia dulcissimo Regis sui conspectu fruentes authori vitæ alimenta, quibus viueret, ministrabant. O quam incunda est palma post prælium, [O quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Dñe, iis, qui sustinēt te.] Pugnemus igitur (fratres) ardēter, atq; hostē nostrū intrepidē aggrediamur, cōstāter oppugnemus, vsq; dām in foedā fugā vertamus. Adeſt coronarū distributor Deus, qui se pollicetur vincēti Manna daturū, illud manna suauissimum omni iucunditate iucundius. Certemus fideliter, atq; cōstāter: *Apocal. 2.* non enim coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. Amen. *2.Timot. 2.*

FERIA II. POST

PRIMAM DOMINI-
cam Quadragesimæ.

CONCIO PRIMA.

Cum venerit filius hominis in maiestate sua. *Matt. 25.*



I quis in hodierni Euangelij verba attenderit, intelliget planè vniuersam iudicij extremi summā omnium in opera misericordiæ referri, quæ velegerunt bonorum rani, vel mali prætermiserunt. Neque vacat quæstione, quare sic fiat, cum sint certè res aliæ quam plurimæ, sit in die iudicij quas

dicij, tamen præcipue mi sericordia opera exas minari.

Eccles. 12. scusso exacta circa minutissima quæque futura sit, sermone Matth. 12. Christi admonemur: [Dico vobis, de omni verbo otioso

reddent homines rationem in die iudicij.] Quæ si ita habent, quid(oro)rei est, quod solùm operum misericordia mentio fiat. Primum Scripturæ diuinæ mos est ea tanquam sola re ferre, quorum præcipua habeatur ratio, tamen si sola nō sint. Iudicium quidem illud vniuersale est tum personis, tum re bus. At personas quasdam peculiari quadam ratione sic cō memorat, quasi ad illas tantummodo pertineat illud iudiciū. Nam infideles dicit iam esse iudicatos. [Qui non credit (inquit) in Filium Dei, iam iudicatus est.] Neque idcirco tamen

Ioan. 3.

1. Pet. 4.

Ezai. 49.

Sapien. 6.

Rom. 12.

2. Cor. 5.

Matt. 19.

1. Timo-

teus 5.

2. Timo-

teus 1.

Hebreo-

10.

1. Corin-

thio-

15.

1. Thessal-

1.

1. Corin-

1.

1. Corin-</i

mē modo scriptum de diversis loquitur, ut quasdam iactū dicatas dicat, quasdam potius iudicataras, alias proprietate, se præcipue iudicandas; sic debemus de rebus ipsis, quæ ad illud iudicium spectant, existimare, omnes quidem ibi examinari debere, sed præcipuum quarundam habendam esse rationem, quæ vel ob id ipsum interdum tanquam tota iudicij materia, & leges commemorantur. Quo loco esse opera misericordiæ hodiernum Euangeliū perspicuum facit.

Verū rogabitis (credo) cùm cæterarum quoque virtutum merita examinanda sint illo ultimo die, quid causæ sit, sive opera quod misericordiam potissimum, aut vnicè etiam Christus misericordiæ indicans nobis proponere voluerit. Ego causas intelligo fuisse verisimilias tres, atque illa est prima, ac præcipua, quod vitæ Christianæ maximum, ac prope singulare decus, atque insigne sit morentur. charitas. [In hoc cognoscent (ait ille) vos meos esse discipulos, si dilectionem ad inuicem habueritis.] Ea est summa, & Rom. 13. compendium vniuersæ legis, teste Paulo: [Diliges proximum tuum. In hoc verbo vniuersa lex instauratur. Plenitudo enim legis est dilectio.] Sola charitas, vt Augustinus recte sentit, diuidit inter filios Regni, & filios perditionis. Sine charitate, neque linguae, neque scientiæ, neque prophetia, neque miracula, neque fides quicquam prosunt: cæteris omnibus Dei donis ipsa dat formam, atque vitam. Quare non iniuria vniuersi iudicij summa confertur in charitatis examen, quod ab ea cætera pendeant omnia. Addo alteram causam, si quae enim res est, cuius sint homines maximè negligentes, quamque non obligatoriam, sed liberam, arbitriariamque existiment, ea demum est beneficentia, atque eorum officiorum meditatio, quæ Christus hic descripsit. Sunt hoc tempore perquam multi, qui eleemosynæ facienda non præceptum, sed consilium sibi datum arbitrantur. Itaque neque cùm confessiones peccatorum faciant, huiusc rei prætermissa conscientiam suam accusant, neque verò ab ipsis sacerdotibus, qui confitentes audiunt, magnopere ea de re interrogantur, vel arguuntur: grauis profecto error. Sic enim habetote, diuinalege, & præcepto cogi vos ad subleuandas proximorum necessitates, siue pecunia opus sit, siue confilio, siue assentia, siue adjumento illi vestro pro ratione status, sci-

Thom. 2.2. licet, vestri, pro copijs, pro cætera lege prudentiæ. Ita Thom. q. 32. art. 5. mas Aquinas; ita Aurelius Augustinus cœsent, ita Gregorius Aug. lib. de Nazianzenus, magni procul dubio authores. Verum antho- fid. & oper. ribus alijs opus non est, vñus pro omnibus satis est author cap. 15. & Christus, qui disertis verbis plurimorum condemnationem lib. 50. hom. 7. soli beneficentia prætermissæ acribit. An verò puniri æter mil. hom. 7. no igne putatis quenquam idcirco, quod id facere omiserit, quod liberum facere fuerit, vel non facere? Nazianzenus in oratione de cura pauperum, expressè docet non esse voluntarium, sed necessarium, nō consilij, sed præcepti pauperibus subuenire, idque probat autoritate hac Euangelica. Rectissime Iacobus Apostolus prædicat: [Iudicium sine misericordia ei, qui non facit misericordiam.]

Jacob. 2. Duas causas exposui, superest tertia. Quid enim? si is qui pauperem de suo non alit, non vestit, non tuetur, pœnæ semper etiam pauperem demonstratur esse obnoxius, quid eum cogitare par August. lib. est, qui etiam pauperem spoliat, qui vexat, qui perdit? Præclarè de hac re agès Augustinus: [Si in ignem æternum ibit, 50. homil. cui dicturus est Christus: Nudus fui, & nō vestisti me, quem locum habebit in igne æterno, cui dicturus est, vestitus sui, hom. 7. & spoliasti me?] Si tanta leueritas, & animaduersio in eos, qui beneficentia officia negligant, quanta erit iudicij acerbitas in prædones, in sicarios, in facinorum omnium perpetratores? Terribili voce intonat sacer propheta in tales: [Au-

Amos. 4. dite verbum hoc vacce pingues, quæ estis in monte Samaria, quæ calumniam facitis egenis, & confringitis pauperes: quæ dicitis Dominis vestris, afferte, & bibemus. Iuravit Dominus Deus in sancto suo, quia ecce dies venient super vos, & leuabunt vos in contis, & reliquias vestras in ollis feruentibus.] Quanvis foeminas videatur diuinus sermo præstringere illas divites, & superbas, quæ viros ad rapinas, calumniasque excitabant, ut luxum, fastumque suum ex misericordijs ipolijs sustentarent, tamen omnes sine dubitatione mortales conuenit, omnibus minatur, qui bona aliorū discepunt: eorum videlicet corpora, & carnes ipsas conciderendas, atque in frusta secandas, ac more latronum suppicio publico punishmentum discepertas, ac concidas palam ostentvi fore, & qui rem misericordum in arca condiderint, horum ipsa vitalia viscera ollis.

ollis esse coquenda , atque exurenda . Quæ res asperitatem
diuinæ sententia in homines iniquos pauperibus , atque in-
clementes satis demonstrat . Aduersus hos rursus vaticinatur
Amos idem : [Væ qui opulenti estis in Sion , & confiditis in
monte Samariae ; optimates capita populorum ingrediētes
pompaticè domum Israel .] Hos ergo beatos , & fortunatos
compellat , atque addit : [Qui separati estis in diem malū ,]
Tanquam enim hircos ad sinistram pertinentes haberi vult:
sed qua ex causa , cùm multa deliciarum , & lasciuia , vita quæ
laute argumenta prodiderit , scelus omne ad illud caput re-
fert : [Et nihil , inquit , patiebantur super cōtritione Ioseph .]
Videant proinde illiberales , atque avari , videant alienorum
laborum deuoratores , quo sint loco futuri , si eos , qui nō am-
plias eleemosynas fecere in nudos , in famelicos , in peregri-
nos , in vincitos , in ægrotos , igni sempiterno iudex summus
traditurus est . Conueniat se unusquisque , ac dissentiat , atq;
arguat , si vult extremi iudicij irrevocabilem vitare senten-
tiā .

Iam illud considerate , quanta sit diuini iudicij æquitas 3. Rationes
in condemnandis ijs , qui præ auaritia fratribus se duros
præbuerint , neque fortunas suas cum illis , qui egestate pre-
mebantur , communicarunt . Nam cum testamento pater ad misericor-
dias opera inducentes natu filium bonorum omnium declarat hære-
dem , nonne vobis videtur iniuriam cæteris facere liberis , ni-
G hæredem ad eorum necessaria alimenta compellat . Huma-
næ quidem leges in bene instituta republica ita decernunt .
Quod si is , qui paterna bona obtinet , fratri indigentia limen-
tum deneget , nonne iniuriam facit , nonne superbè , & cru-
deliter indulgentia paterna abutitur ; nonne die dicta co-
getur vel inuitus dare , quod auarè negat ? sic se habet cau-
sa copiosorum & locupletum cum egenis . Unus omnium
Pater est Deus , cur illi & illi tot fortunas attribuit , illum
& illum inopia vexari sinit ? Profectò diuitem voluit pau-
peris curam gerere , & hunc quidem patientia , illum verò
benignitate filiorum Dei laudem mereri : quemadmodum Basilius in cō-
magnus Basilius præclarè philosophatur , qui locupletes
etiam affirmat diuinitus œconomos pauperum institutos .
[Nunquid non Pater unus omniū nostrum ?] Ait Malachias
Basil. in cō-
cione ad di-
nites .

101 Feria II. post I. Dñicam Quadrag.

- Malac. 2.* Propheta. Ergo istum, quem egentem vides, quem pannosum, quem exulceratum horres, fratrem tuum (o diues) agnoscere debes, cui est idem Pater in cælis Deus, eadem in terris mater Ecclesia. An fratrem tuū aspernaberis? an, inspiciēte communi parente opem aut stipem à te flagitantem cum fastidio abijcet? Hæc quidem in ipsum Christum redundat iniuria, cuius tu oratores, nempe pauperes, contumeliosè dimittis. Nonne venit in mentem veteris historiæ, cum Nabal ille auarus æquè atque opulētus Davidis oratores commeatus quipiam comiter depositis superbè repulit, ac fatuè etiam contumeliam adiiciens: [Quis est David? & quis est filius Isai?] Quid ad hæc David? ille quidem tam clemens, tam humanus, & lenis, tamen indignissimè ferens repulsam, ira ardens ad suos conuersus: [Accingatur unusquisque gladio suo.] Extremam, scilicet, perniciem fuit viro allatus, nisi Abigailis liberalitate & prudentia cohibitus esset. Nec euasit tamen impius Nabal, ipso furoris Davidici nuncio perterritus concidit. [Et mortuum est, ait Scriptura, cor eius intrinsecus: & factus est quasi lapis.] Hic certè hominem durum exitus decevit. Verè scriptum est à Sapiente, [cor durum male habebit in nouissimo.]
- Ecccl. 3.* Ac satis quidem fuerat, quæ pauperibus dantur, fratribus dare nos intelligere. Nunc vero, vt ad misericordiam impensis flecat, Christus non fratribus nostris, non seruis suis, non fratribus denique suis bene fecisse nos dicit, sed sibi ipsi; se nempe pauisse, se potuisse, se vestisse, se domo exceptisse, se visitasse & grotum, aut vinclum. Cur ita? vt non aspernemur pauperes, vt etiam amemus, vt suspiciamus quoque, & colamus, cum in ijs illius personam spectemus, qui pro nobis egenus factus est, cum esset diues. Itaque ea omnia benignitatis officia propria sibi facit, atque in ijs gratulatur, & exultat. Per Esaiam ipse ingeminat Deus: [Reficite lassum: hæc est mea quietes, & hoc est meum refrigerium.] Quam obrem legimus sanctum Loth homines se peregrinos exciperemus putantem, Angelos potius exceptisse: Abraham prætereà hominum specie Angelis ministrasse. Quod si hos patres eo facto beatos reputamus, neq; immerito: quid sentire par est, cum Christum ipsum late excipimus, aut mensæ adhibemus?
- Esaï. 28.*
- Genes. 19.*
- Genes. 18.*

hibemus? O nos profectò, si sapimus ter beatos, ò dignam di-
vino homine laudem. Si fides dictis Christi haberetur,
erant pauperes exoptandi, querendi, inuitandi, trahendi,
cogendi: nescio an dicam, tantus fatus erat pauperum
amor, vt pauperes nulli esse permitterentur.

Neque solum dignitatis habet plurimum benignitas in
egentes, verum utilitatis non minus, cum pro paupere de-
bito Christus fiat, qui copiosissime benefacta compensat.
[Fœneratur Domino, qui miseratur pauperis,] ait Salomo. Pro. 19.
In ipso vero mortis discrimine, cum conscientia tanto terro-
re scelerum suorum premitur, quis dicere queat, quantum
leuationis & spei bonæ conferat misericordia recordatio?
Tobiam illum sanctum audi: [Fiducia magna erit elemo-
syna facientibus illam. Eleemosyna à morte & à peccato li-
berat, & non patietur animam ire in tenebras.] Denique Psal. 31.
cum David illum beatum prædicet, cuius testa sunt pec-
cata, ego vobis optimum operimentum ostendo ad omnia
peccata tegenda, misericordiam. Ita Salomon, ita Petrus Pro. 10.
affirmat; [Vniuersa delicta operit charitas.] Loquuntur, 1. Pet. 4.
hanc dubium, de proximi charitate, quæ benefactis con-
stat. Quod etiam consilium fuit Danielis, ut Rex scelera-
tus Nabuchodonosor peccata sua eleemosynis redimenda
curaret. Ergo qui in iudicium Dei rectum ac severum ser-
uari facta omnia nostra, dictaque scimus, opportunè iudi-
cis gratiam ineamus, illius familiam omni ope atque
opera subleuando. Quales nos in illius seruos præ-
buerimus, talem in nos Domini beni-
gnitatem, & clementiam ex-
periemur.

G, IN

IN E A D E M F E-

RIA, CONCIO SECUNDA.

De illis verbis.

Congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab inuidem, sicut Pastor segregat oves ab hædis. Matth. 25.

1. Bonis, ma-
los esse per-
mixtos in
hac vita.



REDO, vos intelligere, quandiu mortalis
hæc vita durat, bonis malos permixtos esse
oportere, neque fieri posse, vt vel improbo-
rum confortio, boni & iusti careant, vel inter
improbos ipsos nullus bonus & pius existati.

Ita necessariò euenire docent nos Euangelicæ illæ parabolæ.

Matt. 13. Iæ, quæ regnum cælorum simile dicunt sagenæ missæ in ma-
re ex omni genere piscium congreganti, quam pescatores

Matt. 13. trahentes ad litus, eligunt pisces bonos in vascula, malos au-
tem foras mittunt. Zizanijs quoque narrant bonum patris

Matt. 3. familias semen infectum, vbi lolium à frumento non facile
discerni possit vsque ad messem. Aream etiam pingunt, vbi
paleis grana confusa sunt, ventilabro verò fore opus, vt sepa-
ratæ paleæ igni dentur: triticum in horrea feratur.

August. de
catechiz. ru-
dibus. ca. 7. Qā rem.
Augustinus quidem valde commendat, ne non animaduersa
Dei fidem, prouidentiamque apud minus peritos vel labo-
factet vel oppugnet. Neque enim temerè ita res humanas

ferri sinit Deus, sed magno cum consilio, qđ ex confortio
bonorum malis via aperiatur, vt mali esse desinant, & boni
fiant: ipsis bonis malorum collegia salutaria sunt; vt patienti-
am discant, atque exerceant, ferendo: tum benignitatem &
charitatē bene faciēdo. Horum quoque virtus cōtūtor est,
quo vitiosorū cōsortio testior, perinde atque grana sunt pa-
leis operta. Quin etiam tanta est plerunque inter utroque
similitudo; vt planè discerni nequeant, neque quisquam iudi-
cium ferre certò possit, quis malus, quis bonus, sine dubio

fit.

fit. Qua de re Salomonis testimoniū præclarum audire vos
volo: [Sunt iusti atque sapientes, & opera eorū in manu Dei: *Eccles. 9.*
& tamen nescit homo vtrum amore an odio dignus sit: sed
omnia in futurum seruantur incerta, cō quod vniuersa æquæ
veniant iusto & impio, bono & malo, mundo & immundo,
immolanti victimas, & sacrificia contemnenti. Sicut bonus,
sic & peccator, ut perius, ita & ille, qui verū deicerat. Hoc
est pessimum inter omnia, quæ sub sole fiunt, quia eadem
eundem eveniant.] Hactenus Salomon, qui perspicuè nos do-
cuit adeò rem esse in abdito, ut ipse homo de se certam sen-
tentiam ferre nō possit, vtrum bonus, nec ne, sit. Malos qui-
dem multos aperte nosse se esse malos, non dubium est. Qui
enim in flagitijs, & sceleribus totus est, quo pacto possit igno-
rare se esse nequam? Verū boni cū sint, id ipsum li-
quid scire nō possunt: ac de alijs item bonis multò amplius
suspenso ac dubios reddi necesse est, quod sint pleraque
bonis malisque communia. Nam cū sunt facta sāpe simili-
lia, tum evenit non dispares. Locupletes æquæ ac paupe-
res, prosperis & aduersis vtuntur, æquæ calamitates infortu-
niaque, & sorte conuersa honores ac fortunas secundas, vtri-
que experintur. Sunt Prophetæ veri, sunt & falsi prophe-
tae. Denique neque status, neque dignitas, neque vitæ genus,
neque studium potest quenquam securum facere. Vbiq[ue]
bonis mali permixti: Inter Apostolos Iudas proditor, inter
septē diuinatus electos Diaconos fuit Nicolaus: in arca Noë
de octo electis Cham pessimus repertus est.

Qua ex re sumitur planè argumentū magnum ad futuræ 2. *Hinc pro-*
post mortē vitæ demonstrationem; vbi iudiciū sit, vbi bonis bari altera-
præmia, improbis supplicia: quemadmodū clarissimi Patres, superesse vi-
Ioannes Chrysostomus, & Theodoreus Cyrensis copiosè tam, vbi me
philosophantur. Nā Deū esse iustum nemo negare poterit, lis male, bo-
nisi qui Deū esse nō concedat. Iustum verò aliquando mode-
rato rem poena affecturum improbos, sibi que infestos: con-
trā remuneraturum fideles, atque obtemperantes sibi, aper-
tissima ratio docet. Cum ergo in hac vita mortali sāpiissimè
mali beatè agant: boni & pij in dolore & calamitate versen-
tur: fit profectò ut alterā posthac vitā certò sperare actene-
cōt. Gracce-
de
proudient.
Theodor.
cōt. Grace-

Nonne ita sentitis? nonne, quāvis aliter velitis opinari, ipsa illa iustitiae divinae inuicta ratio, necessariò vos in viam reuocat? Praeterea haec mihi demonstranda immortalitatis animorum argumentatio videtur, atque est sine dubio. Ea ergo causa est tantæ in hac vita perturbationis bonorum atque malorum: quod sapienter David cōmemorat toto illo Psalmo, cuius initium est. [Quām bonus Israel Deus his qui recte sunt corde;] Vbi post depictam atque expressam impiorum felicitatem, proborum contraria afflictiones, & infotunia narrata, hue tandem evadit: [Existimabam ut cognoscere hoc, labor est ante me, donec intrem in sanctuarium Dei, & intelligam in nouissimis eorum.] Secretum arcanumque consilium Dei se agnoscere fatetur in ipso exitu de hac vita hominum, vbi merita estimantur, & par cuique lors pro meritis venit. Neque diversum sapit Malachias, vbi disputans quoque de ijs, adiungit. [Et scriptus est liber monumenti coram eo timentibus Dominum, & cogitantibus nomen eius: & erunt mihi (ait Dominus exercituum) in diem, quo ego facio, in peculium, & parcam eis, sicut parcit vir filio suo servienti sibi: & conuertimini, & videbitis, quid sit inter iustum & impium, & inter servientem Deo, & non servientem ei.] Illum ergo diem huic rei destinatum diem iudicij vocare Deus solet, quod tunc, quis vniuersusque fuerit, pernoctatur: tum quodcumque vel supplicij pro improbis factis, vel honoris & laudis probene gestis & quissima Dei sententia conferatur, omnibus palam futurum sit. Ex quo illud consequens profectò est, ut nemo vel de se sit securus, dum vivit, vel alium damnet, atque vituperet: Dei potius iudicium expectare oportet, quod Apostolus ita monet; [Nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc lans erit vnicuique a Deo.] Multa sunt sanè, quæ nō videmus, quæ vocat Paulus abscondita tenebrarum, siue in malum ea intelligi velis, siue etiam in utramque partem. Nam nec de bonis neque de malis nosse possumus, nisi partem exiguum, quæ venit in conspectum, & patet oculis. At in ijs etiam ipsis, quæ videmus, multa sunt, quorum certa ratio non est, neque possumus definire sententiam, utrum bona,

Psal. 72.

Mala. 3.

3. Cor. 4.

Concio secunda.

405

bona, malave sint, propterea quod lateat propositum atque intentio factorum, quae peruersa, & quaque esse potest, veritatis, aut vanitatis studio. Atque haec sunt consilia cordium, quae illa die Deus manifesta faciet, ut dixit Paulus.

Quae si vera lunt, illud iam perspicietis, cur Christo soli datum sit iudicium facere ultimum. Est enim non homo tantum, sed Deus etiam, qui penetrat arcana cordium: qui boni & mali discrimina perfectissime norit: qui in bonis ipsis, & malis quantum & quoisque progressum sit: quae meritorum cuiusque mensura, exacte teneat: sic enim scriptum legimus: [Spiritum ponderator est Dominus.] Hoc autem meritorum examen, atque hec discrecio bonorum atque malorum, diversis similibus in diuina Scriptura adubatur. Alias enim piscator inducitur, tractis ad litus retibus pisces bonos a malis separans: alias in area ventilator agricola aceruum tritici paleis reiectis purgans: alias item sponsus commemoratur virgines prudentes & paratas ad nuptias secum ducens, fastuas & improvidas, foribus obseratis, multum quanvis pulsantes, excludens atque vituperans. At hoc loco illustre illud simile Pastoris oculos ponitur, qui pecus sapienter distribuit, id quod graphicè Ezechiel quoque Propheta depingit: [Ecce ego ait Deus, iudico inter pecus & pecus, arietum & hircorum:] Improbos scilicet, & sceleratos tum propheticæ, tum Euangelicæ literæ hircos intelligi volunt, quod hoc animal naturâ sit lascivum, inquietum, petulans, in summa quaque exiliens, ad omnia perstrepens, apprehendi impatiens, foetidum ac deforme totum. Quae quidem omnia ad peccatorum ingenia, moresque derivare, quiuis facile possit. Pij verò & boni ouibus, siue agnis assimilantur, quod animal sit valde mansuetum, quod facillimè agilè sinat pro voluntate pastoris, totum etiam utile sit, siue lanam, siue carnes, siue cætera inde producta consideres: si etiam mactetur, inguleturque, mirabiliter tacet, nec resistit cædenti. Quamobrem ipse Christus eo quoque nomine suam commendari patientiam voluit. [Ego, inquit, sicut agnus mansuetus, qui portatur ad victimam,] Itemque, [Sicut ouis non aperuit os suum.] Si quid proinde signi ad distinguendum inter ea pecora valeat, illud est maximè mansuetudinis, patientiæ, obedientiæ,

3. Christi
esse iudicium
inter bonos
& malos,
quae, atque
hircos.
Prov. 16.

Matt. 13.
Matt. 25.

Ezech. 36.

Hiere. 11.

Ezra. 53.

106 Feria II. post I. Dñicam Quadragesimam.

Matth. 7. dientiae, quae in ouium genere reperimus: sed quia lupū vel
hec ouiva interdum tegi didicimus, vsque dum Christus ipse
secernat veras oves ab hircis, nos inter haec non possumus
definitam ferre sententiam.

*4. Separationis atque optimi iudicij descrip.
tio.*

Joel. 3.

Iam considerate, vbi, quave ratione terribilis illa bonorum ac malorum separatio facienda sit. In valle Iosaphat, id est, iudicij, conuenturas omnes gentes Iōel propheta dicit; amplum sanè theatrum illic cōstituetur diuinitus, quod non octoginta septem millia hominum capiat; quod de Romano est literis proditum, sed gentes omnes quotquot fuerunt hactenus, quotquot eò vsque futuræ sunt. Quanta vero Regis illius maiestas? quæ aduenientis gloria & splendor? qui apparatus cælestium militum? quæ mundi totius experientia & stupor? Veniet enim glorificari, ut Paulus dixit:

2. Thess. 1.

Triumphos pompaque illam omnem Romanorum Imperatorum si cogitetis, iudicium quipiam ac puerile existimat, præ magnitudine hac Regis æterni, se le omnium ocu lis gloriosem atque admirabilem ostentantis. Quæ illa militia cælestis festinatio? quæ signi Regij, cuius (inquam) mirificè splendentis prælatio? Quantus Angelorum, omniumq; supernorum ordinum concursus? Quæ vox illa terribilis tubæ? Quanta mortaliū ad tam horrendum spectaculum trepidatio? [Potentissimi quondam Reges, teste Hieronymo, nudo ibi latere palpitabunt.] Ergo boni electi que sursum rapientur obuiam Christo; pessimi ac scelerati suorum flagitorum mole pressi subsident infra, Angelis pro divino imperio hos huec deiectibus, illos ad alta ferentibus. Atque haec erit locorum distinctio, haec dextræ, ac sinistre separatio: dextram enim, superna; sinistra, inferna facie literæ appellant. Verum o spectaculu horrendū improbis; incundiisi mū bonis & pijs: cum ex eodem aero, ex eadem familia, ex eodem genere vita instituto, ex eodē collegio atq; constubernio: unus assumetur ad gloriam; aliis relinquetur ad poenā: ut Euangelia testantur. Quid sentient (oro vos) impij; cùm ē gremio, penè atq; cōplexu suo iustos auferri videant, sursumque victores cogi euolare; se extremis supplicijs cōsciendos dæmonū aduncis vngnibus tradi? Quibus oculis aspectabunt abeuntes? quo gemitu dicentes? Ecce quomodo compu-

Hierony. ad Heliodorum

epist. 1.

2. Thess. 4.

rapientur obuiam Christo; pessimi ac scelerati suorum flagitorum mole pressi subsident infra, Angelis pro divino imperio hos huec deiectibus, illos ad alta ferentibus. Atque haec erit locorum distinctio, haec dextræ, ac sinistre separatio: dextram enim, superna; sinistra, inferna facie literæ appellant. Verum o spectaculu horrendū improbis; incundiisi mū bonis & pijs: cum ex eodem aero, ex eadem familia, ex eodem genere vita instituto, ex eodē collegio atq; constubernio: unus assumetur ad gloriam; aliis relinquetur ad poenā: ut Euangelia testantur. Quid sentient (oro vos) impij; cùm ē gremio, penè atq; cōplexu suo iustos auferri videant, sursumque victores cogi euolare; se extremis supplicijs cōsciendos dæmonū aduncis vngnibus tradi? Quibus oculis aspectabunt abeuntes? quo gemitu dicentes? Ecce quomodo compu-

Matth. 24.

Sapiens. 5.

putati sunt inter filios Dei?] Somniū illad cogitate duoram *Genes. 40.*
Pharaonis seruorū, cùm, Iosepho interprete, vñus ad Regiā
mēnsam accitur, alter in farcam traditur.

Nunc vero ad ipsum Dei indicacis vultu severissimum oculos couertite, atque ex imo toti contremiseite. Illa Christi vltimam vocem, si potestis praepauore, auscultate: O[quis nouit], Dñe, potestatē ira tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare? Regis voce increpitum ministrum scimus praepani agri tudine, & dolore, intrâ paucos dies vitam finisse: quid erit exterminii iudicis vocē plenam iracundia & terroris haurire? Iustas quidem atque ab ipso Deo laudatus Iob, tamen inferno se imo abdi exoptat potius, quam Dei irascentis vultu cerneare. Idemque alias ita dixit: [Deus, cuius ira nemo resistere potest, & sub quo curuantur, qui portant orbem.] Qualis igitur illa fatura est horrenda vox? [Ite maledicti in ignem aeternum.] [Columnæ cœli contremiscunt, & pavent ad nutum eius.] Quid facient miserrimi homines, stipula & fœno insirmiores? [Et quis poterit (inquit) tonitruum magnitudinis eius intueri?] Bene sanctus Gregorius admonet, ad eam vocem, quam Christus passurus edidit, Ego sum, omnes Satanæ ministros territos concidisse: quid erit, cum pro tribunalij judex semper tenus damnationis sententia inclamabit? [Quis eius, inquit, celstitudinis terrorem ferat, cum secundi aduentus potentia per ignem iudicium exercet, in potestatis sua maiestate canduerit?] Et infra. [Quid ergo facturus est, cum iudicaturus venerit, qui una voce hostes suos perculit, etiam cum iudicatus venit? Quod est illud indicium, quod immortalis exeret, qui in una voce non potuit ferri moriturus? Quis eius ira toleret, cuius & ipsa non potuit maluetudo tolerari?] Quia bene Sophonias dixit: [Vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis.] Qui tempore pestatis horrenda fragore, ignemque, vibrante prope senserunt, solent intermitto diu sine sensu iacere; solent ad se mox reuersi ignem illam sagittam, & horrorem nimbi sonantis ima cogitatione circumferre; neque alio mentem auertere, quin terrible illud circumsonare sibi tonitru videatur. Hoe ergo (fratres charissimi) nobis hodie contingere precor atque, deposito: ut extrema illa vocem, qua impij perdendi sunt, exaudientes, nobis ipsis consumamus opportune, atque, dum tempus habemus, operemur bonum

Galat. 6. bonum ad omnes: maxime verò ad sanctos & domesticos filii dei:] eleemosynas copiosas largiamur, Christum pauperē, nudum, famelicum, egentem, omni opera atque ope subleuemus. Si durum fuerit marsupium exhaustire, si crumenæ parcere suave, interrogemus nos ipsi, atque unusquisque se serio conueniat verbis ab Esaia mutuò sumptis: [Quis ex vobis poterit habitare cum igne deuorante, aut quis habitabit cum ardoribus sempiternis?] Ego de me planè confiteor omnino non posse, non dico sempiternos dies, non dico annos mille, non dico dies centum, ne horas quidem duas, verū horæ quoque quadrantem non posse me, & sentio, & clamo. Vos, si secus cogitatis, & fortiores vos esse putatis, agite, per Deum, ut paulisper digitum flammæ admoueatatis, atque per lesquihoram in igne teneatis. O nos infelices & miseris futura supplicia, cruciatusque sempiternos cogitantes: simul impurissima vita in illud exitium certò ruentes. Auertat Deus per gratiam suam, donetque mentem sanam, ut resipiscamus tempestiuè, vitamque nostram mutemus in melius.

FERIA III. POST PRIMAM DOMINI- cam Quadragesimæ.

Cum intrasset Iesus Hierosolymam, commota est uniuersa ciuitas. Matth. 2.

1. Ingressu Christi celebri notari triumphum de dæmone astum.



O V V M & insitatum genus pompx, quo Christus hodierno introitu in ciuitate vñus est. Palmarum insignibus exceptus, faustis ac lætis vocibus acclamatus, oculos omnium in se convertit, ac rei nouitate defixos, querere impulit: [Quis est hic?] Utinam (fratres) vel his vocibus excitemur ad cognoscendum Dominum Iesum Christum, qui triumphantis habitu & specie in nostram ciuitatem inuechitur: magnū atque incun-

iucundum spectaculum exhibens , deuictis debellatisque hostibus generis nostri. Romanos Imperatores historiæ trahunt celeberrimos triumphos agere solitos parta illustri victoria, quorum in urbem ingressus ea pompa atque apparatus adornabatur, ut diem integrum spectaculo consumere opus esset: Pauli verò Ämilij , cùm de Perseo Macedonum Rege Plutarchus triumphavit, etiam triduum totum durasse pompam , nobis in Pauli vi les autores scribunt : Vespasianum quoque Imperatorem adeò Iudaici triumphi diurnitate & mora fatigatum, ut se Suetonius accusauerit ipse, quod senex triumphum scilicet, tam mole- in Vespaſia, ſtum adamari. At humana ea gloria citò euauit. Dei verò maiestas triumphat æterno imperio, quo se aliquando nomine ipse vocat. [Porro triumphator in Israël non parcer, neque pœnitudine flectetur.] Ad victorem Saulem Regem, sed Deo minus obtemperantem, italocutus Samuel Propheta scribitur. Qui nam verò fit triumphus Christi proprius, quem vniuersus hic hodiernus apparatus mysterio significat, Apostolas Paulus exposuit: [Traduxit (inquit) potesta- tes & Principatus , palam triūphans in ſemetipſo.] Itaque cælo inueniētū spolijs hostium, manubijſque clarissimum cùm ſpectarent ſupernicives, quærebant inter ſe: [Quis est iste Rex glorie?] quod hodie Hierosolymitanum populum quærere audiuiimus: [Quis est hic?] Nobis verò latissimo clamore respondendum est: Hic est Iesus Nazarenus: hic filius libertatis nostræ assertor, hic ſolus Seruator: hic Dominus virtutum: hic ipſe Rex gloria, cuius erit Imperium ſempiternum.

[Et intravit Iesus in templum, & eiiciebat omnes ven- dentes, & ementes in templo.] Celebritate & gloria huius diei captus minimè Christus fuit, ut Patris negotium negligenter ageret: quippe qui non ſuam, ſed Patris gloriam ſe zelo purganda ſit dominus quærere professus fit. Id plerique fecerunt, qui ad hono- res & imperia elati , facile Dei causas obliniſcuntur, oblequia diuina deponunt, ingratiplanè , qui eum , à quo coho- nestati ſunt, non agnoscunt. In Cyrum potentissimum Re- Eſai. 45. gem , ſed idololatriæ adhuc ſeruientem , ita conqueſtus eſt 1. Reg. 16. Deus: [Accinxite, & non cognouisti me.] Horum quoque in numero Saul fuit; cuius proinde pertælus Dominus , aliū ſibi

sibi quærendum virum testatus est. David certè fidelis & pius, cùm primùm se regno auctum, confirmatumque animaduerit, ad Dei cultum procurandum adiecit animum, arcam testamenti magnifica pompa traducens, & festis cho ræis ornans. Nec dilsimilis huic Iudas Machabæus dux in uitus, vbi primùm, superatis circumquaque aduersarijs, respirare paulisper licuit, nihil habuit potius, quām ut sacras ædes sordibus omnibus purgandas sibi sumeret; sacrificia prisca instauranda, Religiones omnes diuinæque ceremonias ex maiorum vīa repetendas. Id ut perficeret, altare profanatum violatumque euerit, lapides ex illo omnes foras asportari iulsit; ne Dei sacrificium cum pollutis Gentiliū sacrificijs commune aliquid haberet. Ezechias Rex pius inde laudatur, quod templum sanctum purgauerit, omnesque sordes hinc inde collectas in torrentem Cedrō pro ijciendas curauerit.

3. Par. 29. Pastorū Christi hic zelus est proprius, bonorumque Rectorum; vt domum Dei primū emundent, inde reformationis initia sumenda: vt se se ipsi primū componant viri Ecclesiastici, domosque ac familias tuas instituant, ea morum sanitatem, quæ Christi ministros decet; vestitu omni profano deposito, sæcularibus negotijs exclusis, lasciuis & turpibus moribus longissimè exterminatis, memores sint Apostolicæ doctrinæ. [Nemo militans Deo implicat se negotijs sæcularibus, vt ei placeat, cui se probauit.] Si non sufficient verba, addant verbera. Christum aspiciant in eo negotio flagello vtentem, & per vim profanos extrudentem è templo. Meminerint id fuisse peccatum Eli sacerdotis tantopere diuino oraculo reprehensum: quod liberos sacerdotali munere indecorè turpiterque fungentes verbis blandè correxerit, cùm deberet petulantes, atque improbos Dei sacrificia de honestantes durius accipere: & non verbis, sed verberibus agere. Quæ Patris in filios intempestiva indulgentia grauem Dei vindictam, arca capta, illis interfecit, patre ipso exanimato, ad nuncium acceleravit. [A sanctuario meo incipite,] Ihs satellitibus suis præcepit Deus, quos ad castigandâ suam gentem mittebat. A sanctuario (mihi credite) cœlatoria virginchoare debet, vt prauæ cupiditates

3. Reg. 2. Euellan-

3. Tim. 2. Ezech. 9.

euellantur: negotiationes sacerdotes excindantur, moram petulantia compescatur. Prætules Ecclesiarum, si se recte atque religiose gesserint, facile clerus reliquus, populūque vniuersus in eandem vitæ normam traduci poterit. Quare virga opus est: [Virgam (inquit) vigilantem ego video.] Non verba composita, aut sermones decoros, sed Hierem. 18 virgam, eamque vigilantem atque exporrectam, videbat meritò Hieremias.

[Et cathedras vendentium columbas euertit.] Venditores columbarum eos sancti Patres, præsertim Augustinus, Gregoriusque interpretantur, qui pretio tribuunt dominica Spiritus sancti, eius proprium symbolum est columba. In eo scelere princeps fuit Simon Magus, de quo scriptum legimus: [Obtulit eis pecunias, & dixit, date mihi hanc potestatem, ut cuicunque imposuero manus, accipiat Spiritum sanctum,] Quid ad ea Petrus? [Pecunia tua (inquit) tecum sit in perditionem, quia donum Dei existimasti pecunia possideri.] Ecce cathedram illius euerlam, qui pretio licitabatur sacras columbas. Meritò laudatur vir integer ab Esaia, [qui excutit manus suas ab omnini munere.] Excutite (quælo vos) manus ex omni præsertim Simoniaco commercio. Regem Hieroboam Scriptura graviter carpit, quod sacerdotia, quanvis non veri Dei, sed inanum potius idoliorum, pretio accepto conferret. Qua ex re etiam siebat, ut vilissimus quisque pecunia compendio ad ea sacerdotia perueniret. [Et quicunque volebat (habet sacer codex) implebat manum suam, & siebat sacerdos excolorum.] Quod si fallorum Deorum inane nomen sacerdotale, quia sacerdotale habebatur, pecunia grandi conferre tantum vituperationis, vindictæque cælestis meruit: quid erit (quælo vos) de ijs, qui Christi sacrosancta sacerdotia vendunt? Quid patientur iij, qui beneficia Ecclesiasticae dissimilis pactis ineunt? qui nihil sanctum, nihil religiosum avaritiæ non posthabent? Hic hic accenso zelo opus est, hic patientia exienda, & stricti iudicis severissima censura explicanda. Discant prætules, pastoresque Ecclesiarum exemplo Christi, in eo se negotio acres asperosque præbere, euertant

3. In Simoni-

niacos acris-
ter vindicā-
dum.

Aug. tract.

10. in Ioan.

Greg. hom.

17. & 39.

in Evangel.

& libro 5.

epist. 7.

Affor. 8.

1. q. 7. cap.

Saluator ex

Vrbano 2.

& 6. q. 7. c.

& hoc ex

Origene.

Esa. 33.

3. Reg. 13;

euertant mensas, disturbent cathedras, feriant scelerum ministros, toto templo eiusmodi nundinatores exagitēt, neque personas, neque officia floccipendant: quæcunque ijs ornamenti insint, pro nihilo ducant, euertant protinus, quemcunque columbas Christi pecunia distrahentem deprehenderint. Audiant Gregorium Magnum admonentem: [Sacri Canones Simoniacam hæresim damnāt, & eos priuari sacerdotio præcipiunt, qui de largiendis ordinibus pretium querunt: cathedra ergo vendentium columbas euerititur, quando hi, qui spiritalem gratiam venendant, vel ante humanos, vel ante Dei oculos sacerdotio priuantur.] O quām formidanda est illa Deiira nobis, qui tam remissē, tam frigidē illius cultum religionemque vindicamus, cum alioqui in nostra emolumenta cupiditatesque ardentissimi simus?

*4. In eos
qui domum
Dei violat.*

1. Tim. 6.

[Domus mea domus orationis vocabitur: vos autem fecistis illam speluncam latronum.] Is nimirū cupiditatis fructus est, quam bene Apostolus dixit radicem esse omnium malorum, atque utinam non eadem hodie quoque exempla cernamus eorum, qui prædandi latrocinandiq; causa, in Dei Ecclesiam se conferunt, quippe quibus lucri atque cōmodi ratio habeatur, nihil ferè amplius in ecclesiastico statu in eundo. Neque illud venit in mentem, bona pauperum Christi eos diripere, qui Canonicatus, dignitates, ampla sacerdotia, fastu, veste superuacanea, ludis, conuiuijs, cæteroque omni luxu distrahunt. Nonne prædones sunt & piratae sauisimi, qui nulla pauperum Christi cura habita, spolia miserorū, ornamenta Ecclesiarum, in suas delicias vertunt? Audiant hic Hieronymum in Esaia, ubi ille dixit; [Vos enim depasti estis vineam meam; rapina pauperum in domo vestra.] sic de Episcopis, cæterisque Ecclesiæ principibus differentem; [Et rapina pauperum in domibus eorum est, quando replēt thesauros suos, & Ecclesiæ opibus abutuntur in delicias, publicasque stipes, quæ ad sustentationem pauperū datæ sunt, vel sibi reseruant, vel propinquis distribuunt, & alienam in opiam, suas suorumque faciunt esse diuitias.] Hæc ad Ecclesiæ proceres dicta sunt, sed ad singulos etiam nostrum accommodari potest ea Christi obiurgatio. Nam qui peccatum lethale admisit, non immeritus censeri debet domum Dei in spelun-

Esa. 3.

Hiero. in 3.

Esa. cap.

speluncam latronum vertisse: quin etiam bestiarum stabulū,
venenatorumque serpentum specum esse non dubitemus.
Itaque Apostolus nos admonet severi Dei iudicij:[Tēplam 1. Cer. 3.
(inquit) Dei estis vos, si quis ergo templum Dei violauerit,
disperdet illum Deus.]

[Et accesserunt ad eum claudi & cœci, & sanauit eos.] 5. *Dens post*
Videntur sanè non bene cohædere isthæc officia severi vin- *iram beni-*
dicis, ac medici benignissimi. Qui modò verberabat diuites gntatis me
avaros, & irreligiosos, idem nūc cœcos & claudos subleuat: *mor.*
Sed ea demum est severitatis diuinæ ratio, vt à benignitate &
suauitate nihil recedat: [Iudicat enim (vt sapiens dixit) cum
tranquillitate,] neque vlo modo perturbatur. Nobis verò *Sapien. 12.*
documentum datur, vt in templo, hoc est, in ipsa orationis
domo ad eum appropinquemus, qui illuminat mirabiliter,
qui que dat lasso robur ad ambulandum, & sic nos adhorta-
tur Psalmus: [Accedite ad eum, & illuminamini, & facies ve- *Psal. 33.*
stræ non confundentur.] Quòd si Deum etiam iratum sen-
serimus, si flagello armatum, & vindictam in nostra sclera
parantem, nostræ tamen inopia atque egestatis memores
opem nihilominus ab illo ipso postulemus, nos cœcos, nos
debiles & inutiles confiteamur. Si ex animo diuinam mis-
ericordiam miserijs nostris imploremus, non dubiū est, quin,
deposito verbere, iramque omnem oblitus, libenter sit me-
dici amantissimi operam exhibitus. [Expectat Dominus *Esa. 30.*
(ait Propheta) vt misereatur vestri: & exaltabitur parcens
vobis.] Cui aliis itidem Propheta concinit: [Nunquid vo- *Ezech. 18.*
luntatis meæ est mors impij, dicit Dominus, & non magis vt
conuertatur & viuat?]

[Nunquam legistis, quia ex ore lastentium, & infantiū 6. *Minorā*
perfecisti laudem?] Sic se res habet: maiores plerunque mi- *bona studia*
norum, quorum debebant accendere pietatis studia, etiam *non carpe-*
carpunt, atque vituperant. At isti ipsi superbi iudices illorū *da.*
quos arguunt, magis redarguantur factis. Samuel parvulus 1. *Reg. 2.*
grandibus natu sacerdotibus antefertur: Daniel puerus ad- *Dan. 13.*
huc senes iudices sceleris convincit: Hierosolymitani pueri,
Scribas & Phariseos cantandis Christi laudibus pudefaciūt.
Mirificè Deus delectatur illa innocentia & simplicitate;
laudesque suas inde prodire sibi iucundissimum ducit. Itaq;

magnō nobis pudori esse deberent multorum puerorum,
puellarumq; se mores castissimi, animi in Dei laudes excita-
ti, pietatis egregia testimonia. [Quid patimur? Quid est hoc
quod audisti? surgunt indocti & cælum rapiunt, & nos cum
*Aug. 8. lib.
confess. c. 8.*
doctrinis nostris, sine corde, ecce vbi volatamur in carne, &
sanguine. An quia præcesserunt, pudet sequi? & non pudet
nec saltem sequi?] Sic quidem Augustinus se olim conque-
stum memorat, Antonij fama permotum; qui meritò dole-
bat ac deplorabat, surgere indoctos idiotas, ac nobis cælum
præripere: nos cum nostris literaturis, annis canisque ple-
nos vergere in tartarum. Imo verò istorum Phariseorum,
Scribarumq; more, minorum pia studia sæpe auertimus.
Nam quid aliud faciant, qui teneram minusque idoneam
ætatem excusantes, ab orationis studio, à religionis profes-
sione, à vita genere austero, à maceranda ieiunijs carne, à
frequentanda Eucharistia hosce iuniores deterrent? [Ipsi
Matt. 23.
non introeunt, & introeuntes introire non sinunt.] Quod
Christus istis superbis censoribus dixit. Nihil ergo talibus
Phariseorum vocibus, nihil sancti iuvenes inuidia maiorum
Matt. 19.
ac supercilio deterreantur: Dominus defensor adeſt, custo-
diens paruos Dominus. Hos ipse ad se allicit, horum laudi-
bus delectatur. Talium esse regnum cælorum, quicquid ad-
uersarij resistant, sine dubio confirmat.

FERIA IIII. POST PRIMAM DOMINI- cam Quadragesimæ.

Magister volumus à te signum videre.

Matth. 12.

*¶ Stultitia
Phariseo -
rū in Chri-
sti signis nō
agnoscēdis.*

RE C T E Salomon dixit; [Si contuderis stultum
in pila quasi prisanas desuper feriente pilo, non
auferetur ab eo stultitia eius.] Idem non minus sa-
pien-

pienter & illud dixit: [Vidisti hominem sibi sapientem videri , magis illo spem habebit insipiens .] Nam Pro. 26. stulta quædam proterua , simul malitiosa , simul impudens , curari emendarique nullo modo potest ; quod ineptias suas atque profundam insipientiam nomine sapientie haberi velit . Id probat egregie hodierni facti argumentum . Patrarat Christus admirabile in primis signum , miraculumque clarissimum , sanato publicè homine , qui simul cœcus , simul mutus , atque malo dæmone grauiissimè oppressus erat . Rei novitate attonitatem turbæ exclamarant , atque in magnas Christi laudes proruperant . Ecce autem vobis hoc ipso tempore Scribæ & Pharisæi literas & religionem prolixè profitentes , tanquam pro nihilo ducerent illud factum tam grande , quod viderant , egregia postulata Christo offerunt , capere se , scilicet , signum videre aliquod : quorum nequitiam Lucas 11. amplius aperuit , afferens signum de cælo postulasse , quia contemnerent , nimirū , illud patratum modò de homine cœco & muto & à diabolo oppresso , integræ sanitati redditio : aut enim miraculum non esse putandum , aut vile adeò , vt Beelzebub dæmoni attribui posset . Quid hic in istis admirer potius , nescio ; stultitiam ne , an impenitentem curiositatem , an verò ferream illam animorum duritatem ? Primum quidem immensa imperitiae erat , quod haud quamquam isti intelligerent , visum reddere cœcis , locutionem mutis , idque solo imperio , opus esse omnino superhumanum , soliusque diuinæ potentiae proprium , quod universæ naturæ vires consequi minimè possint . Philosophorum dogma celebre est , [à priuatione ad habitum impossibilem esse regressum .] Iam verò qui se literarum sacrarum peritos haberivolebant , quām erant inepti , in Melsia alia signa quærentes , non illa agnoscentes ac suscipientes , quæ propria Messiæ futura Prophetæ prædixerant ? Apertissimum est Esaïæ de tempore Messiæ vaticinium : [Dicite pusillanimis , confortamini & nolite timere . Ecce Deus vester ultionē adducet retributio- nis : Deus ipse veniet , & saluabit nos .] Quæ huius tā exoptati Dei adventus signa intuenda sint , continuò explicat :

Aristot. in
prædicam.

Esaï. 35.

[Tunc aperientur (inquit) oculi cœcorum, & aures surdorū patebunt; tunc saliet quasi ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorū.] An potuit aliquid expressius dici? At his expresse signis coram patratis, Pharisæus spectator superbus & tamens, signum quærit de cælo. O profundam stultitiam, o impudentiam non ferendam. Illud quoque nō mediocris imperitiae erat, quod putabant isti plus Satanam siue Beelzebub posse in sanandis humanis corporibus, quam in ijs mirabilibus mutationibus sphæræ superioris, quæ in regione aerea, quam illi cælum vocabant, accidere solent; quod profectò securus habet. Nam cùm in cælo aëreo, & caliginosa mali dæmones assidue versentur, facile possunt varias illi affectiones perturbationesque afferre, quæ nobis videantur stupenda; exempli gratia, si subito pluviæ fiant, aut terribiles nimbi, aut ignis pluat è cælo, quod tempore Antichristi futurum est. Denique eius generis horrenda prodigia excitare dæmonibus, nō est valde difficile, si per diuinam legem viribus naturalibus utri liceat. Etenim in ipsis ordinarijs tempestatibus, multum operari hosce malignos spiritus, factæ paginae testimonio probatur. [Tradidit (inquit) grandini iumenta eorum, & possessiones eorum igni. Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem, & iram, & tribulationem, immissiones per Angelos malos.] Quem locum copiosè Augustinus tractat atque explicat, vbi sic scribit: [Quod autem pertinet ad istam materiam corporalem visibilium elementorum, puto quod ea possunt utri Angeli & boni & mali, quantum cuique potestas est.] Probat vero Augustinus magnam esse dæmonis potestatem in eiusmodi elementorum transmutationibus argumento idoneo ex sacra historia Iob, vbi Satanā ignem de cælo misisse tantum scribit, ut multos greges, multa armenta cōbureret: turbinem quoque venti ex intisse tantum, ut ædes à fundamentis conuelleret, ac liberos sancti Iob conuiuo vacantes oppimeret. Denique sacra sancta mater Ecclesia exorcismis utitur, ad tempestates pellendas, ad nubila auertenda, ceteraque incommoda regionis aërez à fidelium rebus exterminanda, tanquam certa sit eas calamitates, atque eas clades opera dæmonum maximè existere. Quamobrem Christianum hominem decet, cùm eiusmodi

Psal. 77.

August. in
Psal. 77.

Iob 1.

modi tempestates terribiles imminent, contra dæmonum
pessimam nocendi voluntatem humili & ardenti oratione
pugnare: Atque illud in primis meminisse, [Immittet Ange
lus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.] Boni
defendunt Angeli, mali nocere cupiunt; implorare debet fi-
delis auxilium bonorum Angelorum, ut abigere liceat per-
niciem, quam mali Angeli intentant. Qui verò in eiusmodi
graubus tempestatibus nihil mouentur, nihil orant, aut
sancti sunt, ipsisq; Angelis similes: aut bestiæ sunt, immo ipsis
bestijs inceptiores, quas videmus vim tempestatis sentire at-
que expauescere. Ergo ut cō redeamus, unde sumus digredi, i.
imperita atque inepta postulata erant Phatis & orum, qui de
cælo signum poscebat, minus in cælesti, hoc est aërea sphæ-
ralicere dæmonibus arbitrati, quam in naturali corporum
humanorum habitudine commutanda.

Eam stultitiam, etiam curiositas quædam inanis, tum ve-
rò cordis duritia atque obstinata malitia comitabantur. Ac 2. Contra
ferè sic accidit, ut superbi maximè stulti sint. Erat curiosità-
tis, noua signa quærere. Quid Paulus Iudæorum morbū in-
dicat: [Iudæi quidem (inquit) signa petunt.] Herodes sicut de
Christo cupiebat non tam audire conciones, aut salutem sibi
parare, quam spē etare miracula. Neque id adeò mirandum,
imulta enim audierat, viderat nulla. At isti stolidi & vani
quæsitores, cum tot ac tanta viderint, tamen libidine alia
eaque de cælo spectandi tenentur, atque ea continuo ut præ-
stet, Christo edicunt: idque qua arrogantia? quo Imperio?
volumus à te signum videre, inquit. Satis esse debere sto-
lidi homines existimabant, sibi ita placere, se itavelle. Neq; 1. Cor. 1.
qui sint ipsis, neque qui ille, cum quo loquuntur, attendunt.
Neque vero quid poscant, satis animaduertunt. [Si non ve-
niilem (ait Saluator) & signa in ei, fecisset, quæ nemo aliis
fecit, excusationem haberent de peccato suo.] Sed o mali-
gnam cogitationem, cordisque humani incredibilem per-
uersitatem, adeò ne tot & tanta signa miraculaque Dei filij
paruipendant, adeò contemnant, ita fastidiani. Hic mihi vi-
dentur præ amentia singulari, fontem vberitatem aquæ manan-
tem, ut influat postulare, atque in ipso copioso vnde trami-
te sitire, utque alio ex capite deriuetur, expectare.

Psal. 33.

Luc. 23.

Iean. 15.

Istorū verò persimiles quidam sunt Concionum auditores inepti & vani, qui tametsi multam, copiosamque doctrinam & sacris cōcionibus haurire polsint, eamque valde saltaret, neque verò inelegantem, neque rusticām, tamen sibi non satisfieri dicunt, nescio quid nouarum rerum desiderantes, Hieroglyphicos nempe & reconditos sermones, dicta ampulloſa Pimandri, & diuini Platonis: Poēticis commentis delectantur, periodos amant, fabulosis narrationibus accommodatas, ex Petrarcha vel Ariosto petitas sententias quādam, concionandi aliam longè rationem, quæ non tam ecclesiasticum vitum deceat, quam Comœdum aut Histrionem, neq; Dei templo digna, sed theatro Romano plauſibilis sit. Hi sunt mores hoc tempore: ea plerosque eorum, qui eleganter haberi volunt, audiendi ineptias ac meras nugas velania agitat. De quibus Paulus vehementer stomachatur: [Erit (inquit) tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacerubunt sibi Magistros prarentes auribus, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem convertentur.] Omnino sic habet res, ut Paulus prædictit. Quod si Paulum non audiunt eiusmodi fabellarum concinatores vituperantem, audiant certè vel suum Platone in hoc genus dicendi stomachatum: [Quicunque (inquit) contentionis studio delectatus res suas negligit, verba autem audientibus iucunda cōponit, & quæstionulas semper acepatur, non aliter, mea quidem sententia, quam nugator & garrulus est vocandus.] Pudet dicere, quanta hodie verbi diuini maiestati à plerosque concionatoribus iniuria fiat, qui magis videntur tractare prophanos quosdam autores, fucum facientes populo, & inepta quædam ac iocularia venditantes. Colligunt numerosos Auditorum conuentus, qui è concione recedentes, nihil aliud quædam ridiculum aliquid, aut satyricum, & mordax, secum auferunt, aut verò orationis particulam veluti torno efficiunt, aut descriptionem poetice officinæ ex armario depromptam: tales sibi præceptores, tales oratores depositant auditorum prurigine captæ aures. Gustu quippe humore noxio infecto, solent & groti salutares ejbos ac bene paratos fastidire: inepta quædam ac noxia obsoniola, aut fructus agrestes expetera

2. Tim. 4.

Plato in ſophista fine
de ente.

de ente.

petere. [Porro Athenienses ad nihil aliud vacabant, quam Alter. 17.
aut dicere, aut audire aliquid noui.] Quin potius (fratres)
Dei seuerum iudicium pertimescite, & vobis diuini verbi,
tam largæ fementis fructum aliquando requisitum cogi-
tate. [Væ tibi Corozaim, vœ tibi Bethsaïda : quia si in Tyro Matt. 11.
& Sidone facta fuissent signa quæ facta sunt in te, olim inci-
licio, & cinere poenitentiam egissent.] Si ad Barbaras gen-
tes, si ad Indos, si ad ipsos feris inhumaniores Caribes facta
esset diuini verbi copiosa profusio, quam in vestris templis
tam longo tempore habuistis, profectò vobis essent multò
meliores, & fideliores: cælumque indignis pæriperet; quos
vos vereti debetis, ne in iudicio vobis damnationis iustissi-
mæ autores futuri sint.

[Generatio mala & adultera signum querit, & signum 3. Degene-
non dabitur ei.] Pharisi generis claritatem iactabant, pa-
trem se habere gloriabantur Abraham summum Patriar-
cham: cæteros præ se contemnebant, quod electorum, atque
illustriam virorum, Deoque in primis charorum ipsi essent
germani filii: reliqui populi idolatriarum, ac profanorum stir-
pem ducerent. At Christus, id quod maximè isti ostenta-
bant, genus illis virtus vertit, progeniem malam adulteram-
que compellans. Quid ita? An miscuerant forte sanguinem
cum externa & abiecta gente? An stemma suum ex Abrahæ
mentebantur? minime vero? [Scio, quia filii Abrahæ estis,] testatus est illis Dominus. Illud igitur vult omnino nos in-
telligere, generis nullam esse claritatem, si à maiorum poste-
ria laude degenerent, quemadmodum præclaræ ea de re phi-
losophatur Seuerinus Boetius. [Iam verò (inquit) quam Boetius de
sit inane, quam futile nobilitatis nomen, quis non videat consol. Phi-
loque si ad claritudinem referatur, aliena est.] Idemque Iosiph. li. 3.
mox; [Quare splendidum te, si tuam non habes, aliena prosa 6.
claritudo non efficit. Quod si quid est in nobilitate bonum, id esse arbitror solum, ut imposta nobilibus nec
cessitudo videatur, ne à maiorum virtute degenerent.] Hæc ille, sententiam Senecæ sine dubio probans, qui
suo Lucilio scribit in hæc verba: [Si, quid aliud est in Senec.lib. 5.
philosophia boni, hoc est, quod stemma non inspicit, cap. 44.
bona mens omnibus patet: omnes ad hoc sumus nobiles.

120 Fer. IIII. post I. Dñicam Quadrag.

Platonem nō accepit nobilem Philosophia, sed fecit? Quis ergo generofus? Ad virtutem bene à natura compositus. Ita quidem Seneca. Nihil ergo splendoris confert nobilitas, si minus eius maiorum laude consentiat: quia potius indignitatem ac turpitudinem mortali magis facit insignem. Ut enim lanarum natura habet, ut quae sunt rudiiores, atque crassiores, minus sœdentes maculis, si qua vero sit subtilissima ac pretiosissima, in ea maxime macula quævis existat, ac difficillime elutatur: ita plane mihi videtur generis claritudo habere, ut quo sint illustriores natales, eo vitia, si incident, amplius hominem nobilem sœdentes atque deforsent. Itaque istorum importanam generis gloriationem

Matth. 3.

sæpe in Evangelio repressam ac retulam animaduertite. Ioannes quidem Baptista, ut narrat Matthæus, videns multos Pharisæorum, & Saducæorum venientes ad Baptismū suū, dixit eis: [Progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? facite ergo fructus dignos pœnitentiæ, & ne velitis dicere intrâ vos: Patrem habemus Abraham.] Qui se Patrem habere Abraham iactabant, eos Ioannes viperarum progeniem nominat. Christus vero etiam diaboli filios dicit: sic enim habet Euangeliū: [Dixerunt ei, Pater noster Abraham est, dicit eis Iesus, si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite.] Et mox: [Hoc Abraham non fecit: vos facitis opera patris vestri:] Quod quorū dixerit, paulò post declarat ijs verbis: [Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio:] Idcirco generationem malam adulteramque hodie nominat, quod à fidei Abrahā in ultum omnino degenerasset. Abrahā fides magnopere laudatur, quod Deo crediderit simpliciter promittenti, tametsi viderentur promissa humanam fidem excedere. Itaque [contra spem in

Ioan. 8.

spem creditit, & non hæsitavit diffidentia,] vt Paulus loquitur. Signum vero à Deo petinit, minimè dubitans: illudque, quod Deus ulro obtulit ipsius sacrificio flammis cælestibus consumpto, accepit libens, neque aliquid ultra requisiuit. Iti contraneque verbo Dei mysteria salutis predicanti fidem habuerunt, neque signis admirabilibus ab illo perpetratis satis sibi fastum esse putarunt, sed nova, &

Roman. 4.

insolita

Gen. 25.

insolita pro libidine sua efflagitant, non maiora, non certiora, sed temeritati atque insolentia istorum accommodata. Et nos igitur (fratres) discamus, non superbè sapere, non curiosè cum Deo agere, neque nos vel maiorum claritudo extollat, vel securos faciant sanctorum Patrum præclaræ nomina, sive Petri, sive Francisci, sive Benedicti, sive aliorum Patrum nos filios & alumnos glorietur. Sicut Pharisæi Abrahamum Patrem secundum carnem, tamen Patrem non habuerunt secundum spiritum, quæ apud Deum vera generis ratio est: ita nos non habitu solum, aut nomine, aut instituti forma, sanctorum Patrum filios nos esse arbitremur, sed virtutæ potius integritate, morum honestate, factorum similitudine genus & gloriam nobis constare potemus. Sic enim nos insluit Paulus: [Filiij promissionis (inquit) computantur in semine. Non enim *Roman. 9:1* omnes, qui ex Abraham, hi sunt filii Abraham.] Et alio in loco; [Cognoscite ergo, quia qui ex fide sunt, iij sunt filii Abraham.] Ad hoc autem nobis prodeste magnopere debet *Galat. 3:1* maiorum gloria, ut eorum nobis semper facta sequenda cogitemus, neque indignum aliquid eo nomine admitti à nobis patiamur. [Filiij quippe sanctorum sumus,] ut honestissimus atque optimus iuuenis Tobias secum atque cum le- *Tob. 8:1* tilissima coniuge Sara colloquebatur, nuptias suas, non virtutem ac libidine, more profanorum habendas, sed innocencia ea, ac castitate, quæ sanctorum posteros deceret, transfigendas. Christum nobis Patrem Christiani omnes agnoscimus: Christo dignos filios nos præbeamus, ne conquerenter audiamus. [Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem preuerunt me.] Quin potius & fide plena & charitate invicta *Ezai. 1:9*. optimi patris mandata faciamus, ut regnum hereditatemque illam præclaram filiis obedientibus ac fidelibus promissam, aliquando, ipso nobis opitulante, adeamus.

122 Fer. IIII. post I. Dñicam Quadrag.

I N E A D E M F E-
R I A Q V A R T A , C O N-
C I O S E C V N D A .

Signum non dabitur ei, nisi signum Iona Propheta. Matth. 12.

i. Quo pa-
sto signum
non datū sit
excepto Io-
na signo.
Ecli. 3.



Vnde præcepit tibi Deus, illa cogita semper : & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Plurima enim supra sentum hominum ostēla sunt tibi.] Ita nos sane instruit sapiens: quod sapientis virti consilium si Pharisei & Scribē cepissent, doctrinæ Christi copiosum fructum ferrent, & mirabilium operū eius non censure superbi, sed contemplatores modesti, & prudentes in grauem Dei offenditionē minimè incurrerent. Verūm sicut ab eodem sacro autore scriptum est, tulerunt dignam sua insolentia repulsa, quod contra salutare præceptum maligne accesserint, coque elisi sint. Signum nouū hagitat mira audacia, atque impudentia, illud responsum ferunt: [Generatio mala & adultera signū petit, & signum non dabitur ei, nisi signum Iona Prophetæ.] Neque enim Deo hominem ferre leges, sed à Deo accipere est et quārum. At illud non facile apparet, quo paſto id, quod veritas dixit, verum sit, signum non esse dandum genti isti, nisi signū Iona. Nonne multa post hęc magnaue miracula edidit Christus, eorumque miraculorum cognitionem isti impertij? Nonne Lazarum excitauit ē mortuis quadriduo iam sepaltum? Nonne cœcum natum, tota Hierosolyma vidente, ac stupente, visu donauit? Infinita alia perfecit admirabili, ijs ipsis spectantibus, nec resistere vlo modo audentibus apertissimā veritati. Quid igitur sibi vult, [Signum non dabitur eis?] Signum inquiet aliquis, non esse datum, quale isti petebant, nempe de calo. Itaque quod & isti postulabant,

bant, & Christus negauit, id perfectum non est. At enim ne id quidem consistit, quod acutè videbatur allatum. Nam in ipsa Christi nece, signum de cælo clarissimum, atque omnibus seculis inauditum extitit, cum Sol per horas tres obscuratus est, & tenebrae effulge sunt in omnem orbem terrarum, nulla ratione eclipsis, cæterarumque astronomicae scientiae affectionum. Iam tum profecto signum de cælo habebant, quod postulabant. Idque eò insignius, quod à pluribus Prophetis olim futurum præscriptum notare poterant. Sed sicut Christus prædictus, sic se res habuit. Neque signa alia quamplurima, neque verò hoc ipsum Solis obtenebrati, Pharisæis & Scribis superbis data sunt: quorum erant mentes ita execratae, & in deterius transuersæ, ut nullis miraculis, nulla signorum vi inde reuocari possent: quod Dominus optimè intelligebat: [Excæcauit enim eos malitia eorum,] ait Scriptura. Etenim si signum cælestis aliquid valeret apud ultra infideles & cæcos animos, nascente Christo, admirando stellæ, quæ Magis apparuit, exortu fuerant commouendi, ut saum Messiam quererent, Regemque recens natum adorarent. At illi testimonium de Scripturis, etiam idoneū recitarunt de natalibus Christi, neque profecerunt tamen, neque salutis sue quicquam pensi habuerunt. Morientem eodem Christo, signum cælitus emicavit horrendum toto orbe subitis tenebris obscurato. Id ita futurum (ut dicebam) tum Amos, tum Hieremias eos docuerant. Quid tanto prodigo apud istos auctum? Amplius Christum de cruce pendente mirridebant, contumelias, non fidem augētes. Ergo signum illud de cælo, tam mirabile, tam stupendum, non Pharisæis datum est: datum Centurioni, datum turbæ humili, datum spectatoribus non ita superbis, qui commoti rerū admirabilium spectaculo reuertebantur, percutientes pectora sua: qui que visis ijs, quæ siebant, exclamabant: [Verè Filius Dei erat iste.] His data sunt signa illa diuina: tumidis & inflatis Pharisæis, illa non tam sunt signa data, quam certa argumenta infinitæ nequitiae proposita sunt.

Bene habet id quidem, dicetis vos, de cæteris signis: At de signo Ionæ quid dicitis? quid affers novi? Nonne, sicut cætera, vel cōtempserūt, vel oppрesserunt, sic & ipsam Dñi Resurrectionem:

*Amos 8.
Hier. 15.*

*Ita fere
Chrysost. ho
mil. 44. in
Matthæi.
Sapien. 2.*

Matth. 27.

Luc. 23.

Aionem signo Ionæ indicatam? Quid hic est discriminis,
 ut alia neget istis data, hoc de Iona propheta excipiat?
 Adeste huc, atq; attendite. Simile vobis è rebus humanis
 profero, quod rem aperiat. Medicus & grotum nactus malè
 temperatum, præceptis medicinæ minimè obsecundantem,
 quicquid collibitum est, nulla salutis cura peccantem; post
 unam & alteram, pluresq; animadversiones ex arte adhibi-
 tas, cùm videt tandem se operam perdere, nihilq; proficere,
 iusto dolore atq; ira extimulatus, & grotum ita affatur: Ego
 multa valetudini tua remedia attuli, eaq; præclara, tu nullū
 receperisti, libidinis plus, quām salutis tua curā gerens. Ergo
 frustra amplius non laborabo, neq; ullum tibi remedium ad-
 hibeo: Tu quidem, siquidem ita libet, morere ex morbo
 quo decumbis. Ita castigatum medicus non desinit tamen
 pro ratione artis suæ curare, nulla ductus spe salutis & groti,
 quem nouit intemperantem sanar non posse, sed officio suo
 vt satisfaciat. Sic profecto Christus ad hos malitiosos, &
 spōte infideles homines se gessit, signa & miracula fecit, quæ
 satis essent sanandis illorum morbis: præsciens tamen non
 viros remedio, se illis negabat signa daturum. Sensus igitur
 verborum Christi videtur esse hic: vos queritis signum de
 cœlo tanquam aliquid maius his quæ vidistis: non tamen da-
 bitur vobis de cœlo, sed potius de terra, signum maius ijs
 quæ vidistis, nēpe signam mortis, sepulturæ, & resurrectio-
 nis Christi, quod vocat Ionæ signum. Quæ ex Chrysostomo
 ferè sumpta interpretatio satis congruit textui euangelico.
 Vnum autem illud Ionæ exceptum voluit, non quod illud
 præcateris profuturum crederet, sed quod omnibus alijs po-
 tentius erat ad conuertendos, atq; euidentius ad conuincen-
 dos impios Pharisæos. Ipsi enim custodes sepulchro apposue-
 runt, ipsi à suis ministris militibusq; edocti sunt, Christum
 vere surrexisse è sepulchro. Debuerant conuicti rei veri-
 tate manus dare. Quid agunt? militi pecuniam grandem
 afferunt, mentiri iubent, famam spargere, Christum futu-
 to à suis ablatur, neque magnitudine rei, neque prædi-
 ctione Christi, neque ipsa euidentia facti adducti sunt,
 vt crederent. Quid istis agas, qui, quod vident, negant,
 quod testes oculati fatentur, inficiari iubent? Ergo signum
 Ionæ

Matt. 27.

Matt. 28.

Ionæ Prophetæ tantum est istis, qui præ cæteris omnibus, & prædictionis memores, & Resurrectionis impleta conscijs, debuerant fidem, & ipsi habere, & alijs facere de Christo.

Hæc tam pertinax Pharisæorum cœcitas metum nobis 2. Quale si incutere debet, ne simili ex merito in similem quoque pœgnum sit Io nam incurramus. Etenim [quia charitatem veritatis non re- nœ. ceperunt, ideò immittet illis Dominus spiritum erroris,] 2. Thess. 2. ait Paulus. Causamus (fratres mei) superbiam, vitemus auariam, ne in cordis duritiam præcipitemur. Nonne audistis illud toties repetitum; [Induratum est cor Pharaonis?] Prodigia atque ostenta, & multa & horribilia patrata sunt in Pharaonem, neque euicerunt tamen tyrannum, vt Dei populum servitute iniquissima solueret. Quid ita induratum est cor Pharaonis? Fortè adest, qui similem Dei manum expertus sit fortem & acrem, neque tamen conuersus sit à via sua scelerata. Dic(homo) quid non egit? quem non lapidem mouit Deus, vt te sanaret? vt è seruitute peccati eriperet? An negare potes internas inspirationes? conscientiæ terrores, casus horribiles? Morbos ipsi morti proximos? Pericula? exèpla aliorum vel terribilia subita clade, vel melioris vita mutatione? Sanctorum facta? Amicorum consilia honesta? exhortationes concionatorum? Quid est prætermissum, quod ad salutem tuam pertinere videretur? Et teneris tamen adhuc inueterato morbo peccati, & pactum cum morte fecisti? Pla- nè induratum est cor Pharaonis. Quid igitur adhuc expectas? An nouum signum de cælo petis? sed signum non dabitur tibi. Audi potius consilium Dei: [Curauius Babylone: Hiero. 51. nō est sanata: derelinquamus eam.] Audi aliud, [Defecit sufflatorium: in igne consumptum est plumbum; frustra conflauit conflatator, malitiæ eorum non sunt consumptæ. Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus proiecit illos.] Hoc sanè de duritia ac nequitia Iudeorum dictum est, quorum non est emendata mens tantis diuinæ artis machinationibus: ex quo desperatos & exitio certo relictos meritò dicit. Sed ad nos etiam pertinere putemus, ne post tot & tam salataria nobis adhibita remedia, extremè miseri & infelices in nostris sceleribus faceamus. Hora illa suprema vita cum aderit, atque è corpore exire fessinatò necesse erit, tunc

tunc tunc sentiet infelix anima, quid sit, sententiam ex ore illius iudicis expectare, cuius aduocati amicissima, & salutaria consilia contempsit. Sed ò ineffabilem Dei bonitatem; adhuc enim Ionæ Prophetæ signum offert genti peccatrici, semini nequam, populo graui iniquitate, filijs sceleratis.]

*Iona signū
passioni
Christi ac-
commodatiū
tractat Au-
gust. epistol.
49. q. 6. &
libro 4. de
symbolo ad
Catechume-
nos, cap. 6.
Irenæus
quod lib. 3.
cap. 22. &
lib. 5. cap.
vte.
Psal. 68.
Psal. 87.
Psal. 41.
Prov. 1.
Luc. 24.*

[Nisi signū (inquit) Ionæ Prophetæ.] Quid hoc? vt cùm cætera non profecerint, saltē illud te moneat (homo) atque emendet; quòd propter peccata tua Christus in mare projicitur. [Et veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me,] ipse ait. Ut cessaret tempestas à te, vt Dei ira cohibetur. Datus est Christus in fluctus: & quos fluctus? Audi illum ipsum, [Omnes fluctus tuos induxisti super me.] Audi iterū: [Et fluctus tui super me transierunt.] Apisce voratur Christus, deglutitur ab immani cete fauibus inferni, & ventre tenetur dies tres. Impiorum ea vox fuit; [Deglutiamus iustum, sicut infernus viventem.] Sed exit tamen fospes è ventre piscis pretiosus Ionas noster, vt prædicet in Nineve pœnitentiam, & ignoscat Deus conversis, quod ipse exposuit suis, cùm dixit; [Sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die, & prædicare in nomine eius pœnitentiam, & remissionem peccatorum in omnes gentes.] O diuinum nobisque in signum singulare propositum Ionam. An patiemur te (Christe) frustra nobis prædicare pœnitentiam? frustra remissionem peccatorum omnium polliceri? An te iactatum saeuissimo pelago tot cruciatum, tot opprobriorū, tam diræ & acerbæ necis, nō alpestatibimus saltē flentes? Non nostris sceleribus, tantam tibi tempestatem crientibus indignabimur? O nos miseros, quos talis Dei benignitas non conuertit. Dicere cum Paulo libet, imò clamare vehemēter: [O insensati homines, ante quorū oculos Christus proscriptus est, & in vobis crucifixus,] in signum Ionæ Prophetæ. Hoc intuere, Christiane, veneno quantis læthali percessus sanabere: Deplorata quāvis vita & subversa, resuilesces. Quòd si etiam aurem veneficio benefici incantantis sapienter obturaueris, scito æternū te manere supplicio. Nam vide, quid sequitur.

*Galat. 3.
Num. 21.
Psal. 57.
3. Contra
impeniten-
tes.*

[Viri Nineuitæ sargent in iudicio cū generatione ista, & cōdemnabūt eam.] Meritò iudices venient Nineuitæ impenitentiam,

nitentia, duritiemq; nostrâ cōdemnatur: qui ad primâ homi
nis externi vocē excitati sunt, & tanta cītiū omniū in tam
immensa vrbe cōsternatione Dei furor repressus est, vt. ipse
Propheta obſtupuerit. Neq; virorū ſolum ea religio fuit, ve
rū puerorū etiam, puellarum, infantiū, bestiarū, iumento-
rū. Tantæ potentiae fuit verbum Dei. Nos verò, quoties Dei
verbū audiuiimus, neque commoti tamen fumus? Quot qua-
dragesimas quotidie pene concionantes Christi ministros
auſcultauimus, nec poenitentiam agere adhuc veram cōpi-
mus? [Et ecce plusquām Ionas hic.] Nonne Euāgeliū Chri-
ſti auditis? Nonne Christi sacramenta recipitis? Nonne ipſe
Christus in illo cæleſti pane vobis proponitur fumendus?
[Et ecce plusquām Ionas hic.] Quantus pudor? Quāta igno-
minia defidiæ ac fœcordiæ noſtræ? Clamat Hieremias: [Trā-
ſite ad insulas Cethim, & videte, & in Cedar mittite, & con-
ſiderate vehementer, & videte, ſi factū eſt huiusmodi: ſi mu-
tauit gens Deos ſuos, & certè ipſi non ſunt dij:] A barbaris, à
paganis, ab infidelibus arguitur & condemnamur. Mauri
ſua ieunia ceremoniasque peruerſi Mahumetis sanctiū ob-
ſeruāt, quām tu(Christiane) quadragesimā, ceterasque Chri-
ſti Dei noſtri religiones: duriores à diabolo ſuſtinent abſti-
nentias; grauiora ſupplicia dant, ſi quid peccarunt in ſua fu-
perſtitioне Indi: at que omnia non modo patienter, ſed etiā
libenter ferunt, quæ ſeis dæmonibus placere putant. Pluris
fieri apud illos diabolum, quām apud nos Christum, quis nō
doleat? [Propterea (inquit) adhuc iudicio contendam vo-
biscum, ait Dñs, & cum filijs vestrīs diſceptabo.] Quid ita?
[Sacerdotes nō dixerūt, vbi eſt Dñs, & tenentes legem ne-
ſcierant me, & pastores prævaricati ſunt in me, & Prophe-
tæ prophetauerunt in Baal, & Idola ſequuti ſunt.] Heu nos;
hic rerum noſtrarū ſtatus. Miniftri Ecclesiæ ſua lucra ſeſtan-
tur: Dei cultum parum curant: Theologi ac magiſtri vanita-
ti, & ambitioni ultro ſeruunt; in diſputando ingenij lau-
dem quaerunt; Dei legem nec docere nec ſeruare ipſi admo-
dum laborant: Pastores proceres Ecclesiastici contentioni-
bus, ſtudijsque curiæ potius fouēdis, quām ſuis Diocēſibas
purgandis inuigilant: Prophetæ denique, & verbi Dei præ-
dicatores, in Baal prophetant, non tam Christum, quām
vel

Ioan. 2.

Hier. 2.

Hier. 2.

vel Arioustum, vel Ouidium fabulatorem sapere & loqui videntur. His præceptoribus auditorum profectus egregie respondet. Populus peccata multiplicat, pœnitentia remedia contemnit. Ergo viri Niniuitæ, qui pœnitentiam egerant, populum Christianum non christiane viuentem meritò condemnabunt.

4. De Eucharistie do no.

[Regina Austris surget in iudicio.] Venit illa quidem è finibus terræ, ut videret Salomonem, & cum vidi, obstupuit, plusque se oculis aspexisse, quam acceperat fama, testata est:

2. Reg. 10.

[Et ecce plusquam Salomon hic.] Erat quidem Salomon

J. Cor. I.

Sapiens: at non erat ipsa sapientia. Christus Dei virtus, & Dei sapientia neque in finibus terræ, neque trans mare positus; & ecce plusquam Salomon hic. Hic propterea ad manum,

Rome, 10.

è vicino, prope te: [Prope est in ore tuo, & in corde tuo (ait Paulus) verbum quod prædicamus. Ne dixeris, quis alcedet in cælum, aut quis descendet in abyssum?] Iam verò in cælestem illam mensam conuertite oculos, & ecce plusquam Salomon hic. Quām liberaliter, quām benignè, quām se imperit familiariter? In sacrario, in altari, in Missa quotidie, in tot templis, ad tot occasiones facilis & iucundus occurrit. Sed tanta illius bonitas vide ne tibi contemptum pariat, caue asperneris oblata, quæ longissimè etiam posita quærere & inuestigare deberes. Nam quid in Salomone tantopere Re-

2. REG. I.O.

ginam Sabæam delectavit? quid est admirata usque eò, ut ultra non maneret in ea spiritus? O quam magna est multitudine dulcedinis tuus Domine? O quam relinquis animæ

Psal. 30.

gustanti suavitatem. [Omnia ossa mea dicent: Domine quis similis tibi?] Ille ipse nos vocat , atque invitat suauissime; [Venite ad me . & ego reficiam vos.] Cui non imus? Quid

May 1961

agimus? quid moramur? Felix qui, omnibus alijs relictis

Math. I I.

atque contemptis, huic vni querendo, ample-

Atendo, fruendo que
vacar.

VACANCIES

FERIA V. POST PRIMAM DOMINI- cam Quadragesimæ.

*Ecce mulier Chananaa, à finibus illis egressa
clamauit.* Matth. 15.



ACRA historia narrat, Iacobum Pa*i.* Chan-

triarcham cum Angelo tota nocte lu*næam ora-*
ctatum, atque in eo certamine magna tioni laud*e*
vi adhibita tandem victorem de ipso tulisse. Dei Angelo audisse; [Si contra Domini-*Genes. 3:20.*]
num fortis fuisti, quantò magis contra homines præualebis? Qui sermo my-
sticus, illud sine dubitatione signifi-
cat; qui in oratione, & contemplatione, quæ lucta quædam
est, ut beatus Gregorius vult, ac diuina contentio hominis *Gregor. in Ezech. lib.*
cum Deo, fortiter pugnans, victor desiderijque compos eu*2. hom. 14.*
serit, cum rebus humanis omnibus facile superiorem fore:
sed in ea spirituali palæstra constantem esse oportet, atque *vbi de con-*
in proposito pertinacem, neque vlla difficultate desistere *templatione*
incepto, quanuis ipse Angelus nos videatur repellere, sxpè pulcherrime
repetens. [Dimitte me;] quin potius cum alienare à se tan- *differit, &*
quam indignas preces nostras voluerit, tunc est ardentius *luctam Ia-*
instandum, dicendumque: [Non dimittam te, nisi benedix*cob cum An-*
ris mihi.] Nam in oratione conténdendi præcipuā laudē Chri*gelo expo-*
stus egregiè declarauit paræmia illa proposita cuiusdam de
media nocte fores amici pulsantis, panesque postulantis, ob
aduentum hospitis inopinatum: cuius tanta contentio fuit,
ut amicum reculantem, multumque auersantem coegerit
denique electo surgere, & panes postulatos dare. [Dico vo-*nit.*
bis(ait Christus) si perseuerauerit pulsans, & si non dabit il-*Luc. 11:*
li surgens, ed quod amicus eius sit, propter improbitatem
tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios,
& ego dico vobis, petite & accipietis; quærite, & inuenietis:

pulsate & aperietur vobis.] Cuius dininæ artis præcepta
præclarè hodie à se perfecta ostendit mulier Chananæa: cu-
ius profectò victoriæ longè illa à Patriarcha Iacobo parta
fuisse illustriorem facilè is concedet, qui Iacobum animad-
uerterit virum fuisse, hanc fœminam: illum aduersus Ange-
lum certasse, huic cum ipso Angelorum Domino fuisse cer-
tamen. Itaque meritò viætrix coronatur ac triumphat, ipso
Christo præconia tantæ victoriæ præferente, ac le velut vi-
giūm exclamante: [O mulier magna est fides tua: fiat tibi,
sicut vis.] Quæ fœminæ tanta gloria ad nostra etiam perti-
net emolumenta, quod exempla docuerit, quemadmodum
nos elaborare ac contendere oporteat, vbi de salute cù Deo
nobis res est. Ergo huius, si placet, vestigijs insistamus.

*2. Oratione
non tam ni-
ti meritis
eius, qui
orat, quam
eius, quem
orat, miseri-
cordia.*

Genes. 9.

Luc. 17.

*August. de
orādo Deo
cap. 8.*

luc. 18.

Ac primùm illud animaduertite fuisse mulierem Chana-
nam, id est, externam à gente Dei, potiusque de populi
sacrilegi posteritate venientem. [Ecce (inquit) mulier Chana-
nam a finibus illis egressa.] Quorsum id? Neimpe orandi
vim atque efficaciā non tam nisi eius, qui orat, meritis, quā
eius, quem orat, benignitati ac misericordiæ. Qua ex te fit,
vt homo, quanvis suæ tenitatis conscientia, imò verò etiam
indignitatis, ob vitam male actam maxime tamen despon-
dere animum non debeat; neque quin oret atque obsecret,
quæ opus habet, deterreatur malis meritis suis. En tibi mu-
lierē orantem, de gente Idolatriæ dedita, de stirpe sempi-
terno probro addicta, cui à sancto mundi instauratore fit di-
ctum: [Maledictus Chanaam, seruus seruorum erit fratri-
bus suis.] Itaque te peccatorem, ac mortis æternæ reum
agnoscens, atque obsecera perturbationum maledictioni
obnoxium, non debes tamen desperare salutem, neque ab
orationis studio cessare: fac enim memineris dictum modò
à Christo: [Si non dabit, quia amicus eius est, saltē pro-
pter improbitatem dabit:] Plerique non tam fauore & gra-
tia, quam solitudine, atque contentione, negotia, quæ vo-
lunt, obtinent. Ne ergo desiste: si persistenter, impetrabis.
Exemplum Christus de iudice improbo lumpsit, qui viduæ
molestas preces vitans fecit, quod rogabatur. [Indicem ini-
quum (ait Augustinus) flexit ad audiendum, non iusti-
tia, nec misericordia permotum, sed tædio superatum,

vt hinc

vt hinc admoneāmūr, quantō certius nos exaudiat misericors & iustus Dominus sine intermissione orantes. Si enim dare cogitur, qui cùm dormiat, à petente excitatur inuitus, quantō dabit benignius, qui nec dormire nouit, & dormiētes nos excitat, vt petamus? Hæc ille. At vide, quid dicat: [A finibus illis egressa] Tyrum sive Sidonem suam reliquit, patriam deseruit, vt Christum assequeretur. Intelligis (credo) quid sibi isthæc velint. Nonne venit in *Psal. 44.*
mentem: [Obliaſcere populum tuum, & domum patris tui, & concapiscet Rex decorem tuum,] Omnia tibi relinquenda sunt humana, patria, amici, cognati, domus ipsa, familia, opes, gloria, cupiditates, negotia, curæ. Egressandum est ac migrandum ex omnibus istis carnis finibus, vt Dei omnipotentis oculis in oratione apparere queas. Nam qui animum huiusmodi formis atque affectionibus indutum gestat, n̄e ille frustra voce ac verbo salutem suam vocat, rerum humanarum potius quam diuinarum satagens. Esther porrò Regina Deum precatura, vester regias cæterumque ornatum omnem se exuebat, cinerem & saccum præferebat, sapienter gloriam humanam pro nihilo habendam demonstrans, vbi ad sempererna maiestatis conlpectum veniendum est. Vtrumque à nobis documentum datum de fiducia divinæ misericordiæ, deque agnitione sui, cùm itur ad orationem, præclarè obseruabat vir desideriorum Daniel, cuius ardentissimas preces Scriptura commemorat, atque illud ad calcem; [Neque enim in iustificationibus nostris prosterimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis.] *Esther. 14.* *Dan. 9.*

Quam propriæ agnoscendæ indignitatis rationem, etiā 3. Orationis Chananaea retinuit, cùm dixit: [Miserere mei fili David.] initium ex Qui enim misericordiam poscit, miseriā necessariò agnoscit & confitetur. Nullum aliud est orationis maius excitementum, nullū validius robur cognitione propriæ necessitatis: cùm se creatura omnibus modis egentem, atque inopem vider, tunc libenter atque cōſtāter diuina adiumenta efflagitat. Nam qui se sibi sufficere putat, minimè adducitur, vt alteri supplex sit. Quapropter Paulus dixit de vidua: [Quæ 1. *Timot. v.*

- Aug. epist. 121. cap. 2. & 3.* autem verè vidua est, & desolata, insit et obsecrationibus: quem locum latè versat D. Augustinus in libro de orando Deum, docens verissimum esse orationis principium propriæ necessitatis agnitionem. Non est ineptum quorundam proverbiū, [in mari positos optimè orare:] ubi enim desunt omnia, necessariò in Deum intuendum est, & illius, ad salutem tuendam, numen precandum. [Omnis (inquit Scriptura) sapientia eorum deuorata est, clamauerunt ad Dominum in tribulacione sua.] Rursusque alias; [Exaudiui te in abscondito tempestatis.] Mirifice excitant animos ad diuinam remedia quærenda, tempestates sœuæ, desperata omni facultate humana. Itaque reperimus orandi ardentissimè preclara exempla, in summis periculis, in gravissimis ærumpnis. Psalmos Dauidis qui paulo attentiùs legerit, plenos harum precum, exclamationum, votorum, ceterorumque affectuum ardantium inueniet. Ionas ardentissime oravit ventre pescis inclusus. Daniel captiui populi malis extimulatus, & sauciatus animo, quo spiritu, qua contentione precatus est: Sara puella honestissima ac sanctissima, cùm se afflictatam tot virorum cladibus, mox famulæ etiam convitio petitatam sensit, quibus lachrymis, qua sapientia Deum affata est: Quid Tobias senior, cùm ad inopiam redactum se, cœcum prætereat, atque ab uxore probro læsum, nihil aliud, quam obitum desiderare debere existimaret? Iacob vero Patriarcha in gremi irati fratris Esau metum adductus, quam vehementer cum Deo egit, ut se se eriperet, ac tueretur ex illo discrimine: Infinitum est cetera persequi.
- Tob. 3.* Denique sic habetote, Deum idcirco iustis afflictiones ac tribulationes graves moliri, ut fructum orationis copiosum faciat. Nonne venit in mentem, quod sœpe animaduertere potuisti, solere matres charissimos sibi infantulos aliquo obiecto spectro pterreficeri sinere, quò perenssi metu matrum nomen inclament, atque ad eas lachrymabundi currant, quorum amplexu & querelis plurimum delectantur: illos obuijs excipiunt manibus, arctè astringunt, lachrymas de ore abstergunt: terriculum se demolituras pollicentur: omnia suavia & iocunda ingemiscentibus, ac se se complexantibus puerulis offerunt. Quarum maternum verum-

que amorem Deus in se transfert, cùm ea specie se offert:

[Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non *Ezai. 49.*
misereatur filio vteri sui? & si illa oblita fuerit, ego tamen *Apo. 7.21.*
nō obliuiscar tui:] Itemque aliás. [Absterget Deus omnem
lachrymam ab oculis eorum.]

Ita Chananæa optima magistra orationis clamasse dici-
tur. Clamauit (inquit.) Talem opus est fundere orationem,
quæ sit feraens & viaida, non frigida, & in ipsis labijs hæres.
Rechè Chrysostomus in eos, qui orant sine attentione: [Tu
non audis orationem tuam, & Domini vis audire precem tuā?] Exod. 24.
David labia sibi aperiri petit, id est, animi affectus, vt possit
non loqui solum, sed etiā clamare. Idem: [Præueni (inquit) *Psal. 50.*
in maturitate & clamaui.] Qui clamor non vociferatis est, *Psal. 118.*
sed ardenter Deū precantis. Moysis vox nulla exaudieba-
tur, quem sibi clamantem Dñs ferre vix poterat: [Quid cla- Genes. 4.
mas ad me?] aiebat Deus. Clamabat sanguis iusti Abelis, cùm fusus in terra sonum faceret nullum. Mirabiles sunt sacri si-
lentij clamores, à Spiritu sancto excitati, qui iuxta Paulum *Rom. 8.*
gemitibus inenarrabilibus postulat pro sanctis. Hunc ora-
tionis ardorem atque attentionem Pater Augustinus tanti
facit, vt malit breuem orationem ea vehementia fieri, quām
prolixam studio languente.

Quid verò clamavit Chananæa: [Filia mea male à dæ-
monio vexatur.] Nos quoque, si oculos habereimus, quibus possemus cernere, quemadmodum animam dæmoni vitij &
peccatis vexat, profectò clamaremus: sed quia neque ani-
maduertimus, neque curamus, propterea remedium quere-
re piget. [Dicito, ait Chrysostomus, & tu miserere mei: ani-
ma mea male à dæmonio vexatur: grandis enim dæmon peccatum est.] Si quis forte vestrum capram aut canem Leonis
feroci obiectum intuitus est, potuit eo planè spectaculo di-
scere rem, de qua agimus. Est enim visu quoque horribile,
quo pacto fera crudelis prædam vnguibus aduncis rapiat,
iactet in terram, hue illuc trahat, dentē infigat, cruore exu-
gat, vsq; ad satietatem: interim misera pecus moestissimo so-
no ingemiscit, tota tetro sudore perfunditur, frustra se le vo-
lurat, cù usque ad ipsa ossa nudetur, ac penitus deuoretur. Ea
est nōnulla species infelicitis animæ à nequissimo spiritu com-

4. *Ardor
orationis.*

*Aug. de cræ
do Deum
ad Probam,*

epist. 121.

*5. Quid sit
vexari à dæ
mone ani-
mam.*

*Chrysost. bo-
mil. 17. de
varij locis
in Matth.
in 2. tom.*

prehensæ: quod quale tormentū sit, in hora præfertim vita extremæ, quis satiis cogitatione consequi potest? Quales illius temporis clamores afflictionum sint, hæc ex ijs verbis Prophetæ coniçere: [Dñe, Deus meus in te speravi: saluam me fac ex omnibus persequentiibus me, & libera me. Ne quādo rapiat ut leo animam meam, dum non est qui redimiat, neq; qui saluum faciat.] Quapropter, quise eripi de ore leonis cūpit, clamet ad David, clamet ad optimum pastorem illum Bethleemitam, qui se narrat solere oues ex leonis vnguis eripere. Sic David ipse de se profitetur: [Palcebat (inquit) seruus tuus patris sui gregem, & veniebat leo vel virus, & tollebat arietem de medio gregis, & persequebatur eos, & persecutiebam, eruebam que de ore eorū.] Quod sanctus Prosper in filio Davidis Christo præclare impletum asserit. [Et noster (inquit ille) David manu forti de ore leonis diaboli, & Petru negantem & latronem eripuit cōfidentem.] Davidis eā virtutē & benignitatē cōsiderans cœlitus edocita Chananæ rectissimè clamabat: [Fili David miserere mei: filia mea malè à dæmonio vexatur.] Tuū es! Dñe hoc opus, nomine tuo dignū, qui filius David vocari vis, cū sis ipse Filius Dei. [Salua me proinde ex ore leonis, & à cornibus unicornium humilitatem meam.]

Psal. 7.

1. Reg. 17.

Prosp. dedi-
nun. prædic.
p. 2. c. 25.

Psal. 21.

6. Silentium
Dei utile.

Psal. 43.

Iob 3.

Tren. 5.

Psal. 29.

Aba. 3.

Psal. 76.

7. Interces-
sio piorum
querenda.

[Qui non respondit ei verbum.] Admirandū silentium: magna significatio contemptus. Talem se Deus ijs, quos maximè charos habet, sæpen numero præbet, ut vehementius queri cogantur. [Obliuisceris in opia nostræ, & tribalationis nostræ. Adhaesit in terra venter noster.] Ita Iob. [Clamo ad te, & non exaudis me.] Ita etiam Hieremias: [Quare in perpetuum obliuisceris nostri, derelinques nos in lôgitudine dierū?] Sed Dei mentem ingeniuūq; nosse oportet, qui tū maximè misericordiā parat, cū irā maximè præ se ferre videatur. [Ira (inquit) in indignatione eius, & vita in voluntate eius.] Itēq;: [Cū iratus fuoris, misericordiæ recordaberis.] [Nec cōtinebit in ira sua misericordiæ suas.] Ipsum Dei ille re, nec nostris precib⁹ cōmoueri nihil est aliud, quā amplius misererit: ut crecat, scilicet, orationis cōtētio, atq; id copiosius impetrat, quod vehemētius desiderat.

Eā Dei arte intelligēs Chananæ, nō desistit: sed precatores atq; intercessores adhibet sibi Apostolos, quibus usq; cōinitat,

instat, ut tāquā tāedio vīcti satagāt apud Dñm de illius nego
tio expedieō. [Dimitte illā (inquiūt) quia clamat post nos.] Nō possūt tācti piorū ad se porrectas preces cōtēnere, eo-
rū, qui ipsos inuocāt, patrociuio deesse. Neq; erat inutile cō-
filiū. [ad aliquē sanctōrū cōuertere:] Qui ad Regiā externi
veniūt, aulici alicuius amicitiā sibi cōciliādā putāt, vt suorū
negotiorū aditū cōmodū, exitūq; desideratū inueniant. Si
eūim multū valere orationē iusti aſiduā Iacobus testatur:
quid de ijs iustis, & sanctis sentiendū est, qui sunt plenē per-
fecte quē beatū? Magni omnino corū patrocinia æstimanda
sunt. Simul hoc Euāgelico exēplo docētur virti boni, & Deo
dicati nō debere miserorū causas ad se cōfigūtiū, openq;
imploratiū abijcere, sed officiū suū intercedēdo apud Prin-
cipes & rerū potētes libēter collocare: simul Principes ip-
ſos ac Magistratus minimē eiusmodi officia molestē ferre
debere, vel potius libenter audire, quod ipsorū ratio poscit,
vt negotia expediāt. Dimitte, aiebant, expedire oportet, &
quoquo modo causas decidere, ne tādiū teneātur miseri liti-
gātes, prius fortēnā & rei familiaris finē, quām causæ repe-
rientes. Dimitte illam miseram & egentem turbam, quid iu-
uat tam longo zōo morari?

[Nō sum missus nisi ad oues, quæ perierūt domus Israel.] 8. Conſtan-
Altera hæc est cōſtātia mulieris probatio. Primū nullū est tia laudata
ei datū respōsum. Secūdū datū est quidē, sed cōtrariū votis. & coronata.
Mulier adhuc p̄ſtāt, ac per ſe accedit, pudorē & ſexū ſupe-
rās, Apostolorū interceſionē parū ſibi profecisse vidēs. Ita-
que cōſtātē perſtat. [Adiuua me,] inquit. Iā tertiō nō ſolū
cōtrariū votis respōſum fert, verū etiā cōtumeliosum, canis
à Christo vocata. [Nō eſt bonū ſumere panē filiorū, & mitte
re canibus.] Quis hic nō abijceret animū? quis non retro pu-
defactus, ac rubore perfusus conuerteretur, atque abiret? At
mulier Euāgelica longē aliter. Perſtat, inſiſtit, pugnat acri-
ter. Diuinē de ea Ambrosius: [Verē hæc regnū coegit, perti Ambro. lib.
nax in precibus, sapiēs in respōſis, fidelis in verbis. Præter- lib. 5. in Lu-
cūtē reuocat, tacētē rogat, excusantē adorat, negatē incli- cā in fine.
nat. Nōne tibi videtur eripere, cū elicit, quod negatur?] Nec
minus bene August. [Inſtitit perēdo Chananæa, & ex ipſo August. ſer.
velut i cōuictio humilitatē ostendit, mifericordiā impetravit. 74. de tem-
Nō enim cōmota eſt, aut ſuccēluit, q; canis appellata fuerit.] pore.

Et quod est dictu mirabile, & cogitatu iucundū ipso Christi telo, quo petitur, ad salutem vtitur suam. Egregia planè bellatrix, quæ ipsa aduersarij arma sibi infesta de manibus eripit, atque audacter retorquet, ac feliciter vincit: Canem me Dñe dicas, equidem non abnuo, accipio nomen, quod das. Verùm sapientia ipsa quanuis sis, sapienter te vinci patere. Panem quidem filiorum dare canibus non est æquum, at vbi ita panis abundat, ut saturati filij facile micas, imò frusta excidere patiātur, quid ni canes colligant? Quis eos vetat accedere, & humi abiecta comedere? Quin potius à dominis vtrō inuitatur & allicietur, nullā filiorū iniuria, magna domī minorū voluptate. Gentiles sanè atq; idololatras, qualē gētē mēā agnosco, quis canes neget? At ijs canibus etiā impertinent Euangelicus panis, qui etiā ad domū Dei, suo loco & modo pertinent. Nā in Christi progenie ipsi quoq; aliquid habent. Nonne Scriptura dicit: [Emitte agnū domine dominatorem terræ, ad montem filiæ Sion de petra deserti.] De Ammonitis intelligit ac Moabitis Propheta, qualem fuisse Ruth Davidis Regis auiam cōstat. Et nobis ergo de Melsiæ, filioque Davidis, nostro iure aliquid sperandū ac flagitadū. O mirabilem ac sagacissimā canem Chananæ istam. Quid canis sagaci venationi intentæ accidere soleat, meministis: quo pæsto prædam persequitur fugientem, se se abscondētem oſſicit atq; inuestigat, explorat inter medios vepres, & spinosas latibula exagitat, neque, quanuis pungatur, laceretur, cruentetur, desiluit querere, vsque dum mordens cōprehensam hero suo festina lætaque offert: cui venator festinè applaudens, de ipsa præda partem cū magno clamore voluptate perifusus impertit. Nōne ea res factō hodierno simillima est? Itaque Christus egregia canis venaticæ constantia ac sapientia mirificè delectatus, præ gaudio exclamat: [O mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut vis.] Canis fidelitatem non improbat, non aspernatur Dominus. [Canis, vt ait Chrysologus, dormiētibus dominis nocte, & custos & perugil prodit extraneū, turbat forem, occurrit latroni, vt curā releuet, & sollicitudinem seruolorum.] Et tu, Christiane, disce caniculae pium officium: caniculae instar, in orationē tanquam de manu Dñi aliquid accepturus expecta; sic ad mensam illius

Eſai. 16.

Ruth. 3.

Ita Hieron.
in Eſaiam.Chryſol. fer.
100.

accedet;

accede: ibi cauda, gestu, & toto corporis habitu herum de-mulce, præstolari te de liberalitate eius vietum significa. Si quid obiectum fuerit, accarre, & cape; etiam si os purum sit, rode; interim offam mittet bonus Dñs. De mensa herili pen-dens, nihil inuerecundè audeas: quod datum fuerit, accipias gratus: e o consumpro, iterum plera expectes. Confirmo ti-bi (Christiane) si generosi canis mores imitere, magna cum familiaritate de ipsis sibi proprijs, suauibus ac delicatis edu-lijs te Dñs tuus impertiet, aletque abundanter. Ergo largitor i bonorum omnium agamus gratias, qui suorum desideria ex-citat, patientiam constantiamque probat, perseverantiam coronat, dona eò vberiora cum laude communicat, quò du-riùs eorum vota accipere visus est.

FERIA VI. POST PRIMAM DOMINI cam Quadragesimæ.

*Erat dies festus Iudaorum, & ascendit Iesus
Hierosolymam. Ioan. 5.*

N lectione Euangelica duo nobis admirabiliū curacionū genera insinuata sunt: Vnū eorum, natio in Pi-qui in piscina ab Angelo mota sanabantur; scina sacra-quod erat quidem opus diuinū, sed ordinatiū: mentorū ef-alterum prorsus extraordinariū & singulare, sicaciam se-quo Christus hominem triginā octo annos perpetua para-gnificet.

lysī laborantē ac penitus desperatū, vocis imperio integrū valentemq; reddidit. Vtrumque sanè mirabilem Dei poten-tiam declarat, de quo scriptum legimus: [Neque herba, neq; malagma sanavit eos, sed tuus (Dñe) sermo, q̄ si sanat omnes.] Sap. 16. Verū multò mirabiliorē diuinæ potentiae vim in sanādis spiritualibus morbis mysterio significant: quæ vis & facul-tas, q̄ est minùs animaduersa, eò nō tanti apud homines fit: quam equidem exponendā atque explicandā suscipere ve-

- Chrys. hom.** lūm, modò gratia diuinā nō desit. In illo priori genere, q̄ per
35. in Ioan. aquā motionē salutē daret, volūt sancti Patres, & recte vo-
Ambros. lib. lūt, intelligi debere sacramētorū in sancta Ecclesia operatio
2. de sacra. nē, tribus ex causis illi simillimā. Prīmū enim erāt illis tria
cap. 2. ad sanitatē cōferendā necessaria, aqua piscinæ, Angeli descē
Cyril. lib. 2. sus, motio ab ipso effēcta: totidē sacramento cōficiēdo adhi-
in Ioan. cap. bentur, vt Theologī docēt: materia, forma, minister, materiā
125. accipite aquā, oleū, panem, vinū: Ministrū, sacerdotem aut
Theophyl. in Episcopū: formā mysticorū verborū pronūtiationē; que ve
Ioan. lut Angelica motio est subiecta aquā. Nō vos latere credo
Iausen. con- diuinis literis sacerdotes Angelos vocitari, sic Malachias
cord. Euan- propheta; [Legem requirent (inquit de sacerdote agens) de
gel. cap. 35. ore eius, quia Angelus Dñi exercituū est.] Tū illud Pauli ad
Mal. 2. Corinthios scribentis: [Decet mulieres habere velamen su-
1. Cor. 11. per caput propter Angelos.] Quod alij, tū Anselmus, de Ec-
Anselm. in clesiasticis ministris accipiūt. Eodē modo Ioannes in Apoca-
commē. Pau- lysi nominat Angelū Ephesi, Angelū Smyrnæ, & ceterarū
li. Ecclesiarū Angelos, Episcopos sine dubio intelligēs. Et enim
Apoc. 23. sacerdotis munus & partes Angeli potius, quā hominis mor-
Chrys. lib. talis sunt propriæ: imò verò mihi videntur cū Angelis sacer-
3. de sacerdo- totes de dignitate posse certare: & sacerdoti sacrificaturo
tio. Angelos procumbere Chrysostomus scribit; Bonaventura
Bonauen. in etiā Diūnū Franciscū sacerdotē priūs quam Angelū, si simul
vita sancti occurrerent, salutaturū se dicere solitū refert. Quòd si digni-
Francisci. tas sacerdotis Angelica est, Angelicam sanè vitæ puritatem
Chrysostom. exposcit, quemadmodū ille idē Chrysost. ait, [oportere sa-
ibidem. cerdotis animū radijs solaribus esse puriorē.] Iā verò, quod
 ad materiā sacramenti spectat, videtis aquam piscinæ fuisse
 quidē necessariā, sed per se tamē nihil opis potuisse afferre,
 nisi cieretur ab Angelo, ita omnino in baptismo aqua sancti
 ficiandi atq; ablūendi peccata vim nō habet ex se, nisi cælesti
 vi verborū adiūcta, quod Paulus perspicuū facit: [Mundans
 cā lauachro aquā in verbo vitæ:] Mundādæ purgādāq; Ec-
 clesiæ dicit Christū lauachrū adhibuisse, tū verbū vitæ, viui-
 ficæ nēpē Trinitatis inuocationē. Vulgatū est satis Augusti
 ni illud: [Accedit verbū ad elementū, & sit sacramentum.]
2. Omnia Cōaenit præterea inter hæc, q̄ motio illa piscinæ vim at-
peccata sa- q; efficaciā habebat sanādi generalē in oēs morbos potentē.
 [Et sanabatur, inquit, à quacūque detineretur infirmitate.]

Magna

Magna profeccio & admiranda vis. At nō inferior in nostris sacramentis quam ad omniū scelerū remissionē valēt, sine illa ex remitti. ceptione. Quotūq; quātacūq; sint crimina, quātū immunita, quāuis horreda, certe ijs omnibus procurandis, remedia idonea Ecclesiæ Christus reliquit, qđ ritè more Christiano in symbolo confitemur, vbi post illud caput, sancta Ecclesia Catholicā, sanctorū cōmunionē, adiūgimus, remissionē peccatorū. Suis Christus sic edixit: [Quorū remiseritis peccata, remittētur eis.] Nullū eius tā magna ac diuinæ facultatis limitē posuit: nihil circūscriptis: vniuersa cōplexus est. Quæ quidē salutaris cogitatio ad quārēda peccatorū remedia mirabiliter excitat hominē, qui nō secutus Caini pessimi plenā desperationis vocē, magis verbū propheticū meminit: [Lava mini, mūdi estote, si fuerint peccata vestra, vt coecinū, quasi nix alba erūt.] Itēq; illud Davidis; [Lauabis me, & super niue dealabor.] Quocirca multitudinē ingētē varijs morbis laboratiū piscinæ accubatē Euāgelista narrat. [Erat, inquit, multitudo magna lāguētiū, cœcorū, claudorū, aridorū expeditatiū aquę motū.] Nec mihi videtur casu, & frustra, tria illa genera descripsisse, cœcorū, claudorū, aridorū: qđ ijs tribus, nimirū, oēs peccatorū species sint circūscriptæ, sunt em̄ qui per ignoratiā, sunt qui ex passione peccāt, sunt qui per malitiā: ad quas origines omnia peccata reuocat summi Theologi. Cæci ergo ijs sunt, qui ignoratiā peccāt; qui nō videt, facile offendit; horū infinita multitudo est, qui tenebris errorū oppressi accent. Clados accipite eos, qui ex perturbatione animi & passione labuntur. Velut em̄ duo animi pedes sunt, intellect⁹ & affect⁹: qui claudicat, habet pedē alterū rectū, alterū peruersum. Tale Aristot. ponit incōtinētē, qui rectē quidē iudicat, sed affectu seducitur: cui illud poeticū con- gruit: [Video meliora proboq; deteriora sequor:] sed sunt omniū extremē miseri, qui ex malitia peccant, quos aridos debetis intelligere significare: quorū rāta est mali-vis, vt in naturā versa videatur, qui se cōmouere nō possunt, ipso habitu toti oppressi. His sunt, [qui letātur, cū male fecerint, &c.] Aridi sunt, qđ mali iam vim nec sentiūt quidē. [Qui omnes morbo oppresi piscinæ accubant, sanitatem, fringrediātur, sperantes, si quidē baptisini Poenitentia que vi sanātur omnes, vt Petrus nobis significat illis verbis: [Quod & vos nūc similis

Ioan. 20.

Matt. 18.

Genes. 4.

Esai. 1.

Psal. 50.

S.Thο. 1. 2.
q. 7. 6. in ini-
tio.Aristot. 7.
ethic. cap. 8.
& 2. mag.
mor. ca. 6.
Ouidius.

Prover. 24.

1. Pet. 3. similis formæ saluos facit Baptisma, non carnis depositio
fordiam, sed conscientiæ interrogatio in Deum,] id est, non
corporis fôrdes eluit, sed animæ peritatem assert.

3. Disposi- rationis caput, quod vos velim diligenter attendere. Nam
tionem no- inerat quidem in aqua illa diuinitus mota virtus ad sanados ho-
stram requi mines. Verum nisi studiū diligentiaq; eius, qui sanari vellet,
ri ad sacra- accederet, vt iret, vt tempestiuè ingredieretur, vt se immer-
mentorum geret, nihil omnino opis assequeretur. Quid hoc? Nempe
fructu percii sacramenta diuinitus instituta & tradita habere vim & effi-
piendum. raciam suam: ex se salutem tribuunt, gratiam scilicet, confe-
runt: id que, vt Theologi disputant, ex propria vi & efficien-
tia, id est, ex opere operato. Quam Theologorum vocem

Conc. Trid. atque sententiam sacrum Tridentinū Cōcilium inconuulta
Jeff. 7. ca. 8. autoritate cōfirmat. [Si quis dixerit per ipsa noua legi sa-
cramenta ex opere operato non cōseriri gratiam, anathema
sit.] At sacramenta eadem exigunt dispositionem, coopera-
tionemque nostrā, qua dempta, nihil agunt, nullū salutis &
gratiæ fructum afferunt. Iudas ille Iscariotes corpus & san-

1. Cor. 11. guinem Dñi libavit ut ceteri, sed suo magno malo. Aposto-
lus admonet probare se primò hominem, & sic illū panem
sacrum edere: [Qui enim edit indignè, iudiciū potius ede-
re.] Simon Magus à Philippo baptizatus est: sed esse non
desij filius diaboli, quod v̄rā peccatorū pœnitentiam non
haberet, sic enim princeps Apostolorū dixerit.] Pœni-

Affor. 8. tentiam agite, & baptizetur vñusquisq; vestrū.] Sine pœni-
tentia nō purgat animā aqua baptismi. Quod si in ipso baptis-
mo percipiendo pœnitentia opus est, quid erit in Exomo-

Affor. 2. logesi, in eo sacramēto, cui nomē est Pœnitētia? quid in eo,
qui laboriosus baptismus à Patribus vocatur? Quapropter
omnes vos, & sacerdotes, & laicos commonitos esse volo, vt
quemadmodū id sacramentum accipiatis, detisve, sitis quām
maximè attenti. Ne ad speciem, ne verbo, ne fuso concien-
tias vestras exonerandas putetis, seria res est, magnam po-
stulat animi operam, summum studium, vt pro dignitate ge-
ratur. At vereor equidē, ne complures eorum, qui cōfessio-
nes peccatorum faciant, non tam præterita peccata leuent,
quā nouum maximumque adiungant grauissimi sacrilegij:

in qua

in qua re oportet sacerdotes esse vigilantes, ne si festinâter,
& imprudenter grauiâ vulnera curant, non tam alios facient,
quâm se ipsi alienis vulneribus saquent. Audiant utriusque, *Ambr. lib.*
hoc est, tum pœnitentes, tum sacerdotes, Ambrosium ea de
re præclarè differentem: [Nonnalli (inquit) ideo poscunt
pœnitentiam, ut statim sibi reddi communionem velint : hi
non tam se soluere cupiunt, quâm sacerdotem ligare : suam
enim conscientiam non exsunt, sacerdotis induunt.] Quæ
vos (sacerdotes, vosque laici) ea tanti Patis verba nûquam
de mente deponite.

Vidistis, quibus modis inter mysticam illam piscinæ Euæ. 4. *Quantum*
gelicæ operationem, ac nostrorum sacramentorum conue- *præstant sa-*
niat: quâmque præclarè illa curatio mirabilis adumbravit, ac cræta, &
delinearit salutem à Christo magni consilij Angelo è cælo contra negli-
descerenturo mortalibus conferendam. Ergo (vt dico) quem- *gentiam no-*
admodum hæc congruant inter se, vidistis. Iam quantum si- *stram.*
gura veritas præstet, quantum Piscinam illam Christiana
excellant Sacraenta, cognoscite. Etenim vis illa aquæ ad
sanandum non erat continua atque perpetua, sed certo tem-
pore, raro scilicet. Angelos (inquit) secundum tempus descē-
debat de cælo, & moniebatur aqua. At in nostris sacramentis
à Christo institutis, iugis perpetuaque virtus est, semper li-
cet inde salutem petere, cui opus sit. *Zacharias propheta scripsit;* [In die illa erit fons patens in domo David in ablutione
peccatoris, & menstruatæ.] *Quis autem ille sit fons semper*
patens ad ablenda peccata, Elaias significat, cum dicit, [Hau- *Esai. 12.*
rietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris.] Satis am-
plum est hoc. Alteruæ quæ magnum & augustum accipite.
Qui primus ingressus es et post aquæ motione, sanabatur:
vnuſ videlicet: cæteri, vt erant, in morbo manebant. Nunc *Ambr. libr.*
vero, vt pulchrè animaduertit Ambrosius, [nō primus solū, 2. de sacra-
aut secundus, aut tertius, sed omnes, quotquot intrare volū, men.ca. 2.
sanantur.] [Quorū remiseritis peccata,] sine ullo limite di- *Act. 24.*
xit. Petro concionante, tria millia, die uno, altero quinque
millia baptizati sunt: omnes aqua salutari perfusi, omnes ma-
culis omnibus expiati. Quâta amplitudo diuinorū munérū?
quâm profusa in homines Dei clementia? [Omnes sitientes *Esai. 55.*
venite ad aquas: & qui non habetis argétū, properate, emite
absque

Chrysostom. absque argēto: sic propheta adhortatur: Elegāter Chrysost. hoc idē tractans, ait; [Nūc autē vnlusquisq; accedere potest, nō enim Angelus est, qui turbat aquā, sed Angelorū Dñs, qui omnia operatur. Sed et si Orbis terrarū vniuersus veniat, grātia nō consumitur, sed similis manet: sicut enim solares radij per vñāquamq; illumināt diē, & non cōsumūtur, neq; à multalargitione minor sit solis lux, ita & multò amplius Spiritus sancti actio in nullo minuitur à multitudine eorū, qui potiūt ea.] Ita quidē Chrysost. Verū ea tāta De liberalitas, vidēdū est (fratres mei) ne nostrā magnopere accuset desidiam atque ignauiam, qui ponte oblatā salutem reputiamus, gratiis hæreditatem opulentam concessam non admisus. Ad cælestes pretiosasque merces quām ratus empor? exiguo p̄fertim pretio propositas? Ad terrenas periturasque, & eas carissimas quanta copia? quomodo alij alios obterant, quomodo obtrudant, nonne perspicitis? Erat corporis salus vni soli tribuenda: expectandum erat tempus non breve, neque certum fortassis. Circumfluebant illæ porticus, feruebant multitudine ægrotorum, ea tenet spe concursantium. In re dubia tantus labor: in angusto, copiæ languentium. [Erat (inquit) multitudo magna expectantium aquæ motum.] Reipicite modò ad Ecclesiæ apothecas, ex quibus suppeditantur salutaria pharmaca omnibus, eaquæ miræ efficaciz, pretio pene dixerim nullo; at quām steriles, quām desertæ nundinae. Paucissimi animæ salutem curant, citò deficiunt, breui lassescunt, facile fastidiunt, atque contemnunt. [Heu, filij hominum vñquequò diligitis vanitatem? Si quis Regiam ineat, atria vndique circumstrepentia consideret, videat cateruas hominum hūc, illuc iactari instar apum circum aluearia, omnia vocibus ac confuso quodam rumore perstreperet: quid de ea frequentia cogitaturus est? Porticus profecto sunt circum piscinam impositæ, turba laborantium valetudine circumstat: suo quisque morbo mederi vult, ille prætura, hic præsidatū cogitat, alijs insigne crucis militiæ que, alijs reditus copiosos captat: lite vincere, patrimonia ampla derinare ad se: lacerdotia copiosa multi ambiunt: Magistratus præclaros alij: omnes ad opes & gloriā anhelat. Etia Ecclesiæ ipsas, sacrā curiā, ambitionis, & avaritiæ castra facta perspici-

miss. [Quixritis me, aiebat Christus turbis, non quia viditistis *Iou. 6.*
signa, sed quia saturati estis, & manducastis ex panibus. Ope-
ramini cibū, qui non perit.] In rebus caducis & vasis magna
cōtētio, summus ardor: ad spirituales, ad cælestes, ad aternas
extremā frigiditas & ignavia. O nostrā singularē amentiam.

Timeamus potius verā quidē, quanvis severam Pauli senten *Hebr. 2.*
tiā: [Quomodō nos effugiemus, si tā neglexerimus salutē?]

Fineū faciā, stillud extremo loco dixero, quod est vel *s.* Vniver-
primum: sacramenta omnia Christiana ex Christi cruce, & *sam vim sa-*
sanguine vim omnem suam deriuare, tanquam diuersos ex cramentorū
vno fonte riulos profluentes. Hoc vt indicaret Euange- *ex Christi*
lista, non tacuit piscinam illam fuisse sacrificijs Dei dica- *sanguine pra-*
tam: nam probatica id habet significationis, osium, nimi- *ficij ci.*

rūm, cæterique pecoris carnibus ablwendis, quæ erant im-
molandæ, vt tradit Hieronymus, destinatam. Itaque cruore *Hieron. lib.*
sacrificiorū redundabat, quam proinde Deus, quemadmo- *de loc. He-*
dum Theophylactus censet, ea sanandi morbos facultate il- *braic.*

lustravit. Ergo quoties sacramentis Ecclesiasticis imbuimur, *Theophylac-*
Christi sacrificiā cogitemus, vnde ea omnis sanctificationis *etus in Iō.*
& gratiæ origo. [Quicūq; baptizati sumus, in Christi morte *Iansenius*
baptizati sumus] ait Paulus. Ipse etiā Christus de Eucharistia *cap. 35.*

celebrāda & sumēda: [Hoc quotiescūq; feceritis, in mei me- *Roman. 6.*
moriā facietis. Hic est enim sanguis meus, qui p vobis effun- *Matth. 26.*
detur.] Ioannes quoque, [Sanguis Iesu Christi filij eius emun- *1. Iōan. 2.*

dat nos ab omni peccato, si cōfiteamur peccata nostra, fidelis
est & iustus, vt remittat nobis peccata nostra, & emūdet nos
ab omni iniquitate.] Hæc cogitātes (fratres charissimi) debe-
atis cū somma religione ac pietate dinina sacramēta suscipe-

re, ne Christi sanguini satiāmus injuriam, rei & proditoris
tantorū mÿsteriorū. [Neq; impunē feret, qui sanguinē testa *Hebr. 6.*
mēti pollatū duxerit, & spiritui gratiæ sanctificati cōtume-
liā fecerit,] quēadmodū nos Paulus admonuit: sed religioni
& timori fiduciam etiam adiungamus, non exiguum aliquid
accepturi: sed thesauros immensos Dei possidentes, cūm
Christi illa hostia salutaris, illud admirabile sacrificium
crucis cælo ipso pretiosius sit: nequaquam desistamus,
vberiores indies fructus sperare, copioſioremque Dei gra-
tiam semper attrahere; quod sacer David agebat, cū diceret:

[Amplius]

Psal. 50. [Amplius lava me.] Promptuarism salatis & grata inexhaustum infinitumq; est: nos magis ac magis utero, ac communicando, demus operam, ut locupletemur, dum licet.

IN E A D E M F E- RIA CONCIO SE- CV N D A.

Vis sanus fieri? Ioan. 5:

i. Quinque
porticus sen-
tium via,
in quibus tā
multi iacet,
significare.



VONIAM de piscinæ sacramēto aliâs, quod vilum est dicere, diximus, nūc de Paralytico à Christo sanato dicendum est, cui historia illam piscinæ commemorationem Evangelista præstruxit. De qua non nihil adhuc repetere futuræ

orationi non erit superuacaneum. Habebat piscina porticus quinque, in his iacebat multitudo magna languentium. Non est ineptum quinque sensus, in quibus iacet ægrotia turba mortalium, interpretari. Nam externos hos sentes esse fene- stras, quibus mors intrat, ex Propheta Hieremia pleriq; Pa- tres intelligunt. Itaque horum vitio innumerabiles homi- nes laborant, & mortem desperata salute, certam expectant, nisi diuinitas recuperentur. Inde ex titisse nobis totius exi- tij causam, facile animaduertet, qui meminerit, Euam audisse serpentis vocem, pomum aspectasse, tetigisse, olfecisse, gu- stasse, erat enim visu delectabile, et suave. Quid ille alpe-

Hierem. 9.

Genes. 3.

etus, quid tactus peperit, quid gustus? mortem ipsam. [Qua- cunque hora comederis (inquit) morte morieris.] Iacet sine dubio immensa turba hominum his prostrata porticibus, sen- sibus (inquam) humanis: quorum voluptates atque libidines certissimi sunt animorum morbi. Itaque videoas alios oculo- rum illecebri & curiositate teneri spectaculis, ludis, come- dijs insanire: alios audiendi noua, vana, inusitata, vel etiâ tur- pia atque obsecena cupiditate ferri. Sunt qui fragrantias ex- quisitosque odores, pastillos, vnguenta ad insaniam vique se etentur.

secentur. Iam cupidiæ, & ingluvies, & variorum eduliorum immoderata voracitas, quas turbas hominum tenet? Verum omnium maximè terra libidines, supra frequentia, flagitia infinita dici non potest, quam innumerabiles animas corporibus ipsis sepultas captivasque habeant. [Omnes adulterantes, quasi elibanus succensus à coquente,] ait quidam propheta. Ex istis ergo porticibus, tanquam valetudinarijs, *Osea. 7:6* excedunt est ei, qui cælitus missam salutem consequivellit: [Abnegantes impietatem, & secularia desideria sobriè & iuste & pie viuamus.] [Si enim spiritu, idem ait Paulus, *fa-*
cta carnis mortificaueritis, vivetis.] Atque in hunc modum in Christi piscinam debemus intrare, si Apostolū audimus: [Scientes quia vetus homo noster simul crucifixus est, vt viuamus in Christo.]

Titum. 2:1
Rom. 8:3
Rom. 6:1

Quanvis autem Christi salus omnibus proposita sit, tamen ut eam audiè arripiamus, cogitare debemus, tanquam unus victoriæ laudem sit relaturus. Ob id, qui primus intrabat, sanabatur. Non decet nos esse socordes, est quidem Dei munificentia amplissima, sed neminem vult ignauum & pigrum, ita omnes ad se accurrere, ac si unus coronandus sit solus. Nonne Paulum ita hortantem meministis; [Omnis quidem currunt, sed unus accipit brarium; sic currite ut comprehendatis?] At secundus res agitur apud plerosque: temporalia & terrena audiissimè querunt, ardenter inhiant honoribus augendis, opibus cumulandis. Videas velut ad iactum offæ canes vnde concurrere, se conculcare, se se mordere, vnumquemque præripere sibi quod potest, nulla æquitatis, nulla modestiæ ratione habita. Adonibezech fuit Rex *Indic. 2:1* potens, & superbus, ut sacra refert historia; is septuaginta Reges vicos, truncatos, ac summis pedum manuumque digitis amputatis cogebat subter mensam suam projecta sibi frusta comedere: vbi fame & rabie acti alteri alteros inuaderent, corroderent, ac canino more disceptarent: is erat ludus atque ea voluptas superbo & contumaci regi. Mihi verissimus Adonibezech mundus hic, qui in maligno positus totus est, esse videtur: suos ipsos seclatores atque affecias egregie acceptos ita nutrit, ita sustentat. Multitudo quidem erat magna languentium; omnium oculi ad primum aquæ motu

K respe-

respetabant. Quod hodie verissimum est, ut cum primum vacet Episcopatus, aut dignitas, aut sacerdotium, eo accurrunt omnes, fit impetus, ut rapiat qui viribus praestet, id est fauore, gratia, aut fortasse pecunia. Quid de pratura de officio? de provincia? Qui concursus fit? quæ vis? quanta studia hominum? Utinam centesimam partem Regno cœlesti adipiscendo, curæ, sollicitudinis, industria, tolerantia, perseverantia homines afferrent, & clamat quidem Christus; [V]enite Matth. 11. ad me omnes,] & rarus est tamen, qui eat; de Regno cœlesti nulla contentio.

3. Homines desperatae salutis aliquando iustificari à Deo.

Iam ad factum Christi mirabile venio, qui hominem desperatæ valetudinis annos triginta octo perpetua paralysi laborantem, sospitem, integrum, atque validum verbo reddi dit. Res omnino stupenda, quæ Dei potentiam magnificè commendat. [Tunc saliet sicut ceruus, claudus] prædixit Deo.

Esai. 35.

Esaias, quod Ioannes narrat. Verum altiore consideratione significatum eo facto genus quoddam rarum & admirabile interius iustificationis, sancti Patres literis tradiderunt; quæ iustificationem operatur Deus omnipotens in quibusdam ita peccandi habitu inueteratis, ut post mille piscinæ motiones, post innumeros alios sanatos, ipsi extremo morbo oppressi penitus desperati iaceant. Tales quasi miraculose, spiritualiter sanari scribit optimus grauissimusque autor Tho-

S.Tho. 2.2. q.14.ar. 3.

mas. De quibus Psalmus habet, [Quasi vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non est memor amplius, & ipsi de manu tua repulsi sunt:] Nonne huiusmodi paralyticos, iam penè mortuos vidisse vos meministis, qui medicorum omnem operam atque artem superarent? De paralysi spirituali loquor, eorum qui neque exemplo sociorum bono, neque amicorum monitis, neque acerbo casu aliorum, neque proprio periculo, neque clamoribus Dei præconum vel tantillum commoti sunt ut resipiscerent, ut meliorem mentem induerent, semper sordidi, semper improbi, & flagitosi. Qui

bus innumerabiles quadragestimæ sine poenitentia abierunt, iubilæa & veniæ largissimæ nihil egerunt: solo nomine Christiani, factis omnes barbaros, infideles perfidia & scelere superantes; confessiones peccatorum aut nullas fecere, aut inanes & sacrilegas, nullo emendationis propofito,

sito, grauiore scelere s^epe tacito. Hos non ægrotos, sed mortuos ac sepultos meritò dicas. At desperatis interdum affulget cælestè remedium: adest Christus, potentique imperio, supra opinionem & spem, salutem afferat ægroto, vitam extincto. Audite Ezechielem: [Ipsi dicunt, Aruerunt *Ezech. 37.*
ossa nostra, & perijt spes nostra, abscissi sumus; quibus ita respondet Deus, Ecce ego aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris, & dabo spiritum meū.] Quapropter etsi humanæ vires industriaque omnis morbi magnitudini cedat, tamen quandiu peccator in hac vita teneatur, non est de Dei misericordia desperandum.

[Vis sanus fieri?] Rogat hominem Christus, quia de spirituali etiam salute agebatur, quæ sine voluntate hominis peragi non potest. Non enim iustificatur impius nolens; consentire & cooperari Dei gratiæ liberum arbitrium optet. At vide quid exigat Deus: [Vis sanus fieri?] Voluntas sanitatis est, modò sit vera atq; efficax. Interrogando sanè Christus docet: polcendo tribuit: intuendo, vt in se intueatur homo, perficit; [Respicere in me, & miserere mei:] o aspectū potentia plenum, o vocem efficacem. Vis homo? quid? sanus fieri? Quis non amet salutem? sed attendite, vt sis diues, non sat est velle; vt sis fortis, non sat est velle: vt potens, vt clarus, non sat est velle: at iustus vt sis, satis est velle, vt saluus sis, sanitatis est, modò velis serio ac vere, vt in re tanta opus est velle. Liberum tibi relinquit Deus, neque enim volenti gratiā derit. Cae*re autem, ne in eorum numero tu quoque sis, de quibus scribitur,* [Vult, & non vult piger.]

Se verò vel maximè velle respondit, verūm hominem non habere, omnium auxilio destitutum. [Hominem (inquit) non habeo, vt cùm turbata fnerit aqua, mittat me in piscinam.] Homines quidem permulti erant, at hominem ille desiderabat robustum, industrium, attentum, qui se fritinatò in remedium opportunum induceret. Et Respublica iam diu laborans, dicit se hominem non habere, cùm sint homines multi vel potius infiniti. Multi enim sacerdotes; pauci sacerdotes: multi Principes, pauci Principes, multi verbo, re pauci, vtinam vel pauci, vtinam non nemo. Iacent paralysi dissoluti & perditæ longissimo tempore, aleatores

4. Cōsensus
requisitus
ad iustifica-
tionem.

Psal. 24.

Prouer. 13:
*5. Virile ad
iutorium de
siderari in
malis proli-
xis.*

(inquam) sicuti, mœchi, plagiarij, Reip. eversores, non solū ipsi funditus eversi. Cur iacent tandi? Non habet hominem, qui arreptos, & tractos det in piscinan vel pœnitentiæ, vt salvi sint: vel supplicij saltem, vt alios non perdant.

*Hiere. 4.**Ezech. 22.*

Hieremias sic ait: [Intuitus sum, & non erat homo.] Deus quoque alias conqueritur, [Quæsiu de eis virum, qui interponeret se, & staret oppositus aduersus me pro terra, ne dissiparem eam, & non intuei. Et effudi super eos indignationem meam: in igne indignationis meæ consumpsi eos.] In alio quoque Prophetæ legimus: [Et effeminati dominabuntur eis.] Virum certè fortē, constantem, virtutis masculæ res Christiana desiderat. Nam [nos numerus sumus, & fruges consumere nati.]

*6. Occasione**vtendum.*

[Vt cùm turbata fuerit aqua (inquit) mittat me in piscinam.] Magni refert, non deesse occasione, vel potius gratiæ Dei opportunum præbere assensum. Cùm primùm mouetur aqua, cùm Angelus salutem parat, ciendo animi cogitationes utiles, accurre diligenter: ne sine elabi tibi salutarem horam. Malè sanè nos habent procrastinationes dilationesque noxiæ. [Expecta, reexpecta, manda, remanda, modicum ibi, modicum ibi: & erit vobis verbum istud. Manda, remanda, expecta, reexpecta.] Sic Deus par pari refert, quod Salomon quoque dicit: [Vocavi & renui stis: inuocabis me, & non exaudiam.] Nonne Angelum Domini mouentē aquas salutares videtis? nonne ad pœnitentiæ labacra vocantem auditis? Quid enim aliud significat illa vox? [Ecce nūc tempus acceptabile, ecce nūc dies salutis.] Cur non properamus & currimus? [Heu quæ tam sera moratur dignities?] [Semper nocuit differre paratis.] In aula porrò Regia cernitis, quantus concursus fiat eorum, qui Principem conuenire velint: qua attentione omnes operiantur, & persistent: cùm primùm cubicularius exiuit, quam̄ ereclis in eum vultibus cuncti intueantur: simul atque illins vox sonuit, talem vel tam inclamantis, qua festinatione, qua alacritate se proripit, & pergit ad exoptatam Regis audiencem. Verè prudentiores, diligentioresque sunt filij huius sæculi in generatione sua filijs lucis. Deus te vocat (homo) ad salutem, ad opes, ad Regnum: quid moraris? quid diem ex die duci finis? Cur non felici

*Ezai. 28.**Pron. 1.**2. Cor. 6.**Virgilius.**Lucanus.*

felici occasione frueris: quippe cum ex momento temporis
pendeat sacerdotum aeternitas.

[Tolle grabatum tuum & ambula.] Pulchra rerum vici-
situdo, ut qui iacebat, ambulet, quem subitus se habebat le-
tum, eum supra se tollat, id est, quod antea erat leuamini &
voluptati, id iam fiat oneri: quod retinebat ægrotum, spon-
tem sanumque redditum premat. [Per grabatum, ait Grego-
rius, voluptas corporis designatur. Et iubetur utique ut hoc
sanus portet, ubi infirmus iacuerat, quia qui vitijs delecta-
tur, infirmus iacet in voluptatibus carnis; sed sanatus hoc
portat, quia creptus à vitijs, carnis contumelias postmodum
tolerat, in cuius desiderijs prius requiescebat.] Quid est
hoc? cum eras sanè peccato deditus, ipsa te vitiositas dele-
ctabat, in ea cubabas, turpitudinem suauem tibi putabas: at
ubi in Deum aspexisti, & te commouisti è misero illo statu,
ipsa vitia & peccata oneri sunt, pondere suo premunt, te ge-
mtere, te dolere, & flere compellunt. [Iniquitates meæ, sicut
onus graue grauata sunt super me,] dicebat optimus pe-
nitentia Magister. Quam graue, quam molestum onus su-
stinet, qui flagitia atque obsecrissimas suas voluptates con-
sideri parat: Iam quo pacto cervicem premit anteactæ vitæ
eluendæ sollicitudo? Ipsum tuum tibi peccatum grauissimum
futurum est, ut ingemiscens cogaris dicere: [Et peccatum
meum contra me est semper.] Impietatem talento plumbi
incidentem Propheta Zacharias vidit. [Ecce, inquit, talen-
tum plumbi portabatur: & mulier sedens in medio am-
phoræ hæc est impietas.] Discant igitur lectum tollere
tuum, qui sani fieri volunt, ut ihs se crucient, quibus sunt
maxime delectati. Qui rapuit, etiam de suo largiatur: qui
gulæ ventrique indulxit, longiora ieiunia proferat; qui li-
bidinosis, impudicisque illecebris disfluxit, cilicio astrin-
get se se; verberibus corpus domet; ita obsequenter se
præbebit imperio Christi. [Tolle grabatum tuum &
ambula.]

[Postea inuenit eum Iesus in templo.] Pium se & re-
ligiosam opportunè præbuit sospes factus. Plerique, dum ranta bona
laborant, preces prolixas meditantur: cum valetudini opta-
rum operum
te redditi sunt, obliuione gratiam compensant. Itaque & assequitur

7. Pendens
peccato me-
dicina.

Gregor. lib.
23. moral.
cap. 23.

Psal. 27.

Psal. 50.

Zachar. 5.

Christi ag- recidunt & pereunt non rarò. Dico de morbo etiam cor-
nitionē am- porali. Omnino sacris Patrum decretis constitutum est,
pliorem. vt ægroti iubantur statim conscientiæ salutem per con-
fessionem querere, neque aliàs à medicis visitentur. At-
que Innocentius III. in Concilio Lateranensi causam ex

In Conc. La- tera. ca. 22. hoc loco Euangelico reddit, quòd sàpe corporales infir-
De pœnitē. minates ex peccatis veniant: ob id enim dixisse huic ho-
mini Christum: [Noli amplius peccare, ne quid tibi de-
& remiss. terius contingat.] Ergo (fratres) si quem Deus vestrum
cap. cùm in- iacentem diu in peccatis suis erexit, si quem per gratiam
firmitas. suam de lèthali morbo eripuit; ne ingratus sit in benefi-
cum sibi Dñs: Templum adeat, precibus vacet: hospi-
tia pauperum visiter, concionibus frequens adsit. In his
versanti se Christus ostendet, alloquetur, agnoscendum se
se familiarius præbebit. Paralyticum qui primùm curauit,
sed declinans à turba, vix sui notitia impertitum reliquit:
is mox orantem, & in templo pie versantem, suauissime
alloquitur, atque sui & cognitione & ardenti amore imbu-
tum suæ gloriæ præconem Apostolumque facit; vt no-
men illud altissimum Iesu, & ipse teneat, & alijs liben-
ter prædicet. Quantus Christi amor in homines? qua-
nta benignitas? [Qui non solum sanat omnes infirmitates
nostras,] sed lectum etiam nostrum ipse super se tollit:
crucem (inquam) illam tam grauem nostrorum scelerum
mole. [Verè enim languores nostros ipse tulit, & infir-
mitates nostras ipse portauit, disciplina pacis nostræ su-
per eum, & liuore eius sanati sumus.] Tanti fuit (ò Chri-
ste, amator hominum) tanti tibi fuit nostra salus? Quis te
non amet, ò salus nostra? ò vita vnica quis te non amet?

Ez. 33.

Galat. 2.

An ego non diligam eum, qui dilexit me, & tradidit se-
metipsum propter me? Diligam plane Christum
meum, quoad vitam, diligam diligentem
me usque ad mortem.

(?)

D. O.

DOMINICA SE-
CVNDA IN QVADRA-
GESIMA.

CONCIO PRIMA.

*Assumpsit Iesus Petrum & Iacobum, &
Ioannem fratrem eius. Matth. 17.*



REDO aliquos vestrum scire cupe-
re, quid rationis habeat, quod sancta Ecclesia hoc ipso tempore Quadrage-
simæ, quod poenitentia & labori dica-
tum est, Euangelium proponit trans-
figurationis Christi, in qua gloria &
lætitia maximè ostenditur. At, quis-
quis ita secum cogitat, inde planè ve-
rissimam rationem intelliget, docere nos velle post hu-
ius montis ardui ascensam laboriosum, meritò speran-
dam esse gratissimam requiem quod bene actæ poeniten-
tiæ succedat, scilicet, mirabile conscientiæ gaudium, at-
que voluptas. Id Salomon testatus est; [Cor, quod no-
uit amaritudinem animæ suæ, in gudio eius non misce-
bitur extraneus.] Puram nempe atque perfectam ani-
mi lætitiam vult intelligi eius, qui iustum ob admissas
noxas dolorem cepit, quod in ea voluptate, quæ ex vi-
tio capit, secus profectò euenit, quemadmodum idem
autor non obscurè significavit de se, cùm scripsit: [Ri-
sum reputavi errorem: Gaudio dixi, quid frustra deci-
peris?] Ergo eo velati commeatu militem suum Spir-
itus sanctus hoc tempore iuuandum recreandumque cen-
suit, quò arreptam Poenitentiæ viam alacrius perse-
quatur. Quia vero spiritualis consolationis, & lætitiae

1. Orationis
vñ trans-
formari ani-
mæ in Deum.

Prou. 14.

Eccles. 2.

munus nobis in oratione diuinitus tribuitur , rectè Christo gloriosam transfigurationem oranti esse factam (vt etiā

Anselm. in ser. de trās- animaduertit Anselmus) Beatus Lucas scribit : [Et facta est, inquit , dum oraret, species vultus eius altera.] Itaque præcipuus scopus Ecclesie , hodierno die , studium nobis orationis accendere : sicuti superiore Dominica ad

Lnc.9. ieiunij studium potissimum excitabat. Quapropter & tunc nobis Christum non solum ieiunum , verū longa etiam fame confectum proposuit , vt ieiunare nos vehementius hortaretur , & nunc ratione pari eundem ostendit Christum orantem , atque in media oratione in mirabilem maiestatis speciem commutatum , quò nos studiosius orationi insistere iuuet , cuius commercio fiat , vt cælestes splendores , habitumque & speciem augustiorem animus accipiat. Etenim orare nihil est aliud , quam cum ipso Deo versari : atqui ex diuina consuetudine Dei etiam quædam similitudo efficitur , quæ animos verissime beat. Paulum vobis testem tantæ rei idoneum produ-

2. Cor.3. co. [Nos verò (inquit) reuelata facie gloriam Domini speculantes in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem , tanquam à Domini spiritu.] Contemplationis igitur assiduæ hic est proprius effectus , vt animus Deo euadat simillimus. Quam rem Moyses præclarè de se ostendit , qui cùm diutius aliquando Dei colloquio familiari frueretur , ex immenso illo lucis fonte etiam ipse quosdam radios expressit mirabiles ; ita vt in faciem eius intendere cæteri non possent , splendoris magnitudine repercussi : [Et ignorabat , ait facer sermo , quod cornuta esset facies eius ex consortio sermonis Domini.]

Exod.34. Quo loco radios (vt dixi) quosdam præclaros fulgoris diuini debetis accipere , non cornua ista , quæ instar boum aut caprorum rade vulgus intelligit. Ut si quis vestrum egregio vnguento imbutas chyrothecas manibus induat , aut pastillos optimos tractet , manus inde suauissime olenentes referre , necesse est , atque ad alios etiam eam fragrantiam omnino transmittere , ac mirificè afficere : sic planè qui diuina secum animo versat & tractat , imbuitur , ne scio quo diuino odoramento , vt Deum referre , atque

(vt ita .

(vt ita dicam) fragrare videatur aspectu ipso , sermo-
ne , actione , rebus omnibus . Nam quid (quæsto) aliud
est illa pax , illa vultus tranquillitas , illa lætitia , illa sua-
uitas magnorum Dei seruorum , nisi odor quidam atque ex
diuino contactu usque molita fragrantia ? Quid nisi immen-
si flaminis fulgor nonnullus ?

Neque verò maximos Dei ministros virosque san-
ctissimos testes afferre opus est : ipsi vos testimonium di-
cere potestis verissimum , cùm copioiore meditatione
atque orationis longiore tractu in Deum intendere vo-
bis contigit , qua animi quiete , quo gaudio , quibus ple-
ni desiderijs discedatis . Ut enim in aqua , cùm tranquil-
la est , resplendet vultus respicientis ; sic in animo pacato , & mundo , diuinæ maiestatis imago reluet . Date
vos assidue orationi , re ipsa probabitis admirabiles de-
litias , quas etiam in hac peregrinatione familiaribus Deus
seruis communicat , de quibus est testimonium Petri :

[Credentes exultatis lætitia inenarrabili , & glorifica-
ta .] Quid potuit altius dici ? Abeat , abeat mundus cum
suis impuris voluptatibus , iisque perbreuiibus , & incer-
tis : nihil ad hanc spiritualem dulcedinem humanæ om-
nes dulcedines habent . Augustinum tantisper audite de Augst. 10.
se profitemen : [Hoc me delectat (inquit) & ab omni lib. conf. 40.
bus actionibus necessitatis , quantum relaxari possum , ad istam voluptatem refugio . Neque in his omnibus quæ
percurro consolens te , tutum locum inuenio animæ
meæ , nisi in te , quo colligantur sparsa mea , nec à te
quicquam recedat ex me . Et aliquando intromittis me
in affectum multum inusitatum introitus , ad nescio quam
dulcedinem , quæ si perficiatur in me , nescio quid erit ,
quod vita ista non erit .] Bernardum etiam testem eius Bern. serm.
re idoneum accipite : [In hoc (inquit) arcanum & san- 23. in Cantg.
ctuarium Dei si quem forte vestrum aliqua hora sic ra-
pi , & sic abscondi contigerit , ut minimè auocet , aut per-
turbet vel sensus egens , vel cura pungens , vel culpa
mordens , vel ea certè , quæ difficilius amouentur ; corpo-
realium imaginum irruentia phantasmata , poterit hic glo-
riari , & dicere : [Introduxit me Deus in cubiculum

suum.] Hæc Bernardus de sancto studio orationis, atque admirabili suavitate contemplationis, quæ magis re experiendo, quam verbis vel literis amplificando percipiuntur.

*2. Locum tē
pusq; quietum oratio-
ni quaren-
dum.*

Verū ad tam excellsum orationis fastigium vt perueniatur, multum & diu laborandam. Secessit Christus à turba; in montem excellsum ascendit. Amat quietem Deus, vt se animæ ostendat; requirit studium atque conatum seruum, relinquenda est turba & hominum, & negotiorum. Locum semotum, tempus tranquillum captare debetis, qui orationi vacare cupitis. Siue in templo, siue domi orandum est, ipso loci silentio, & vacuitate strepitus oratio gaudet. Nocturna tempora opportunitissima ei negotio. Christus in montem secedebat, loca deserta captabat: ibi orabat, noctes totas sæpe orando transigebat: summo mane etiam ad orandum recessisse,

*Marc. i.
Judith. 8.*

Marcus Euangelista scribit. Judith castissima ac piissima foemina in editiore ædium parte, secretum sibi cubiculum, orationi rebusque diuinis dicatum habebat. Vos verò quomodò oratis? Pudet dicere, quanta socordia, quis precum sacrarum contemptus & incuria. Tanquam ludas in eo, sic Psalmos recitas, sic calculos Rolarij percurris; sine attentione, sine deuotione cum Deo agis de rebus tantis: fabellis, iactu oculorum crebro, & leui, ipsa vultus mobilitate rem te ladicram facere præte fers. Et

Gregor. 31. te tamen orare putas? [At vera postulatio, vt scitè ait moral. c. 13.

magnus Gregorius, non in oris est vocibus, sed cogitationibus cordis. Apud Principes autem magistratus qui sua negotia tractant, qui causas agunt, qua attentione, quo studio, qua corporis atque animi compositione rem eam faciunt? cùm sint sæpenumero res inanes & nullius pretij, quas ambient. Cùm de salute tua, eaqué æterna, cum Deo agis, non par studiem, curamque adhibebis?

*Chrysost. de varijs locis,
in Matth.
homil. 17.
in 2. tom.*

Restè prorsus Chrysostomus: in hos inuehitur hisce verbis: [Nonnulli introeuntes Ecclesiam in mille versus extendant orationem suam: quasi apud Dominum multitudine sermonum opus sit tanquam ignorantis quid postules,

Ies , qui antequam cogites , nouit . Nam & illi quidem ,
 quid dicunt , nesciunt . Labia mouentur solummodo : mens
 autem sine fructu est , & aures eius surdae sunt . Tu non
 audis orationem tuam , & Domum vis audire prece
 tuam ? Flexi , inquis , genua : curuasti quidem genua in-
 tus , sed mens tua foris vagabatur : corpus tuum intus , sed
 sensus foris . Os quidem loquebatur , sed mens vñuras co-
 gitabat , amicorum verba voluebat , parasitorum urbane-
 tates ridebat , mulieram speciem considerabat . Diabolus
 enim cum sit astutus , scit quoniam in tempore orationis
 grandia postulemus , & saepius impetremus : impedire fe-
 stinat improvidas mentes .] Huc usque Chrysolomus .
 Vereor equidem , ne preces nostræ frigidæ & impuræ
 potius Dei iram commoueant , quam misericordiam com-
 parent . Vereor , vereor , neque immerito , qui sciam
 Deum per Prophetam talibus Psalmorum cantoribus sto-
 machatum dicere : [Aufer a me tumultum carminum *Amos 5:2*
 tuorum ; & cantica lyræ tuæ non audiam .] Præstat
 (mihi credite) breue precum pensum deuotè persolue-
 re , quam irreligiose multa volumina precum percurre-
 re . Deum tibi adesse confideta , te cum Deo colloqui co-
 gita : ex eo magnum tibi salutis fructum pendere ani-
 madaerte ; ob eam causam dixi locum secretum esse qua-
 rendum ; quod non solum Judith (ut dicebam) docuit ,
 quæ in superioribus domus suæ fecerat sibi secretum cu-
 biculum , ubi cum puellis suis clausa morabatur : sed Pe-
 trus etiam Apostolus , atque Apostolorum Princeps , ut *Actor. i*
 oraret , ascendit in locum editum , atque sepositum . Idem *3. Reg. 1.*
 magnus Elias agebat , cui erat hospitium in superiore ,
 atque a turba remoto parte domus . Habent sacer-
 dotes , quod imitantur : habent patres matresque fa-
 milias , quid sequantur . An non pudet vos , fœminæ
 ingenuæ , ad faciem comedam , & caput ornandum se-
 cretum habere cubiculum , atque horas totas ad specu-
 lum consistere : neque tamen ad orandum , Deoque vacan-
 dum oratoriolum in tam amplis ædibus assignasse , ne-
 que horæ quadrantem in pia meditatione consumere velle ?
 [Tu autem , cum oraueris (ait Christus) intra in cubi-
 culum *Matth. 6:*

culum tuum , & clauso ostio , ora Patrem tuum , qui videt in abscondito .] Non quod in publico orare prohibeat ; id enim in templo , in cœtu Ecclesiæ sœpe fieri est necesse : sed quod fint etiam quædam secreta quærenda , & ad publicum de priuato studio orationis , aliquid , vel potius plurimum addendum . Ea est ergo lectionis sacræ significatio , quod Christus in oratione transfigurandus , suos in montem duxit excelsum seorum .

3. Multò magis internam animi quietē orati quædam.

Quod si perfectè Christum sequentes secedere , atque in montem excelsum subire volumus , non externa tantum turba hominum deserenda est , sed interna multò magis turba ponenda curarum , affectionum , negotiorum ; quæ si minus licet perpetuò relinquere , at eo certè tempore , quo oramus , enitendum nobis est , vt penitus relinquamus . Hunc cordis secessum , atque hanc solitudinem valde commendat diuina Scriptura . In Osea dicit : [Ducam eam in solitudinem , & loquar ad cor eius .] David quoque de se ; [Inuenit seruus tuus cor suum , vt oraret te .] Magnæ sapientiae est , scire cor suum , quærere atque inuenire , illucque ingredi : ibi nidum secretum sibi parare . Hoc secretum cubiculum Dominus , cum oramus , præcipue nos claudere iubet curis certe , & cogitationibus , à re , de qua agimus , alienis . Augustinus plane id sibi ex vnu frequens fuisse commemorat [Intrem (inquit) in cubile meum , vt cantem tibi amatoria , gemens inenarrabiles gemitus cordis mei .] Porro beatissimus pater Franciscus ,

Matt. 6. Augus. lib. conf. ca.

Bonauen. in vita S. Frä sci. ca. 10.

quemadmodum literis tradidit Bonaventura , [orationis gratiam viro religioso desiderandam super omnia firmiter asserebat ,] nullum credens sine ipsa in Dei obsequio proficere . Itaque , quibus poterat modis , fratres ad orationis studium excitabat . Non male quidam censebat bonum monachum aut regularem instar limacis esse deberre : qui secum portat domunculam suam ; in quam simul atque offensionis quicquam incurrerit , totum se abdit atque implicat : eam domunculam , orationem interpretabatur , cuius habitum atque vnum secum deferre quouis religiosus animus debeat : ad quam etiam continuò confugiat , cum rei cuiusvis difficultas se se offerat .

Neque

Neque ab ea Philosophia abhorrebat Dauid: [Apud me (inquit) oratio Deo vita meæ.] Apud se dixit, orationem existere, in promptu videlicet, & ad manum. Neque enim liber committenda res tanta, neque in cubiculo relinquenda: [Volo viros orare in omni loco,] Paulus scribit: in via? etiam in via. In foro, in conuentu negotiatorum? etiam in foro atq; in quo quis hominum coetu. Nonne Christus docuit, oportere semper orare? Non ergo secessus ille in montem excelsum eò pertinet, vt in vrbe & medijs negotiorum tuibis orare non debeamus, id enim & omni loco, & nullo non tempore agere diuinæ nos literæ hortantur, sed illud potius sibi vult tam insignis in montem ascensio, esse debere tempora, & loca vberiori ac fusiori orationi faciendæ accommodata. Neque potest spiritualis homo diu consistere sine accurata hac orationis diligentia: neque res magnæ perfici, neque asperæ tentationes aliter vinci possunt. Orationis studium ad omnia valet, omnibusque est ei vacandum, sed cuique pro modo suo.

Iam verò, vt instituti rationem teneamus, videndum est, 4. De eomis quos sibi socios Christus ducat in montem; qui illic proprie- tibus oratione appareant, quid demum suis præcipiat Deus veluti admisit, deq; fru- rabilis eius visionis fructum. In orationis quippe & cōtem- plationis negotio vel otio potius, omnia hæc attendenda atque intelligenda sunt. Assumpsit quidem Christus Petrum, do- Iacobum, & Ioannem. Non insulte Patres nonnulli his tri- bus viris tres significatas illas virtutes volunt, quas Paulus commemorat, Fidem, Spem, Charitatem: quas oporteat sibi associare eum, qui ad culmen diuini montis, cupiat euadere. In Petro fidem accipimus, quam in eo saepe à Christo lauda tam legitimus. In Iacobo spem, qui luctator est, & obtinendæ victoriæ fiducia in certamine perseverat. Ioanni dilectionem maximè conuenire, qui & dilectus discipulus fuit, & vehementer Christum dilexit, nemo (credo) contradixerit. Fidem & Spem oranti inesse debere, Iacobus Apostolus plenum facit: [Postulet, inquit, in fide nihil habens. Qui enim habens, similis est fluctui maris, qui à vento mouetur, & circumfertur. Non ergo astimet homo ille, quod accipiat ali- quid à Deo.] Porro charitatem orantis Deus maximi facit,

quæ

Psal. 41.

1. Tim. 2.

Luc. 18.

1. Cor. 13.

Jacob. 1.

quæ ad impetrandum etiam plurimum valet. Idem nos Apostolus docet: [Petitis, & non accipitis, eò quòd male petatis, vt in concupiscentijs vestris insumatis. Adulteri, nescitis, quoniam amicitia huius mundi inimica est Dei.] Itaque ex cupiditate quæ profecta est postulatio, inanis est, & fructus vacua: quæ verò Dei, & proximi dilectione nititur, ea vehemens est, & mirè efficax. Adde huc, quòd hæ tres virtutes Theologicæ non solum orationem ex se producunt, verum ipsæ quoque oratione crescunt, augentur, perficiuntur.

Adesse autem in monte Christo oranti, ac transfigurato Eliam & Moysem, illud significat, quòd zelus Dei, & mansuetudo aduersus proximum in sublimi orationis ver-

Num. 12. tice reperiantur. Nam Moysem fuisse hominum omnium mitissimum, Eliam tanquam facem zelo ardenter, & in-

Eccles. 48. flammatam, Scriptura sacra testatur. Inter hos medium esse Iesum oportet, vt vterque ad Iesum respiciat: id est, vt neque zelus in aliqd intendat, quam in Dei gloriam, neque tolerantia & mansuetudo proximorum peccata ferat, nisi propter eorundem salutem, quæ ad Dei gloriam refertur. Sic in arca testamenti tabulas legis fuisse reposi-

tas, cum manna & virga simul accepimus, quod beatus Gregor. 3. Gregorius interpretatur, in Dei lege seruanda vtramque par. pastor. adhibendum esse, suavitatem (inquam) atque disciplinam. cap. 17.

Idcirco Spiritum sanctum, idem Pater scribit, & in columba, & in ignis specie apparuisse, vt mansuetudinem non

esse zelo Dei contrariam, neque ab hoc illam destrui declararet. [Quid vultis (inquit Paulus) in virga veniam ad

vos, an in spiritu mansuetudinis?] Aliiquid ergo Eliæ præseferat, aliiquid etiam Moysis oportet eum, qui in monte in Dei gloriam transformatur, conformis factus imagini Filij Dei. Postremò videmus vocem fuisse illam elatam à Deo: [Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui: ipsum audite.] Qui sanè totus orationis & colloquij cum Deo fructus est, vt Christum audiamus, vt illi pareamus, vt vnum eum imitari conemur. Nimirū obediens-Exod. 32. tia legis diuinæ certissimus ac fidelissimus testis est altæ atque sublimis orationis. Moyses sanè post admirabile il-

Iud, diuturnumque cum Deo colloquium è monte reuerte-batur, tabulas legis Dei digito scriptas gestans in mani-bus: quod nos sequi necesse est, si sapimus, ut quoties ab oratione redimus, Dei legem atque præcepta manu tenea-mus, atque gestemus. [Qui enim conseruat legem, dixit Eccl. 35: sapiens, multiplicat orationem.] Orationis ergo studium obedientiam maximè promouet, atque ab eadem ipsa obe-dientia accenditur atque inflammatur, ut fortior robustior-que sit.

Iam illud, quod ultimo loco est dictum. [Nemini disxeritis visionem hanc, donec filius hominis à mor-tuis resurgat,] quid aliud nos docere putamus, quam ut in rebus orationis arcanis silentium teneamus, neque mystica, atque secreta illa Dei alloquia, donaque pre-tiosa facilè evulgemus? quod Paulus sapientissime dixit: [Siue mente excedimus Deo, siue sobrij sumus vobis.] 2. Cor. 5. Excessum mentis & raptum, Deo seruatum cupit: erga homines moderationem, atque æqualitatem quandam 4. Reg. 20. potius esse adhibendam: ne si thesauros incepit externis ostendamus, quod incaute Ezechias Rex fecit, diripi no-bis posteà frustra queramur. Nam qui Deo in custodien-do deposito atque secreto fidelis non est, cum certè opor-tet infideles in se homines reperire; tuta ergo mens est si-lentio, quaæ Deo vacat, atque ineffabiles illius claritatis fulgores accipit, & se se, quantò altius est in superna lu-blata, tantò humilius atque modestius comparat, dum versatur cum cæteris, ad quos è sacro monte descendere aliquando necesse est. (?)

IN E A D E M D O-
M I N I C A , C O N C I O
S E C V N D A .

*Et transfiguratus est ante eos, & resplenduit
facies eius sicut Sol. Matth. 17.*

*1. Transfi-
gurationem
fuisse quen-
dam gustum
gloriae cæle-
stis.*

Matth. 16.



*Ansel.ser.
de transfigu-
ratione.*

*Leo ser.de
transfigur.*

Num. 13.

Ransfiguratio Domini, quæ nobis ho-
die proposita est, gustus est quidam fu-
turæ gloriæ, quam speramus: atque il-
lius immensi boni species quædam sa-
cra & augusta. Eam ob rem cœlestè Re-
gnum à Christo vocata est. [Sunt(in-
quit) quidam de hic stantibus, qui non
gustabunt mortem, donec videant filiū

hominis venientem in Regno suo:] quod in hac visione im-
pletum est, cùm in monte Iacob in nouum & augustum ha-
bitum commutatum Christum intuiti sunt. Quam rem aptè
demonstrat Anselmus his verbis: [*Quia poterat longa vide-
ri præsens afflictio nescientibus, quando requies promissa
veniret, voluit pius Magister aliquibus discipulorum suorū
adhuc in terra degentibus æternæ promissionis gaudia præ-
monstrare, quatenus aduersa tolerarent, reducto sæpius ad
mentem futuræ retributionis munere, quod expectarent.*]

Nec minus id bene à Leone expositum his verbis: [*Non mi-
nore prouidentia spes sanctæ Ecclesiæ fundabatur, vt totum
Christi corpus agnosceret, quali esset commutatione donan-
dum, vt eius sibi honoris consortiam membra promitteret,
qui in capite præsulisset.*] Promissæ olim terræ, quæ opti-
ma esset, & lacte manaret ac melle, filiis Israel fructus suaves
atque pretiosi per exploratores, iubente Deo, demonstrati
sunt, vt specie mirifica excitati, ardentiū ad eam sibi parandam
Provinciam progrederentur. Nam qui vinum optimū
vendit, ne pretij magnitudine emptor deterreatur, libenter
propinat tantillum, quo gustu affeetus, comparare pergit
excellen-

excellentem liquorem. Id ergo interdom Deus agit cū suis; ut cælestis patriæ nonnullum haustum degustent: quemadmodum etiam Paulus Apostolus videtur insinuare verbis illis, [Gustauerunt cælestē donum, virtutesque seculi venturi.] Itaque supernæ illius gloriæ, quam habet Deus suis param, si imaginem quandam expressam intueri cupimus, in hæc diuinæ transfigurationis speciem oculos conuertamus: atque eā per partes singulas, quoad licet, persequamur. Erit operæ pretium hoc ipso tempore vel tantisper in cælesti Beatitudine versari.

A C primū, quid ascensio in montem excellum atque sepositum significet, consideremus. Etenim montem Dei, pax, & omni statum vita futuræ beatæ indicate, non dubium est. [Quis nisi mali va ascendit (inquit) in montem Domini?] Esaias etiam: [Adducitas in illam eos in montem sanctum meum, & latificabo eos in domo orationis meæ.] Mons verò ille altus atque editus luce fruitur pura, cælo sereno: remotus valde est ab hac cōtagione terrena non ed perueniunt crassi isti ac fœculenti vapores, qui ex misera lachrymarum valle perpetuò exhalantur: non illic (inquam) sunt isti labores, atque ærumnæ, quas modò patimur. Liber est locus ille ab omni ista tempestatæ incursione. Quidquid hic premit, quidquid affigit, lace rat, cruentat miseris homines, exclusum est ab eo monte, ac longissimè explosum. [Fugiet dolor & gemitus, quæ prima abierunt. Et non esurient, neque sitient amplius, neque cadet super illos Sol aut æstus vllus.] Quæ corpori sunt molesta, & acerba, relicta sunt omnia. Non illic famæ, non frigus, non lassitudo, labor, pauperies, morbi, senium, dolor nusquam: nulquam mors: sat ellites denique isti omnes illinc perpetuò relegatis sunt. Misericordia omnes detractæ, huius corporis incommoda omnia prorsus finita. Denique mortale totum (vt Paulus diuinè loquitur) absorptum à vita. Animaverò ægritudo omnis & noxa longè amplius exclusa. Neque tristitia vlla, neque angor, neque solicitude quenquam tenet, pericula nulla, nulli timores, non curæ, non inuidiæ locus, non iræ, non perturbatio, nullæ contradictiones, aut inimicitiae, tentationes nullæ, vicissitudo malii, boni inconstantia procul. Denique ex regno peccati

L portio.

Hebr. 6:

Psal. 23.

Ezai. 56.

Esa. 35.51.

Apoc. 7.21.

1. Cor. 15.

portio illic nullacernitur. Omnibus malis libera vita. Qui hanc vitam cum illa vita confert, & pericula, dolos, ærumnas, quæ hic in perpetuum abundant, illic funditus exclusas, atque exterminatas cogitat, non potest non suspirare Beatam felicium sedem, peccati vacuam, miseriarum totius expertem. Cyprianus ita de clamat, [Tūc esse seruis Dei pacem, tunc liberam, tunc tranquillam quietem, quando de istis mundi turbinibus extracti, sedis & securitatis æternæ portum petimus: quando, expuncta hac morte, ad immortalitatem venimus. Illa est enim nostra pax, illa fida tranquillitas, illa firma & stabilis, & perpetua securitas. Ceterum, quid aliud in mundo, quam pugna aduersus Diabolum quotidie geritur? quam aduersus iacula, & tela conflistationibus alsiduis dimicatur? cum avaritia nobis, cum impudicitia, cum ira, cum ambitione congressio est: cum carnalibus vitijs, cum illebris sæcularibus alsidua, & molestaluctatio est. Obsessa mēs hominis, & vndeque Diaboli infestatione vallata, vix occurrit singulis, vix resistit. Si avaritia prostrata est, exurgit libido: si libido compressa est, succedit ambitio: si ambitio contempta est, ira exasperat, inflat superbia, violentia inuitat, inuidia concordiam rumpit, amicitiam zelus abscondit. Coegeris maledicere, quod diuina lex prohibet: compelleris iurare, quod non licet; tot persecutioes animus quotidie patitur, tot periculis pectus vrgetur.] Hæc à Beatissimo viro, ac fortissimo martyre de vita huius mortalis miserijs copiose atque ornatè perorata sufficien, ut quanta sit vita illius immortalis, istorumque omnium secura felicitas cogitemus.

*3. Quæ sit
societas &
communicatio Beato-
rum.*

Ad montis excelsi dignitatem accedit iucundissima sanctorum amicitia, atque familiaritas in illa patria caelesti futura, quam in Elia & Moyse, Petro, Iacobo & Ioanne adumbratam videmus. Tantus enim Petrum ardor diutissime illo consortio fruendi rapuit, ut diceret tabernacula illic fabricanda Domino, Moysi, atque Eliæ. Versari cum talibus summam votis suis nimirum statuebat. Ac reuera, si qua est in humana vita iucunditas, ea est cum amicis, cum sapientibus, cum iustis versari. Vos ipsi potestis meminisse, quam sit dulcis cum fideli & prudente & charo amico consuetudo,

do. Quid erit igitur cum Martyribus, cum Prophetis, cum Apostolis, cum Angelis, Archangelis, & ipsis Cherubinis, atque Seraphinis familiarissimè colloqui? suauissimè congregidi? quid cum Petro, cum Paulo, cum ipsa Dei Genitrice amantissimè versari? Quos maximè charos habeas, eosdem nancisci & potentes & familiare, & tui studiosos? Quanta felicitas hæc? ant quæ huic compara-
 ri potest, in tanto procerum diuorum consortio & iucun-
 dè & gloriose sedere? Paulus quidem admirari nos cogit,
 cùm dicit: [Accessistis ad Sion montem, & ciuitatem
 Dei viuentis, Hierusalem cælestem, & multorum mil- Heb. 12.
 lium Angelorum frequentiam, & Ecclesiam Primitiu-
 rum, qui conscripti sunt in celis.] Talis sanè est mons
 ille gloriosus atque sublimis, talis societas æterna san-
 etorum. Quo in loco volo vos nonnihil consistere, atque
 admirabilem quandam illius societatis excellentiam be-
 ne considerare. Etenim tanta est Beatorum omnium con-
 sensio, tantus animorum mutuus ardor, ut nemo sibi
 quicquam separatum velit, nihil boni habeat, quod non
 cum alijs vltro communicet: ita fit, ut omnium bonis sin-
 guli gaudeant, atque perfruantur: singulorum felicitatem,
 quantâ capere quisq; potest, omnes ament. Itaq; mutua at-
 que ineffabili charitatè omnium Beatorum gaudia vnu-
 quisque communicat, & sua cæteris libenter impertit: qua
 amicitiæ dulcedine quid potest esse iucundius? quid cogitari
 illa mutua cōmunicatione diuinius? Facit enim perfectissi-
 mæ amicitiæ lex, ut sint ibi amicorū bona omnia cōmunia.
 Eam excellentissimæ vitæ Beatæ communionem ut Spiri-
 tus sanctus doceret, in Apocalypsi Ioānis narrat totâ ciuita-
 tē cælestē Hierusalem existere ex auro mundo, atq; hoc au-
 rū esse pellucidū simile vitro mūdo. [Ipsa autem ciuitas (in-
 quit) aurū mundū, simile vitro mundo.] Auro planè charita-
 tē illam egregiam significari nemo non intelligit, ipso Ioāne
 docente; [Suadeo tibi emere aurum ignitum probatum.] Apo. 21.
 Vitro autem mundo aurum cur simile facit, obsecro Apo. 3.
 vos? Profectò, ut in pellucido, & chrystallino vase for-
 mæ, speciesque rerum latere non possunt, sed simul & ac-
 cipient vndique obiectas, & æquè acceptas ex se trāsmittūt,

vitrea omnia ac pellucida vasa: ita ciuitatis illius cælestis incolz, & bona omnium in se accipiunt, & sua communicant omnibus. Neque enim falsò aut immerito Christus dixit beatum seruum, qui Domino fidelis persistenter, quod super omnia bona sua constitutus est. Omnia, nimirum, Dei bona Beatorumque omnium unusquisque participat, tantumque capit ex omnibus, quantum illius mensura, & modus capere potest. Nihil ergo amplius desiderat, nemini inuidet: aliorum gaudia sua esse amoris mutui ratione facit. Quem charitatis ineffabilem gradum, quæ veluti sui penitus obliuiscitur, Petri sermo præclarè indicat, qui nihil de se cogitans, tabernacula Christo, Moysi, & Eliæ erigere parabat. Idque sibi esse bonum dicebat: Bonum est nos esse hic (inquit) velut dulcedinis diuinæ haustu ebrios, nec sui compos: quod Lucas notat; [Nesciēs, (inquit) quid diceret.] O præclara Dei nostri in monte sancto domicilia: o contubernium sanctorum, atque charorum votis omnibus expetendum: o [quam dilecta tabernacula tua, domine virtutum? concupiscit & deficit anima mea in atria tua.] Iam cætera persequamur.

4. Quæ sit corporis glorificatio pulchritudo & decor. [Relplenduit facies eius, sicut Sol, vestimenta autem eius facta sunt alba, velut nix.] Hic propriè corporum gloriicatorum pulchritudo atque præstantia demonstratur, de quare Paulus sic dicebat: [Nostra conversatio in cœlis est, Vnde etiam Saluatorem expectamus, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ secundum operationem, qua polsit etiam subiecte sibi omnia.] Exemplar ergo gloriae nostræ, corporis Christi gloria est. Operationem verò dicit Dei tam potentem, ut omnia sibi subiecta, atque ex ijs, ea efficiat quæ velit. Nam mortale absorptum erit à vita, ut idem alias ait, & [oportet mortale hoc induere immortalitatem, & corruptibile hoc induere incorruptionem.] Ea sunt, nimirum, indumenta, quæ candidiora facta sunt niue. Tunc hoc corpus quod corruptitur, & aggrauat animam, ut sapiens dixit, tam subtile erit, tam leue, tam agile & velox, ut non modò oneri minimis, verum etiam veluti spirituale factum spiritui mirificum. c. 30. cæ in omni actione consentiens,] Vbiunque enim volet spiritus, ibi protinus erit corpus, neque aliquid volet spiritus

Philip. 3.

5. Cor. 15.

Sapien. 9.

Aug. 22. de C. 30.

spiritus, quod nec spiritum possit decere nec corpus] ut
Divus Augustinus optime dixit; qua corporis glorifica-
ti agilitate ac subtilitate quid potest cogitari præstantius?
quid diuinius? Nōne rapit nos tā Beati status desideriū, quos
terrenum corpus ita premit, graue, tardum, caducum, ini-
xijs rerum omnium obnoxium? Iam verò illa oris pulchritu-
do quæ erit? quæ dignitas? quis splendor vultus? quod to-
tius corporis decus & lumen? [Transtura quippe (vt Augu-
stinus ait) est necessitas tempore venturum, quando sola Augu-
stinus ait] de cœ. cap.
inuicē pulchritudine, sine vlla libidine perfruamur.] [Rel-
24.
plenduit, inquit, facies eius vt sol,] ea erit species Beatorum.
[Tunc (inquit Christus) iussi fulgebunt, sicut sol in regno Mat. 13.
Patriis eorum.] [Et sicut scintillæ (ait scriptura) in arundineto Sap. 5.
discurrent] Tanta erit celeritas motuum atque facilitas. De-
niique breuiter cuncta Paulus complexus est: [Seminatur,
ait ille, corpus in corruptione, surget in incorruptione: se-
minatur in ignobilitate, surget in gloria: seminatur in
infirmitate, surget in virtute: seminatur corpus animale,
surget corpus spiritale.] Hæ sunt ergo immortalitatis
vestes preciosæ, splendidæ, pulchræ, quibus superestiri
(ita enim loquitur) Paulus optabat. Has vestes nec Seres 2. Cor. 5.
texunt, nec Tyrii insciunt: sunt auro intecto, & bomby-
cino elaborato elegantiiores. Si corporis glorificati oculi
vestris vel tenuis aspectus occurreret, mihi credite,
tantam amorisflammam illa pulchritudo excitaret, vt
nihil aliud vel agere vel spectare liberet, toti p̄r gau-
dio, & admiratione in eo spectaculo defixi teneremini.
Meritò se Propheta decorem ac pulchritudinem domus Psal. 25.
Dei dilexisse commenmorat. Meritò Esaias pro mag-
na felicitate prædictit Regem in suo decore spectan- Esa. 33.
dum.

Magna quidem sunt hæc, & quæ ad illius Regni mag- 5. Visio &
nificentiam exoptandam non mediocriter excitent. Ve- fruitio dini
rum in vestibulo adhuc sumus; suburbana tenemus; the- ne essen-
cam atque opertoria conspicimus; In ædes verò ipsas tia.
nondum penetramus, nondum virbis mœnia excelsi-
mus. Preciosum monile, quod latet in theca, nondum
inspeximus. Neque verò possumus pro hac imbecilli-
tate L 3

tate oculorum mortalius. [Omnis gloria filia Regis ab intus.] Quis eō penetrare poterit? Quis cum videre, [qui lucem inhabitat inaccessibiliē, quem nullus hominum vidit, nec videre potest.] Bene Anselmus; [Hæc nubes de trāfigū.] lucida, quæ nunc super discipulos facta est, & obumbravit eos, est illa lux inaccessibilis, in qua Deus habitat;] quam sententiam Dionysij Areopagitæ autoritate confirmat. [Vox (inquit) Patris audita est. Hic est filius meus dilectus;] Nubes verò lucida obumbravit, ac circumcinxit eos: Hæc est præsentia Trinitatis Deificæ: hic proflus deficiunt, & prosternuntur Apostoli, hic facies auertunt, tantum, nimirū, maiestatis splendorem ferre non possunt homines mortales: itaque se se totos abiiciunt ac demittunt in terram. Quis enim essentiae illius beatissimæ ineffabilem aspectum, vel verbis exprimere, vel cogitatione complecti se posse speret? [Oculus non vidit (Deus) absq[ue] te, quæ præparasti diligentibus te:] Et tamen promittitur nobis diuina illa visio, & erit cùm facie ad faciem videamus eum, sicuti est, & cognoscamus, sicut & cognoscimus. Erit, cùm immenlos Solis illius fulgores irrepercussis oculis aspectemus. Erit, cùm infinitum pelagus diuinæ altitudinis ingrediamur, totique gloriæ sempiternæ insuperabilis gurgite summagamar, nec suffocemur, sed vita potius diuina delibuti, omnibus bonis circumfluamus. Erit, cùm D[omi]n[u]s simillimi esset, Dei ipsam in substantiam inexplicabili quodam modo transformemur. Hæc illa est transfiguratio glorioſa & diuina, quam Christus semper expetere nos vult, quam hodierno die modo quodam cernendam in se se exhibuit; ut tanto spectaculo excitati, ad illa superna domicilia anhelemus, ubi summæ pacis, summæ lætitiae, dulcissimi amoris, voluptatis, felicitatis, bonorum denique omnium sempiterna possessione fruemur. Nonne subit animum dicere? [Concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini, & cor meum, & caro mea exultauerant in Deum viuum.] Torrente illo voluptatis in Paradiſo Dei nostri potabimus, & inebriarimur præ vertate domus Dei. Bibemus de illo quidem fonte vitæ æternæ, & semper amplius bibere.

Psal. 44.

1. Tim. 6.

Ansel. ser.
de trāfigū.

Ezai. 64.

1. Cor. 2.

1. Ioan. 3.

1. Cor. 13.

Psal. 83.

bere exoptabimus. Sitis sine molestia, satietas sine fa-
stido semper erit. [Apud te (Domine) est fons vita,] *Psal. 37.*
qui copiole flumine irrigat omnia illa ligna Paradisi de- *Gene. 2.*
liciarum. Ad te sitit anima nostra, & sicut cernus deside-
rat fontes aquarum, ita mens nostra desiderio aeternæ
vitæ, quæ manat ex te, tota rapitur, tota inardel- *Psal. 41.*
cit, tota se se immergit in te uno sempiterno tempo-
re cupit.

IN EADEM DO- MINICA CONCIO

TERTIA.

Assumpsit Iesus, &c.



ON dubium est, quin iij qui sequuntur Christum, Christi etiam crucem portent, quemadmodum Paulus Apostolus & refert, & gloriatur de se, [Semper (inquit) mortificationem Christi in corpore nostro circumferentes.] Quod non esse sibi singulare, & proprium, sed Dei servis commune omnibus, alijs docet: [Et omnes, inquit, qui pie volant vivere in Christo, persecutionem patientur.] Item alijs. [Per multas tribulationes oportet nos introire in Regnum Dei.] Quæ sane crucis Christi perendifratio triplex est. Quidam à Satana impugnantur, & tentationes patiuntur graues, & permolestas, vt de Christo, & Sancto Iob legimus, de Sara Tobiae iunioris coniuge. Semper enim Satanás aduersatur ijs, eosque (vt Christus suos admonuit) veluti cribrare, atque huc vertere, & iactare conatur, vt à Deo deficiant vieti laboribus, aut illecti, &c seducti noxia dulcedine peccati. Alij vero ab

*Crucem
Christi por-
tare iustos,
camque esse
triplicem.*

Cor. 41.

Tim. 3.

Act. 14.

Lyc. 22.

ipſis hominibus cræcē tolerāt, quorū vel mōribus offenduntur, vel leduntur sermonib⁹, vel etiā factis infestis oppugnantur. Horum magna est leges in mundo. Sic Cain persequebatur Abel fratrem iustum & innocentem, sic Imael Isaacum, sic Esau, Iacobum. De sancto Loth Scriptura commemorat, [quod cruciarent animam iusti iniquis operibus homines scelerati.] Christus tales perperitus est, homines ingratos, impios, sceleratos, semper insidiantes, semper vera dicenti contradicentes, vsque ad necem denique crucis infestos & atroces. Suos vero ad similia perferenda hortatur.

2. Pet. 2.

[Si me persecuti sunt, inquit, & vos persequētur. Prōpterea odit vos mundus, quia de mundo non estis.] Tertium crucis portandæ genus est, quo quisque se, hoc est carnem suam affigit. [Qui enim sunt Christi, carnem suam crucifixerant cum vitijs & concupiscentijs.] Ergo, ieiunijs, vigilijs, asperitate vestis, tenuitate victus, compresione sensuum, ceteraque omni mortificandæ carnis industria, qui se se exercēt, hi profecto egregiæ crucem Christi tollunt & ferunt.

Ioan. 15.

Quos omnes alloquatus est Princeps noster, cum dixit. [Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.] Maneat ergo certum & constans, quod fallere nunquam potest, non esse Christi discipulum, qui Christi crucem, & labores nullos sustinet.

Matth. 16.

2. Crucis &
labores pio-
rum, diuinis
consolationi
bus tenari;
esque esse
duplices.

At ijs laboribus qui pro Christo tolerantur, esse præclaram mercedem prōpositam, nemo etiā ignorat, qui Dei verbo aures aliquando præbuit. Verū non Regnī solum ecclēstis præmia Christi militibus promittuntur, qui belligerantur strenue aduersus carnem & sanguinem, aduersum etiam mundi rectores potestatesque tenebrosas: sed in ipsa etiam pugna multum auxilij, multum latitiae datur: suppetunt in medijs laboribus consolationes diuinæ, tum frequentes, tum magnæ, quæ omnem eam certandi difficultatem facile superant. [Sicut enim abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra,] dicebat quidem Paulus. Nec dissimilia David: [Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, ita consolationes latificauerunt animam meam.] Itaque de primis il-

2. Cor. 1.

Psal. 93.

lis Ec-

lis Ecclesiæ alumnis scriptum legimus, Spiritus sancti consolatione repleri solitos.

Quæret ex me aliquis, qua nam de se ea spiritualis læti- Att. 9.

tia consolatioque nascatur. Cui ego facilem dicturus, bi- Rom. 11:2.

pertitam esse eam consolationis sanctæ rationem. Una est 2. Tim. 2.

spei cuiusdam firmissimæ de Regno æterno capessendo, August. in

quæ animum mirificè exhilarat, ac labores libenter etiam Psal. 127:1.

deuorare facit, velut pignore certo obtento futuræ hære- datis altissimæ.

Hoc gaudij genus respexit Paulus, cùm Rom. 11:2.

dixit. [Spe gaudentes, in tribulacione patientes.] [Si susti- 2. Tim. 2.

stinebimus (idem alias) & conregnabimus.] Præclarè de August. in

hoc genere gaudij Augustinus: [Sæculi homines infelici- Psal. 127:1.

ter felices sunt, Martyres autem feliciter infelices erant: d. 11. 1. 1.

Quid enim dicit Apostolus: quasi tristes, semper autem d. 11. 1. 1.

gaudentes. Quare semper? Et hic & ibi: prorsus, & hic d. 11. 1. 1.

& ibi. Hic enim vade gaudemus: de spe. Ibi vnde gaude- d. 11. 1. 1.

mus: de te. Magnum gaudium habet spes gaudentis: & si d. 11. 1. 1.

spe gaudentes, videte quid sequitur, in tribulacione patien- d. 11. 1. 1.

tes. Martyres ergo ideo in tribulacione patientes erant, d. 11. 1. 1.

quia spe gaudebant.] Merito Augustinus de gaudio spei ita d. 11. 1. 1.

censet. Ut enim qui litigant, cum causam sibi bene proce- d. 11. 1. 1.

dere evidet, expensas ac molestias nihil curant, sed futuræ d. 11. 1. 1.

victoriae lætitia gestiunt; sic qui sua profundant pro Chri- d. 11. 1. 1.

sto, & multa tolerant pro Euangeliō seruando, mirificè re- d. 11. 1. 1.

ficiuntur, ac recreantur futuræ beatitudinis contemplatio- d. 11. 1. 1.

ne. Videas pueros Principes, qui pædagogorum dura ad- d. 11. 1. 1.

huc reguntur disciplina, neque à servis (vt dixit Aposto- d. 11. 1. 1.

lus) parendi necessitate differunt; tamen exultare & ge- d. 11. 1. 1.

stire, cùm paternas sibi copias & dominatum breui cestrum d. 11. 1. 1.

intelligant. Magna est omnino certæ spei vis ad exhibi- d. 11. 1. 1.

landum animum, laboresque interim deuorandos. Alterum d. 11. 1. 1.

genus consolationis est in gusto quadam intimo sua- d. 11. 1. 1.

nitatis diuinæ, quæ se se aliquando in mentem hominis ef- d. 11. 1. 1.

fundit, ac cælesti dulcedine imbait. De quo genere Diuus d. 11. 1. 1.

Bernardus. [Interim consolatio erit, & præparatio ad hoc Bern. serm.

ipsum quod postulas, sunt quædam spirituales similitudi- 41. in cant.

nes, in quibus purissima diuinæ sapientiæ sensa animæ con- ca.

templantis conspectibus præsentantur, vt videat saltem à d. 11. 1. 1.

speculo & ænigmate, quod facie ad faciem nullatenus valeat intueri. Diuina sunt hæc, & nisi expertis prorsus incognita, quæ effamur, quo modo, videlicet, in hoc mortali corpore, adhuc fide habente statum, & nec dum propalata perspicui substantia luminis, iam tamen interim puræ interdum contemplatio veritatis partes suas agere intranos vel ex parte præsumit. Cùm autem diuinus aliquid raptim & veluti in velocitate cornu scilicet luminis interluxerit menti spiritu exceedingenti] & cætera quæ prosequitur Bernardus prorsus diuinæ, qui meritò ea Dei dona & gaudia, nisi ab expertis intelligi posse negat. Quæ spirituales delitiæ, quoniam mirabiles sunt, diuersis nominibus appellantur. Paulus quidem cælestes virtutes & dona vocat: [Gustauerunt (inquit) cælestē donum, & virtutes saeculi venturi.] Petrus lætitiam glorificatam appellat, sic scribens: [Quem cùm non videritis, diligitis, credentes autem exultatis laetitia inenarrabili, & glorificata.] Ioannes Manna diuinum, & calculum pretiosum. [Debo ei manna absconditum, quod nemo scit, nisi qui accipit, & dabo ei calculū candidum, & in cælculo nomē scriptum:] & cætera. Alibi pignus hæreditatis vocatur ille diuinitus datus spiritus. David stillicidia gloria, stillatia super terram, ipse Dominus ac Deus noster Iesus Regnum cælorum sæpe vocitat, præsertim hoc loco, quo cōmemorat aliquot sibi astante, qui essent prius quam vitâ finirent hæc, visui filium hominis in Regno suo. Itaque ut olim Abrahæ victori, de prælio reuertenti magnus sacerdos Melchisedech protulit cōmeatu: vt etiā Moyses præliaturis Israelitis iussit de fructibus terra promissionis præclarâ quæ dā munera libari: Ita benignissimus Deus fructus adhuc in terra agentes cælestibus quibusdā donis ac delicis dignatur, ut gustu quodā supernæ patris percepto, alacriores fortioreque certamen sibi propositum persequantur. Qua sanè ratione diuina sapientia uisa est, cùm ad portandā crucem, & sequendam homines exhortabatur, futuræ lætitiae ipsæ & Regni participatione

Heb. 6.

I. Pet. 1.

Apoc. 2.

Ephes. 1.

Psal. 71.

Mat. 16.

Gen. 14.

Num. 13.

3. Spiritualia proposita.

les voluptates esse honestas & summa opere interest ad vitâ cū pietate siuissimas & voluptatis promissione respergete; atque lenire, considerare vos

Te vos velim, nullum esse exercitationis genus, quod possit
sine voluptate aliqua esse diuturnum. Præclarè enim philo-
sophatus est Aristoteles, qui eos reprehenderet, Platonem
in primis, qui viro sapienti, omni prorsus voluptate abstine-
dum esse præciperent, quod virtuti voluptatem usque qua-
que aduersari censerent. Secus rem se habere. Nam quæ vo-
luptas ex ipsius virtutis officio nascitur, eam non solum vir-
tutem non imminuere, sed potius augere vehementer;
quæ verò turpis & vitiola esset voluptas, eam propriè
hostem esse virtutis; itaque modis omnibus deuitandam.
Præclarè ita (ut dixi) Aristoteles: cuius sententiam sa-
cræ literæ probant, quæ delectandum in Domino, gau-
dendum in Domino præcipiant: quæ etiam mirabiles
sapientiæ delectationes, & caelestes quasdam delicias præ-
dicant, ad quas homines aude capessendas etiam atque
etiam inuitant. Sunt verò utriusque generis multa & ma-
gna discrimina: voluptatis (inquam) illius impuræ &
carnalis, atque huius spiritualis & puræ. Primum, quod
impura voluptas brevis est honesta ac sancta, perquam
diuturna. Deinde carnis voluptas exitum habet acerbum
& tristem: spiritualis contrà suauissimum atque iucun-
dissimum. Deinde viciosa voluptas animum fauciatur, aut
etiam interficit: at spiritualis vitam potius tribuit æter-
nam. De illa corporea & turpis sapiens dixit, [Ingreditur
blandè, & mordebit ut coluber, & quasi regulus venena dif-
fundet.] Ideiq; alio loco, [Extrema eius amara, sicut absyn-
thiū.] Contrà lætitia spiritualis semper manet. [Gaudete (in
quit) in Domino semper.] Et delectationes in dextera tua
usque in finem.] Etenim, quæ ex bono honestoque offi-
cio voluptas percipitur, ea præteriti memoriam habet
incundam, in præsenti dulcis est, futuri verò spem præcla-
ram nutrit: contrà turpis ac viciosa voluptas præfens qui-
dem est foeda, memoriam verò habet præteriti puden-
dam, timorem autem in futurum vindictæ parit. Hi
sunt proprij turpitudinis fructus, quemadmodum Aposto-
lus ostendit, cum dicit. [Quem fructum habuistis in illis,
in quibus nunc erubescitis? Nam fructus peccati mors.] Ho-
nestæ verò delectationis ratio est diversa; sapientia diui-
na deg-

Aristot. 10.
Ethic. cap.
1.3.4. & 5.

Psalm. 36.
Phil. 4.

Sap. 6.7.8.

Pron. 23.

Pron. 5.

Psal. 35.

Phil. 4.

Rom. 6.

Psal. 13.

Eccles. 24.

na delicias commemorante eas; [Accedite ad me, qui concupiscitis me, & à generationibus meis adimplemini. Spiritus enim meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel & fauum. Memoria mea in generatione sæculorum. Qui edunt me, adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc satient.]

4. Summas
delicias in
Dei cogni-
tione &
amore repe-
riri.Leo in ser.
de Transfi-
guratione.

1. Cor. 6.

Sap. 8.

Ergo spiritualis vitæ delicias absconditas volens Christus patefacere suis, in montem duxit discipulos sibi charissimos, ut post arduum in sublime ascensum doceret exemplo suo mirabilem pacem, & gloriam Spiritus inueniri. Nam qui Christum sequuntur, cruce sublata, Regnum etiam Christi adipiscuntur, quemadmodum Leo magnus de hoc mysterio Transfigurationis præclarè philosophatur. At post montis ardui superata cacumina, oranti Christo species effecta est gloriofa, Solefulgentior. Quam ob causam? Profectò indicat satis Scriptura mortificationis constitibus studium orationis optimè procedere: in oratione porro animum in diuinam effigiem conformari. Nam [qui Deo adhæret, unus Spiritus cum eo efficitur.] Itaque nusquam mens nostra eam Regni cælestis speciem induit, nisi in colloquiis & conuersatione sapientiæ. Virtutem orationis non nouit, qui orationem tanquam certamen adit, & quasi pensum sibi impositum absoluit: ac non potius singulare omnium laborum leuamen, omnium ærumnarum cōsolationē, omnium persecutionum refugium verissimum habet. Salomonem ita narratorem audimus; [Proposui hanc adducere mihi ad conuinendum, sciens quia tecum communicabit de bonis, & erit allocutio cogitationis, & tædij mei.] Idemque post nonnulla [Intrans in domum meam conuiet] cum illa, non enim habet amaritudinem conuersatio illius, nec tædium conuictus illius, sed latitidem & gaudiū; quoniam immortalitas est in cogitatione sapientiæ, & in amicitia illius delectatio bona, & in operibus illius honestas sine defectione.] Dens bone, quæ & quâta prædicat Salomō de vobis atque consuetudine sapientia? Quod sit ad omnia utilis, q[uod] labores molestiasq[ue] leuet, q[uod] iacundissime excipiat alumnos suos: q[uod] delicijs admirabilibus affluat; q[uod] immortalitatē cōparet, honestatē æternā conciliet, deniq[ue] Deo simillimū hominem reddat.

Quid

Quid porrò sapientia fit, si ex me queritis, quam tantopere diuina Scriptura celebrat, non meam, sed Patrum sententiam dicam, præsertim Augustini & Thomæ sumorum Theologorum, qui sapientiam propriè interpretantur, in rerum diuinarum æternarumque contemplatione consistere. In ea quæ se diu ac multum exercuerunt, vita puritate atque perfecta abnegatione sui nitentes, ad eum gradū pertinient, in quo veluti in diuinam formam euadunt, transfigurationem illam cælestem, non tam literis in codicibus discentes, quam dono Spiritus sancti, per internam effusione gratiarum participantes. Quæ de re tota pulchre Beatus Anselmus in eo sermone, quem de Christi transfiguratione compositus: Richardus vero de Sancto Victore, in eo opere cui titulum fecit, Beniam in maior, copiose philosophantur.

*Aug. 12. de
Trin. c. 10.
& lib. 13.
c. 18. & lib.
14. c. 1.
Tho. 1.2. q.
66. art. 5.
Mag. sens.
in 3. d. 35.
S. Anselm.
Ricard.*

Psal. 30.

Nobis illud Davidicum dicere subit: [Quam magna multi tudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abscondisti timentibus te? Perfecisti eis, qui sperant in te, in conspectu filiorum hominum, abscondes eos in abscondito faciei tuæ, à conturbatione hominum protege eos in tabernaculo tuo, à contradictione linguorum.] O præclaram commutationem mentis in Deum, o votis omnibus expetendam familiaritatis diuinae consuetudinem, qua dulcedo illa cælestis continetur: qua molestijs, & perturbationibus, contradictionibusque hominum serui Dei, veluti tutissimo domicilio, diuino quodammodo conspectu fruentes liberantur. An potest aliquid excelsius dici? An est quisquam hominum, qui non huius tantæ gloriæ cupiditate inardescat? Quapropter, fratres, caducas istas atque inanæ curas abiijcite, quæsto, turpes corporis voluptates relinquite, virtutis iter capessite, Christi crucem libenter amplectimini, interni hominis purgandi studio incubite, frequentes ac diuturnas ad Deum preces fundite, cælestia meditamini. Denique, cæteris cunctis lepositis, in montem Euangelicæ perfectionis cum Christo contendite. Erit, erit profectò operæ pretium, cum diuina illa transfiguratione dabitur frui. [Beatus vir, cuius est auxilium a Deo, (neque enim deerit sequentibus.) Ascensiones in corde suo disposuit, in valle lachrymarum, in loco quem posuit. [Montis quippe Euangelici verticem cordis gressibus

Psal. 83.

bus subit, qui vallem lachrymabilem miseriam humanam deplo rat. Etenim benedictionem dabit legislator, idem autor veritatis & gratiae: ut eant electi de virtute in virtutem profecti mirabili, donec perueniant ad altissimum illud fastigium gloriae, ubi conspicere possint Deorum Deum regnante in sublimi monte Sion: cui est honor & Gloria & imperium sempiternum. Amen.

IN EADEM DOMINICA CONCIO QUARTA.

Assumpsit Iesus Petrum & Iacobum, & Ioannem, &c.

1. *Labori succedere re quiem; tristitia. gaudium.*



V P E R I O R E Dominica Christum Ducē nostrum sancta mater Ecclesia tentatum ab aduersario nobis exposuit, ac velut in campum prodeuntem, atque certantem: quod nimur, spiritualia armata tractare, & cum hoste saeuo configere Christiani eius milites disceremus. Hodierno autem die cunctum Regem nostrum in excelso monte transfiguratum representat, ac diuinæ gloriae nouo quodam splendore radiantem oculos ponit nobis, quos eo mirifico spectaculo instructos vult, atque alacres sperare promissa coelestia, quorum gustum & speciem aliquam etiam in vita hac mortali, in medijs etiam laboribus, & ærumnis capere dater. Id Saluator ipse pollicitus est, cum dixit eos, qui se le, abiectis terrenis opibus, sequentur, centuplum accepteros nunc, inquit, in tempore hoc cum persecutionibus, & postea vitam eternam. Id Paulus quoque ad Thessalonicenses scribit: [Vos (inquit) imitatores nostri facti estis & Domini, excipientes verbum in tribulatione multa, cum gaudio. Spiritus sancti.] Illic

*Marc. 10.
1. Thes. 1.*

Ilic Christus in medijs persecutionibus centuplum pollice tur. Hic Paulus & ipsum Dominum, & ipsius Apostolos, & demum fideles illos, tribulationem multam cum gaudio Spiritus sancti coniunctam habuisse docet. Quam vicissitudinem laboris & requiei, doloris & gaudij, Elias proponit verbis illis, quae Hierony. etiam iuxta editionem antiquam refert. [Qui ablactati estis à lacte, qui auulsi ab uberibus, tribulationem super tribulationem expectate, spē super spem.] Sic accidisse patribus, Abrahamo, Davidi, Iosepho, Danieli, ceterisque sanctis, ex diuinis literis facile est intelligere, ob quam causam scripta esse Apostolus monet. [Quæ cunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam, & cōsolationem Scripturarum, spem habeamus.] Itaque vita Christianæ singulare exemplar est Christus, qui modo tentatus & afflictus, modo transformatus in gloriam, ac plenus maiestate describitur, ut eandem fore rationem, & viam Christi seruorum perspectum exploratumque sit.

[Assumpsit (inquit) Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius.] Cur tam paucos? cur ceteros Apostolos mysterio transfigurationis sua interesse noluit? Nimirum, singularia diuinæ munificentiae dona non omnibus prodenda sunt, sed indicanda paucis, iisque selectis. Quæ superant communem humanarum rerum rationem, ea raro ac magno cum delectu impartienda sunt. [Sapientiam (ait Paulus) loquimur inter perfectos.] Cuius egregius auditor Dionysius Areopagita ad condiscipulum Timotheum sic de talibus scribit. [Tu vero (Timothée charissime) intentissima contuendis speciem acuiles mysticis exercitatione, & sensus linque, & intellectuales operationes, & sensibilia, & intelligibilia omnia: & quæ non sunt, & quæ sunt omnia: & ut illi iungaris, qui super omnem substantiam, omnemque scientiam est, ignote pro viribus, te ipsum intende. Enim uero abste ipso atque ab omnibus liberè, & absolutè ac pure excedendo, ad supersubstantialem diuinæ caliginis radium, sublati omnibus, & absolutus ex omnibus euolabis. Hæc autem caue, ne quis imperitus ac rudis exaudiat. Eos autem sic appellauerim, qui visibilibus affixi, nihil supra ea, quæ obtutibus ac sensibus patent, supersubstantia liter

2. Paucis cō
municanda
arcana Dei
dona.

1. Cor. 2.

Diony. c. 1.
de mystica
Theolog.

liter esse arbitrantur, putantque scientia sua illum assequiri, qui posuit tenebras latibulum suum.] Haec magnes Dionysius, quæ quidem ex præceptore præstantissimo didicerat omnia, qui etiam breui eadem complexus est uno verbo, cū dixit: [Sicut mēte excedimus Deo, sicut sobrij sumus vobis:] illos mirabiles mentis excessus volens significare Deo esse relinquendos, non facile alijs comunicandos, vulgo autem temperatè & ad captum hominum accommodatè loquendum, & agendum.

3. Diversis statibus com Non solum autem Ioannem virginem Christus diuinis spectaculo adhibuit, sed Petrum etiam coniugatum, ut communicari spissitate intelligamus, verissimum esse, quod Beatus Papa Gregorius dulcede rius dixit, coniugatis quoque interdum contemplationis nem. altissimum donum communicari. Neque enim perfectio.

Greg. lib. 2. nem status ac professionis, sed vitæ potius innocentiam, cor in Ezech. ho disque puritatem Deus respicit. Anselmus in Iacobo coniugatis, in Petro prælatos, in Ioanne continentes notari, potius vult: quod ipsum eodem redit. Quocirca videre est plu-

Ansel. serm. de Transfigu rimos vitam contemplatiuam & monasticam profitentes, ratione.

ne primam quidem tinturam contemplationis nosse: alios contraria secularis vitæ curis astricatos, libera mente in Deum ferri, & præclaros diuinæ pulchritudinis radios frequenter accipere. Itaque cum Deus vocat, nihil vos retardare debet vel coniugij, vel negotiorum, vel aulæ etiam ipsius obligatio, quod minus Christum sequuti, in montem descendatis, id est, diuinis contemplationibus animum adhibeat. [Spiritus enim, ubi vult, spirat.] Erat quidem David & Rex, &

Psal. 118. bellicosus, & Reipublicæ curis astricatus: qui tamen secedebat à turba, & in montem læpe ascendebat. [Media (inquit) nocte surgebam ad cōsiderandum tibi:] Item alias [Septies in

Psalm. 50. die laudem dixi tibi.] Et rursus [incerta & occulta sapientiae tuæ manifestasti mihi.] Esaias Propheta, & ipse coniungatus

Ita dicit, [Anima mea desiderauit te in nocte, sed & mane in 4. Diversa totis præcordijs meis vigilabo ad te.] Date vos orationi & transfigura- contemplationi, si quem Deus vocat ad sublimia ne more- tio, in Deum tur, ne differat, ne formidet montis ascensum.

atque inde. [Resplenduit facies eius, sicut Sol, vestimenta autem eius sa- monem. Etta sunt alba, sicut nix]. Quæadmodum pura ac munda specula lucem.

lucem figuramque obiectam reddunt intrentibus, ita planè puræ mentes iulorum diuinæ charitatis, ac formæ speciem in sele mirificè repræsentant. Moyles quidem cum ex diuino colloquio fulgorem cepit, quem filij Israel ferre nō posse sent. De Anna porrò Samuelis matre prolixè & ardenter orante, tandem tanta animi tranquillitas ac serenitas narratur, ut vultus eius non fuerint amplius in diversa mutati;

*Exo. 34.
1. Reg. 1.*

Quid Stephanus protomarryr, cuius vultum in medio improborum, ac perduellium Concilio omnibus apparuisse, non hominis, sed Angeli vultum, Acta Apostolorum refertur ergo ad hoc diuinæ lucis consortium capiendum aliisque vicissim tradēdum, Christus nos adhortatur; [Sic luceat (inquit) lux vestra coram hominibus, ut videāt opera vestra bona, & glorificant Patrem vestrum, qui in cœlis est.] Vesti menta sanè hominis esse opera, Scriptura diuina aperte frequenterque docet: ea fieri candida, ac niue albiora, Dei spiritu animum illustrante, atque ad Patris luminum gloriā pertinere eum vel formæ splendorem, vel vestium candorem, dubitare non potest, qui Deum esse meminit ipsam lucem. Tales igitur euadunt, qui in Deum intuentur. Attamen (homō mīter) in quem nam intueris, qui peccati tenebris obrutus iaces? qui teterimum atrox vultu, corpore, totoque habitu prætefers. Profectò in Diabolum te intueri negare non potes. Prodit te ipse color, prodit turpitudo tanta atq; absurditas in Beelphegor, in Priapum, in Adonidem obscurissimum oculos atque animum totum conuertisse. Hæc est miseranda ac flenda peccatorum transfiguratio, exuta olim candida innocentia, detestandam flagitijs ac sceleris speciem induisse. Hieremiam plangentem, atque ita conquerentem audire iuuat: [Quomodò obscuratum est aurum, mutatus est color optimus: Dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum.] Ac mox proprius ad rem, [Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, Sapphyro pulchriores. Denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt cogniti in plateis: adhæsit cutis eorum olsibus: aruit & facta est quasi lignum.] Quām misera & flenda transformatio vel deformatio potius, cùm anima ex luce iustitiae, in peccati caliginem commutatur. Nigrā vti-

Act. 7.

Mat. 5.

Thren. 4.

carbones dicit Propheta, quod dæmonum consortia & merito & peccata repræsentet, auras sine dubio in igne qui paratus est diabolo, & Angelis eius, cutem autem ita obdurusisse, ut lignum potius appareat, quo conscientia teneritudinem, quam malum oinque sibi infestum olim facillimè, & sentiebat, & repudiabat, in callum deritisimum verlam esse, ut instar ligni, aut lapidis nihil sentiat, nihil doleat: cum etiam acerbissima peccata sine remorâ conscientiae perpetret. Omiserunt hominis peccato inueterati habitum. Circem fabula narrat in porcos & tygrides & lupos transformare solitâ hospites suos. Sic Virgilius: [Carminibus Circe socios mutauit Ulyssis.] Et illud eiusdem. [Quos hominum ex facie Dea sœga potentibus herbis, Mutauit Circe in vultus ac terga ferarum.] Ego verò Circe potentiores, & veneficijs superioribus videntem, carnis concupiscentiam dico, ad quā qui divertunt homines, eos in pecudes & feras transformari necesse est. [Homo, ait diuinus vates, cū in honore esset, nō intellectus, cōparatus est iumentis, & similis factus est illis.] Ac de Nabuchodonosor Rege narrat Scriptura, in feræ formam esse conuersum, superbia merito, ut qui Deo se æquaret, bestia vilior euaderet, [Fœnum quasi bos comedes.] Mox ita ait, [Sensus meus redditus est mihi, & figura mea redijt ad me.] Nimirum virtus homines transformant in bestias, ut tues, & tygrides, & lupi euadant moribus ad turpitudinem, ad inhumanitatem, ad avaritiam comparatis.

3. *Cat in gloria trāf.* [Loquebatur (ait) cū illo de excessu, quē cōpletum erat in Hierusalem.] Eliam ac Moysen de passione Dñi collocutus figuracionis Sæcūlus Lucas scribit. Quāobrem (quæ so vos) alieno tempore, mentio festa vt videri potest, de Christi passione sunt verba: id est, de etiā passione summo dolore & cruciati in singulari lætiria trāfigurationis. Primum mihi illud occurrit, hinc nobis discēdū esse, quod Eccles. 11. sapiens monet, [In die bōnorū oportere nos haud immemo res esse malorum.] Ne forte impinguati & incrassati, iuxta propheticā vocē recalcitemus. Deinde altiore cōsideratione intelligere etiā possumus, id propter ea factū, q̄ Christo Dñi nihil ita in votis fuerit, atq; pro hominibus pati & mori. Hac esse suā gloriā, ut Deo Patri peccatores reconciliaret, ipse testatur. Ergo, cū summè esset laetus & alacer, de care libentissimè

*Virgil. 7.
Æneid.*

Psal. 48.

Dan. 4.

*Eccles. 11.
Deut. 32.*

bentissimè loquebatur, quā maximè impressam habebat animo, quāq; summi opere exoptabat. Ita enim dicentes audiimus: [Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor, usq; dum perficiatur.] Postremò, quid Christo debeamus, hic valde nosse possumus, qd ne pucto quidē tēporis, mortis, passionisq; & crucis pro nobis tuberandæ expers fuerit. Semper id agebat, semper voluebat animo, omni in re negotiū nostrae salatis pertractabat. Cuias sane voluntatē sacrificio illi crucis prōptissimè oblatā ex ipso matris utero, Paulus magnificē cōmemorat, ita scribens: [Ideò ingrediens mundū dicit: hostiā & oblationem noluisti, corpus autem adaptasti mihi holocausta & pro peccato non tibi placuerunt. Tunc dixi, ecce venio, in capite libri scriptū est de me, vt faciā Deus vō lūnatē tuā.] quibus Apostolus adiungit & illa: [in qua voluntate sanctificati nos sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel.] Quā diuini in nos amoris magnitudinem cōsiderātes, debemus (fratres) gratias agere Deo & Christo nostro, atque ad illius similitudinem etiam ipsi pro nostra virili curare, vt dignā Deo oblationē voluntatis nostrae prompte offeramus, atque inter ipsas res letas, si quando accidant, mortem pro Christo oppetere pluris faciantius.

FERIA II. POST DOMINICAM SECUNDAM QVADRAGESIMÆ.

Ego vado, & quaretis me, & in peccato vestro moriemini. Ioan. 8.

Deste discriminis inter Angelos & homines, summi Theologi affirmant, quod Angelus peccati semel admissi pœnitētiā subire non potest: homo id quod commisit, dolere potest atque mutare. Naturam tamen non posse mutari homini nisi voluntatem. Porro utriusque diuersam eius esse discriminis causam. Greg. Nyss. Nam electionem Angeli esse suapte naturā inuatiabilem lib. de hominib. atque inflexibilem, hominis contra mutabilem, & flexibilem. ne. cap. 3.

180 Dominica II. in Quadragesima.

Dames. lib. 2. de Fide cap. 4. Quapropter egregie Ioannes Damascenus dixit, quod esset in homine mors, id in Angelo esse casum. Ut enim per firmam & absolutam quandam electionem, in eum se Angelos statutum coniicit, vnde reuocari nec velit, nec possit, sic dissoluto corpore hominis, anima boni aut mali voluntatem, quam secum defert, mutare non potest. Itaque flexibile est hominis arbitrium, dum vivit: Angelus fleti non potest. Neque dissimile fortasse videatur, quod in ense optimè temperato ex perfectissimo chalybe cernimus: qui si totis viribus in materia aliquam roborem, aut pinciam insigitur temel, extrahi nullo modo potest, ac frangi quidem potest, fleti minime potest. At ferum non ita ex arte perficere tempora faciliè fleti potest. Itaque quandiu in corpore mortali agit, verti in utramque partē & boni & mali, homini concessum est. Propterea Christus hominem redempturus venit in mundum, propterea prædicavit, [Poenitentiam agite: appropinquabit enim regnum cœlorum.] Ergo, dum licet, poenitentiā agamus (fratres mei) mortem ne expediemus, quæ vitæ conclusio est, non emendatio. [Quoniam non est in morte (inquit) qui memor sit tui: in inferno autem quis continebit tibi?]

2. Quantire sponsum mori. Qua ex te cogitandum nobis est, quantopere nostra interfaret bene dicta eterna ex uno illo temporis punto pendet. Neque solum supplicij aut præmij locus, sed gradus etiam ac mensura ex illo momento pendet; id enim obtinebit semper, quod tunc meritorum aut culparū ratio exiget. [Si ceciderit lignū ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quounque loco ceciderit, ibi erit.] Quem Salomonis locum explicans Hieronymus:

Hiero. in Ecclesiastem. [Vbiunque (inquit) tibi locum præparaueris, futuramque sedem, siue ad Austrum, siue ad Boream, ibi, cū mortuus fueris, permanebis:] Et mox: [vbiunque cecideris, ibi iugiter permanebis, siue te rigidum & trucem, siue clemētem, & misericordem, ultimum inuenierit tempus.] Et rursus idem [Lignum igitur, quod in hac vita corruerit, & conditione mortalitatis fuerit incisum, aut peccauit, ante dum staret, & in Boreali parte postea ponitur: aut si dignos Austro fructus attulit, in plaga iacebit Australi. Neque est aliquid lignum, quod

quod ad Aquilonem non sit, aut ad Austrum.] Hæc Hierony-
mus. Quam Salomonis sententiam perspicue cōfirmat Apo 2. Corin. 5.
stolus, dum dicit: [Omnes nos manifestari oportet ante tri-
bunal Christi, ut referat vnuſquisq; propria corporis prout
gessit, siue bonū, siue malum.] Recte proinde Nyſtenus: [Ho
mini ſoli donatum eſt ab ijs cauſis, ex quibus ante peccau-
rat, per pœnitentiā exui ſecundūm huius vitæ tempus: poſt
mortem autem cōceſſum eſt nemini.] Denique, quod in ma-
nibus habet, cūm exit de corpore, illud retinet anima: quo
tunc ſpectabat, cūm corpore excessit, eò perpetuò ſpectare
nō definit. Lignū tempeſtiua luna inciſum cōſtat & perma-
net: intēpeſtiua luna inciſum mox putreſcit. Dum funditur
æſ, vt ſiat ſtatuia aut vas aliquod, facile eſt liquefactum in eā
figurā ducere, quā volueris: at ſi ſemel refrixeſit & duruerit,
fruſtra metallo aliam formam inducere cūres, quām habuit,
cūm gelasceret. Vidistiſ, atque (vt opinor) notaſtiſ, ſtatuia
artificiōlē confictas, quā habitum currentis, aut pugnantis
præ ſe ferunt: neq; tamen pedem vñquam mouent, neq; gla-
diū, quem vehementer intentare videntur, vibrant; ſed eo
ſemper aspectu conſiſtunt, quem artifex tribuit. Ita planē
existimare debetis, eas animas, quā ex hac vita mortali mi-
grant, quod tunc temporis vel boni vel mali ſtudiū gerunt,
in eodem fixas atq; immobiles permanere. Hæret affectus
ille, illa voluntas vltima, neq; mutatur aut flectitur vñquā.
Tales eſſe ſceleratorum animas in medijs cruciatibus ſcito-
te, ut quanvis pœnas acerbissimas ſuorum ſcelerū luant, ſce-
lerata tamen ipla nullo modo relinquant. Nonne meminiſtis Genes. 19.
vxoris Loth, quā retro respiciens in Sodomæ incendia, ver-
fa eſt in ſali ſtatuam: eiusmodi figuram, atque habitum infe-
licium, qui æternis ignib[us] addicti ſunt, cogitate, quorū mi-
ſerrimum & obſtinatissimum in malo animum Elaias mihi Eſai. 8.
deſcribere videtur illis verbis: [Corruget & eſuriet, & cūm
eſurierit, iraſceret, & maledicet Regi ſuo, & Deo ſuo, & ſu-
ſpiciet ſurſum, & ad terram intuebitur: & ecce tribulatio &
tenebrae, diſſolutio & anguſtia, & caligo perſequens, & non
poterit auolare de anguſtia ſua.] O infelicem ſtatum, o vin-
cula caliginof[us] carceris nunquam non cogitanda, atque ve-
hementiſimè extimescenda. Maledicet (inquit) Regi ſuo,

& Deo suo, & suspiciet sursum ac deorum, & non poterit auolare de maxima angustia.

3. Quomodo Quæ cùm ita se habeant, mors bona & opportuna pri-
paretur bo- mū optanda est; deinde quærenda. Vna est autem ratio
nā mors. inueniendi, bona vita. Nec serò de hoc agendum, sed tem-
pestiuè ac maturè. [Nemo mortuus est male, qui vixit be-
Aug.li. 50. ne.] Nota est Beati Augustini sententia. [Fidelis bene viuens
Hom.41.di securus hinc exit. Agens pœnitentiam ad ultimum, & re-
stin.7.depe conciliatus, si securus hinc exit, ego non sum securus. Pœ-
ni.c. Si quis nitentiam dare possum, securitatem dare non possum.] Op-
autem. &c. titum ergo remediam bonæ morti parandæ, vitam ita
si quis posi- componere, ut morituro placitaram. Bene Sanctus Leo Pa-
tus. pa monet. [Oportet vnumquæque Christianum conser-
tiæ sua habere iudicium, ne conuersti ad Deum de die in diē
S. Leo in epi- differat: nec satisfactionis sibi tempus in vitæ suæ fine con-
fto.91.c. 5. stituar, quem periculose ignorantia humana concludit, ut
26.q.cap. si ad paucarum horarum se reseruet incertum. Neque illius
presbyter.
Ioan.12. temporis angustias eligat, quo vix inueniat spatum, vel
Ioan.9. confessio pœnitentis, vel reconciliatio Sacerdotis.] Ambu-
late (ait Christus) dum lucem habetis, ut non vos tene-
bræ comprehendant.] Et aliàs: [Venit nox, quando ne-
mo potest operari.] Fieri quidem potest, ut hora extre-
ma se peccator conuertat in Deum, atque àscelere reuocet,
Iatromisque illius cum Christo crucifixi exēplo, in morte vi-
tam inueniat, ut Iulius Papa dixit: at id paucorū est & perra-
rum, neque est hominum quisquam de ea sibi temporis in-
dulgentia danda securus. Melius proinde admonet Ecclesia,
ne subito præoccupati die mortis quæramus spatum pœ-
nitentiæ, & inuenire non possimus. Namque (vñ Cyprianus

Cyprian.li. sapienter dixit) [Non est dignus in morte accipere solatiū,
4.epist.2.re fertur dī pœ qui se non cogitauit esse moriturū.] Bona igit̄ vita bonæ
fertur.dī.7.c. mortis optima meditatio est. Hoc primum ac maximum re-
medium est. Accipite alterum. Orate frequenter, ac studiose,
orate, ut felix vobis exitus vitæ contingat, quod est magnū
Deidonū. Matrem Dei quotidie salutamus, atque ita preca-
mur: [Ora pro peccatoribus nūc & in hora mortis nostræ.]

Psal.12. Ita David precabatur: [Illumina oculos meos, ne quando
Psal.101. obdormiam in morte:] Idem etiam. [Ne reuoces me in
dimidio

dimidio dierum meorum.] Item illud: [Notum fac mihi (Domine) finem meum, ut sciam, quid desit mihi.] Vultis ne ter-
tium tam magnæ rei remedium etiam dicam? vultis (opinor)
quoniam res ita magna est, ut maior vestris rationibus esse
non possit. Facite eleemosynas peculiares, pro eo dono im-
petrando diuinitus. Primum est misericordiae opus illud, cū
scriptum sit: [Beati misericordes, quoniam ipsi misericor-
diam consequentur.] Sanctum Tobiam audite monentem, *Tobie* 4.
[Præmium bonum (dicebat filio) thesaurizas in die necessi-
tatis: quoniam eleemosyna ab omni peccato, & à morte li-
berat, & non patietur animam ire in tenebras: Fiducia ma-
gna erit coram summo Deo eleemosyna omnibus facien-
ribus eam.] Quam fiduciam misericordiae prædicat To-
bias: eam in illo peracerbo mortis certamine viri miseri-
cordes experti sapissime ita sunt, ut nihil ex omnibus
vitæ bonæ actionibus perinde sibi animos facere, spem-
que erigere in Deum, atque eleemosynas & bona misericordia
præstata testati sint. Contrà duri in proximos, duram in se-
tunc temporis Deum experiantur. [Cor enim durum male *Eccles.* 3.
habebit in nouissimo.]

Iam illud dictis adiungendum est, omnia quidem crimi- 4 *Quæpec-*
na, quæ peccata lœthalia appellamus, mortis æternæ reos *cata impæ-*
facere homines, atque ad poenas, si tales moriantur, sempi-
ternas damnare, sed esse tamen nonnulla genera peccato-
rum, quæ propriæ & speciatim duritiam cordis atque impo-
nitentiam operentur. Neque enim frustra distinxit sum-
mus Magister: [Qui dixerit verbum in filium hominis, re- Matth. 12.
mittetur ei, & omne peccatum remittetur ei: spiritus au-
tem blasphemiaz non remittetur ei, neque in hoc leculo, ne-
que in futuro.] Docet certè peccata, quæ per ignorantiam,
aut animi perturbationem patrantur, quoniam ex imbecil-
itate proficiuntur, non ita difficile condonari, ijsque re-
medijs procurari posse, quæ sunt frequentia in Ecclesia. At
quæ per malitiæ perpetratur, & ex visceribus ipsis prodeunt
velut intimæ heretia atque cōgenita (id enim spiritu blasphe-
miaz vocale intelligi debet) ea remedij ordinarijs nequa-
quam elui, quod rarum sit, quæ ita obdurare, deserere, mul-
toque id magis, impendente morte, difficile. De isto genere

- Eccles. 7.* videtur mihi Salomon dicere: [Ne impiè agas multū, & noli esse stultus, ne moriaris in tempore nō tuo:] Alienum quippe tempus atque importunum mortis genus ei peccatorum generi puniendo diuinitus compensatur. Mortuum Nabal legimus vel solo nuntio Davidis irati, quem pridie comites precantem contempserat: [Et mortuum est (ait Scriptura) cor eius intrinsecus, & factus est quasi lapis.] Huc etiam Hie*Hiere. 15.* remiæ vaticinium pertinet. [Propter multitudinem iniquitatis tuæ, dura facta sunt peccata tua, pessima plaga tua: renuit curari.] In hoc genere iij versantur, qui de se bene merentes odio prosequuntur, [qui lætantur, cùm malè fecerint, & exultant in rebus pessimis.] Quique corripientem, & vera dicentem abominantur, qui in scelus ruunt, remedia scelerum detestantur.
- Prover. 2.*
- Amos. 5.*

s. Malitia Iudeorum iustè impænitentiā vsi- Equidem hæc omnia altius repetita ad id, de quo Euāge lium hodiernum agit, valde opportuna arbitratus sum. [Ego vado (ait Christus) quæretis me, & in peccato vestro morientiā] Nihil illis Christi hostibus tristius annūtiari potuit, que ad mortem contigit, quām vt scirent se mortem ita obituros, vt peccatum secum ferrent. Causam verò illam esse certissimam, quod Christum usque ad mortem sint persecuti: veritate ipsam agnitaratque compertam per summum scelus extinguere potius volentes, quā ab ea ipsa veritate sanari. Istorū nefaria cōsilia in necem Christi diuinè sapientia exponit. [Dixerunt impij, Venite opprimamus iustū, quoniā contrarius est operibus nostris:] & multa in eā sententia. [Ex cæcauit enim (ait Scriptura) eos malitia ipsorum.] Hoc ipsum Christus alibi dixit: [Quia odio habuerunt me gratis.] Peccatum ergo usque adeò voluntariū sine causa, sine ignorantia, sine specie vñla vel falsa rationis meritò ita punitur, vt hæreat intime voluntati, nec ullare inde auellatur, usque ad ipsum exitum vitæ. Sic Propheta in clamat: [Ne ergo dimittas eis:] sic per eundem comminatur Deus: [Si dimittetur vobis iniquitas hæc. In peccato vestro moriemini.] Vtinā hæc tā terribiles minæ ad nos minimè pertineat, qui pro tot, tam magnisq; beneficijs innumera atque gravissima peccata repēdimus. Quæramus potius Christū, dum ille se nobis sponte offert, sequamur vestigia quæ sanguine suo cōsignauit ad salutē nostrā. Neq;

Sapien. 2.

Ioan. 15.

Ezai. 2.

Ezai. 22.

verò prorogemus, & tardemus querere, ne quæramus, quando inuenire non liceat, cum respondeatur stultitiae nostræ, quod istis Pharisæis accidit. [Quæretis me, & nō inuenietis.] [Vocauit enim vos, & renuistis: idcirco ego quoque in interitu vestro ridebo, & illudam vobis, cùm ingruerit repentina calamitas, & id quod timebatis, aduenierit.] Auertat Deus infaustum nuntium, meliora potius ominemur, Deique Filium osculantes, dignos prorsus nos exhibeamus vita sempiterna, quam nobis summopere ipse exoptat.

Prouer. I.

FERIA III. POST DOMINICAM SECVN- DAM QVADRAGESIMÆ.

*Super cathedram Moysi federunt Scribæ
& Pharisæi. Matth. 23.*



RES præstantes sententias & catholi 1. Prauitæ doctrinæ admodum necessarias hac te ministri Euangelica lectio nobis summa veri non tolli ditas tradit. Prima est, cathedram sanctitatem misericordiam. Altera est, improbam vitam Magistrorum nihil detrahere de veritate doctrinæ, atque utilitate bono discipulo capienda. Tertia, quanvis bene ac præclarè Magister doceat ac præcipiat, si vita dissimilis sit, ipsi non fore saluti, sed exitio doctrinam. Quas Dñi Saluatoris sententias attentiùs considerandas, fusiusque explicandas hodie suscepimus, q̄ rem esse intelligamus summopere necessariam. [Super cathedram Moysi (inquit) federūt Scribæ & Pharisæi.] Qualis istorum vita fuerit, qui mores perdit, & improbi, protinus Christus exponit, sapientissime repetens & ingeminans illud: [Vx vobis (Pharisæi & Scribæ) qui facitis hoc, & illud, & cætera.] Erat sanè superbi, auari, simulatores, inhumani, charitatis ac pietatis expertes. Nihil curabant aliud, quam ut autoritate & opiniione

nione apud vulgus maximè excellerent, alioqui mille spuri
citijs pleni toti, impatiētes, arrogantes. Quos pulchre Do-
minus sepulchrī assimilat, quæ sunt foris quidem dealba-
ta atque elegantia, intus vermibus atque omni spurcitia sca-
tent.

Matt. 23. [Væ vobis (inquit) qui estis foris, sicut sepulchra deal-
bata: intus autem pleni estis dolo & omni immūditia.] Erat
præterea illud præclarum in istis religiosis præceptoribus:
ad minima quæque, & quæ nullius erant pretij, mirè anxijs
& superstitionis hærebant: grauiſſima & maxima facile de-
rabant. [Væ vobis (inquit) qui excolatis culicem, camelum
integrum deglutientes.] Calicem quoque foris mūdabant,
intus fordidum ac lutulentum relinquebant. Hoc genus ho-
minum videoas hodie non rārum, qui cum in ambitione & fa-
stu quærendō toti sint, cupiditate etiam pecuniae ardeant,
tamen sanctimoniam mirificè simulant, opinionem religio-
sitas captant, conscientiæ arcana pili non faciunt. De qui-
bus illud Apostoli verum est testimonium: [Habentes spe-
ciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes.]

2. Tim. 3. Verum, quod ad rem pertinet, cathedræ autoritatem
non derogat improba vita Doctoris, quod perspicue Salua-
tor docet: [Omnia (inquit) quæcumque dixerint vobis, ser-
uate, & facite: secundum verò opera eorum nolite facere.
Potest ergo, potest, sine villa dubitatione, peccator esse sa-
cerdos, potest esse Prælatus, potest Episcopus, Pontifex
Cöslät. *sess.* etiam summos. Pessimi hæretici Wiclephi errorem inter-
alius illum damnatum in *Concilio Constantiensis* scitote,
art. 2. in cōdemnacōne natio. articu- per mortale peccatum amitti dominium, & præfecturam.
li. 5. Vñi. Iudas Iscariotes fuit simul Apostolus, simul fur atque pro-
ditor: Saul & Rex, & vñctus, cùm innocentem Davidem
persequeretur, sacerdotes Dei interficeret, Pythonissam
consuleret. Cayphas Pontifex, & Christi infestissimus ho-
stis. Neque vero Moysi cathedra esse cōtinuò desinit, quod
in eam pessimus Pharisæus ascendat. Quin etiam (quod inui-
to, sed tamen necessariò fatendum est) ipsa cathedra Petri,
qua nihil est orbe vniuerso sanctius, nihil excelsius, Pontifi-
cem potest habere minimè sanctum, qui tamen sanctitatis
nec nomen, nec officium perdit, nec Beatissimi Patris hono-
res, & titulos nimis beati mores imminuunt, quippe cùm nō
personam,

In Concilio

Cöslät. sess.

alius illum

damnatum

in Concilio

Constantiensis

scitote

natio.

articu-

li. 5. Vñi.

Iudas Iscariotes

fuit

simul

Apostolus

simul

fur

atque

proditor

Saul & Rex

& vñctus

cùm

innocentem

Davidem

persequeretur

sacerdotes

Dei

interficeret

Pythonissam

consuleret

Cayphas

Pontifex

& Christi

infestissimus

hostis

Neque

vero

Moysi

cathedra

esse

cōtinuò

desinit

quod

in

eam

pessimus

Pharisæus

ascendat

Quin

etiam

(quod inui-

to,

sed tamen

necessariò

fatendum

est)

ipsa

cathedra

Petri

qua

nihil

est

orbe

vniuerso

sanctius

nihil

excelsius

Pontifi-

cem

potest

habere

minimè

sanctum

qui

tamen

sanctitatis

nec

nomen

nec

officium

perdit

nec

Beatissimi

Patris

hono-

res

&

titulos

nimiris

beati

mores

imminuunt

quippe

cum

nō

persona,

persona, sed gradus cogitari debeat. Etenim officij dignitatē Cypr. de bap
personæ indignitas non tollit. Nam (vt bene Cyprianus anni tifmo Chri
inaduertit) Scribæ & Pharisæi in cathedra Moysi sedentes sūt.
dum agunt, quæ ad cathedram pertinent, per omnia plenitu
dine potestatis vtantur, & officium, non vita tantis effecti-
bus honoratur. [Neque enim de cathedra Iudæorum (vt pul
chrè Augustinus differit) sed de Christianorum cathedra Augst. ser
Christus sollicitus erat, quoddtc iebat (vt idem ait) clericos & mo. 49. de
Episcopos non bene viuentes in eam ascensuros, qui recta do verbis Do-
cerent, sed non recta agerent. Neque id p̄i p̄lebis fidei noce mini-
re, si verba Dei audiat & seruet. Quæ sanè Euangelica sen-
tentia, vt catholicæ Ecclesiæ alumnis summam affert & con-
folationem, & firmitatem, ita perduelles hæreticos vehe-
menter percellit, & iugulat: qui, vt sacerdotium sanctum, &
ipsum summum Petri Pontificatum euertant, innumeras fa-
bellas inducunt, vilissima atque indignissima diuulgant, saty-
ras atque inuestigias scribunt mordacissimas, ac malitiosissi-
mas in Papas, in Cardinales, in Episcopos, in clericos, in mo-
nachos, cæterosq; Ecclesiæ Romanæ ministros. Ac nos pla-
nè sic dicimus, sic respōdemus aduersarijs, sic pro Ecclesia ca-
tholica satisfacimus esse quidē nugas, ac mera mendacia ple-
raque eorum, quæ isti cōminicuntur, obiciuntq; nobis. Ve-
rū ut ita habere demus, quemadmodum ipsi volunt & ia-
ctant, nihil tamen nocere, nihil obesse catholicæ Fidei quam
tenemus, cūm habeamus Christum ita nos instruentem: [Su-
per cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi: quæ con-
que dixerint vobis, seruate & facite: secundum autem ope-
ra eorū nolite facere.] Hæc est iniusta Dei veritas, quæ om-
nes mendiorum machinas facillime disiicit. Nonne Ioānes
in sua Apocalypsī quorundam Episcoporum opera redar-
guit, quibus nisi se corrigan, etiā interitum cōminatur, neq;
tamen eos Angelorum vel nomine, vel numero excludit, vt
cæteros quos magnæ sanctitatis nomine collaudat? Nonne
idem Ioānes Diotrepē Episcopū, & ambitionis & inhuma-
nitatis notat: & in se malignè garrire cōmemorat, neque ta-
men præfectura exutum arbitratur? Denique quibus ocu-
lis spectare nos oporteat antistites nostros, præclarè nos Pa-
lus docet exemplo suo: [Quales aliquando fuerint (inquit) Galat. 2.
Apoc. 23.
3. Ioa. 1.
Galat. 2.
mca]

mea nihil interest: Deus enim personam hominum non accipit.] Non tam merita personæ, vel ornamenta literarum, & morum spectanda esse vult, quam gradus officijque dignitatem, quam Deus confert, cui placet sacerdotem eum loco superiore facere, qui est alijs merito inferior, neque subditis idcirco quicquam deperit, qui Deum in Dei ministro obseruant & colunt.

2. Etiā misericordia prelatis obediēdum. Satis iam patet, cathedram sanctam à minimè sanctis posse teneri. Sequitur quod non minoris est fructus, nobis etiam maiorum præcepta seruanda, quæ ipsi non seruant. Assentiri docentibus, obediēre imperantibus, cælesti oraculo monemur, qualisunque sit illorum ratio viuendi, etiam si irreligiosa, etiam si perdita & profligata. Ea enim obedientia lex, non ad hominem, sed ad Deum, cuius minister est homo, nos propriè reuocat. Tale Petri consilium est: [Servi subditi estote in omni timore dominis carnalibus, nō tantum bonis & modestis, sed etiam discolis.] Si dominis herisque temporalibus ea præstanta est obedientia, quid in prælatos & patres spirituales nos facere deceat? Iniquus erat

1. Pet. 2. atque impius Saul, cui David fidelissimè obtemperabat. Cuncta proinde succedere sibi prosperè animaduertēs, præputia Philistinorū iussus afferre, duplò attulit plura? Quod ad exitium Rex sceleratus machinabatur, id ad gloriam fidelis ministri obedientia conuertit: ita est prorsus, ita Spiritus sanctus edixit: [Vir obediēs loquetur victorias.] [Qui verò potestati resistit, ait magnus Apostolus, Dei ordinatione resistit:] quæ eo tempore scribebat Paulus, quo improbissimi Principes imperabant: quo illæ pestes, illæ monstra, illi Nerones, Claudijs, Caij, Caligulæ. His humani generis portentosis belluis dominantibus, tamen statuebat Paulus, atque scribebat: [Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit,] & scribebat certe ad Romanos, quibus erant nota Cypr. serm. tissima suorum Imperatorum ingenia. Nimirū, super de baptismō rioris indignitas nihil de dignitate obedientiæ subditi de Christi. trahit, quin potius illam eximiè illustrat, atque ornat. [B. Iosephus liber 18. anti- quis quippe (ut ait Cyprianus) sæpe malorum ministeria susfragantur.] Narrat sane Iosephus historiarum Iudæi, cap. 2. carum scriptor extitisse ea tempestate lectam quandam

Prou. 21.

Roman. 13.

Rom. 13.

Phari-

Phariseorum, qui nullum omnino hominum dominum appellandum censebant, sed Soli Deo cū esse honorem tribuēdam. Itaque in Principes & insolentes erāt & rebelles. Quā Phariseorum temeritatem & insolentiam multi gentilium in Christianorum calumniā deriuabant, quasi christiana lex humana imperia cōtemneret, atque despiceret. Eam ob causam Ecclesiæ Pastores ac principes, Petrus & Paulus cū errorem accuratissimè refellendum curarunt, suisque epistolis tantopere in Principes, maioremque omnes atque præfatos & dominos obedientiam, cultum, obseruantiamq; omnem inculcandam sāpius existimarent, ut leges praceptaque maiorum in uiolatè seruanda Religio Christiana perlausdeat. Hæc est doctrina Christi, hic spiritus Christi, humiliatem obedientiamque erga superiores tenens: contemptus porrò & temeritas, carnisque libertas, quæ obsequium detrestat, maioribus obloquens, ac resistens, Lutheri spiritus est, Satanæ spiritus est, Diaboli ipsius propria sententia. Omnia (Christus inquit) quæcunque dixerint vobis, seruate & facite; etiam si Scribæ sint, etiam si Pharisei, si auari, si arrogantes, si nequam, tamen, quia a cathedram tenent, patete: quæ de cathedra monent, seruare & facite.

Hoc loco occurret aliquis non inepte, cur obediens 3. Cur male dum sit improbis præfectis, cur eorum sermonibus asentiendum, qui minimè bene agunt. Nonne potest, quo- non malitia rum est vita improba, etiam doctrina esse noxia, & à vero aliena? At certè cūm præfulperperam docet, nequam ille iam de cathedra legis loquitur: non Moysis cathedralm tenet, sed in cathedra pestilentiarum potius sedet, qui non suo malo contentus, etiam alios inficere, & ad exitium trahere cupit. De talibus Doctoribus longè diuersum documentum literæ sacræ dant, quæ præcipiunt hæreticum hominem devitandum, & ne salutatione quidem dignandum; tum si quis aliud Euangeliū annuntiat, anathema sit. Legem aliam assert, nouum Euangeliū promit, doctrinam à Patribus alienam venditat, apage, malam illi pestem, anathema sit; vna fides, idem Euangeliū æternum, cœlo firmius & constantius verbum Christi. Sit frater, sit filius tibi charissimus, sit pater amansissimus tui, ne cura, si Deos aliquos

Psal. 1.

Tit. 3.

2. Joan.

Gal. 1.

alienos sequi tibi suadet, obsiste, denuntia, accusa, quemadmodum diuinalex habet. Cum vero doctrina sanè est bona, vita non a quæ, nihil officere debet vita doctrinæ. Vitam maiorem illi relinquere, doctrinam bonam sumere tibi. Addo ad superiora, quod maximum ad rem pertinet, ipsi cathedræ, sicut à Deo est instituta ad salutem hominum, ita Dei prouidentia peculiari cura assistere, ut vera doceat. Neque tam ad merita magistrorum, quam ad utilitatem communem auditorum habere respectum. Meinisse certè potestis Caypham hominem planè sceleratum, & nequam, tamen, cum esset Pontifex, prophetas le: Balaam illum alioqui superstitio니 dēmonum addictum, & à Balac Rege, ut populo Dei malediceret, mercede conductam, tamen mirabiliter benedixisse, felicissima vaticinatum fuisse contra institutum suum. Cor ita factum putatis? Profectò populus Dei erat, cui vaticinabatur, tametsi ipse non Dei vates esset. Pontius ipse Pilatus, iudex nequāquam bonus, sed tamen iudex Christi causam, repugnantibus primoribus Iudeorum, culpa omni vacare pronuntiauit. Non dubium est, quin summū numen ijs, qui præsident populo illius, arcano quodam afflatu veritatē lēpissime inspireret, ut vix rationes explicent, & tamen à vero non abhorreant. Salomon quidem attestatur his verbis: [Diuinitio in labijs Regis: & in iudicio non errabit os eius.] Verum, excepto eo secreto auxilio, de quo dixi, diuinitus tributo præfatis, & magistris, habet ipsa cathedra pondus magnū, ut vera doceat, qui ex illa docet, ut non, quomodo ipse vivit, sed quomodo viuendum esse intelligit, ita moneat, ita exhortetur. Qod præclarè Augustinus dixit: [Ideò audiantur utiliter, qui etiam utiliter non agunt, sua enim quæterere student, sed sua docere non audent, de loco, scilicet, superiore sedis Ecclesiastice, quem sana doctrina constituit. Illa enim cathedra non eorum, sed Moysis cogebat eos bonadicere, etiam non bona facientes. Agebant ergo sua in vita sua docere autem sua, cathedra illos non permittebat aliena. Multis ergo prosunt dicendo quæ non faciunt, sed longe pluribus prædissent faciendo quod dicunt.] Hæc Augustinus. Quis est præterea tam impudens, qui vitam suam flagitiosam, etiam peruersa doctrina amplius

Dest. 17.

Iwan. 11.

Num. 23.

24.

Prov. 16.

Aug. 4. lib. de doctrina

Crist. cap. 27.

Christ. cap. 28.

ibidem 29.

ibidem 30.

ibidem 31.

na amplius scetere velit, ac non potius, bona & honesta docendo, abscondi quodammodo ac latere malit? Certè cum animi perturbatio abest, cum studia nulla sunt partium, quanvis princeps sit, veriora consilia probat, sententiam dicit ipse rectissimam. Exemplo esto David, qui à Propheta Nathan rogatus, in aliena causa optimum iudicium tulit, quo se ipse nesciens condemnavit. Itaque tuum meritò audiuit: [Tu es ille homo.] Quamobrem tecum sit Christi populus, ne paueat Christiana plebs: habet cathedram non Moysis, sed Christi, audiat à Deo datus Magistros, obsequatur prestatibus suis, seruet præcepta maiorum, nequaquam patietur fidei & obseruantiaz sua detrimentum. Atque sollicitè quidem & ardenter à Deo flagitet pastores secundum cor eis: optimos Pontifices, praefectos religiosos piosque precectur: si minus tales contigerint, ad dignitatem illorum & cathedralm respiciat, non ad mores & vitam. Meminerit sibi dictum: [Quæcunque dixerint vobis, seruare & facite: secundum vero opera illorum nolite facere.] Cum sonat sanè cymbalum & ad Ecclesiam vocat, pareamus, atque ipsi ad res divinas intremus, quanvis cymbalam nos intrò vocans, maneat fortis. Si medieus intemperans est, neque ipse medicinae præcepta obseruat, tamen quæ dictat a grotto ex arte, si suscipiantur, ægrotum iuvant. Exemplum Augustinus pulchrum affert de vite spinis implicata, ex qua prudens vuas legat, spinas vitet. [Sic ergo, inquit, illi spinosi sunt, sed sedendo in cathedra Moysis inuolevit eos vitis, & pendent ad eos botri, id est, verbabona, & bona præcepta. Tu lege vuam, nō te pungat spina, quando legis, quæ dicunt facite: sed quæ faciunt facere nolite.]

De prima & secunda sententia satis. Tertia spererest, quā 4. Nō imbreui exponam. Nempe neque optima docenti, si vita ad doctrinam discrepat salutē esse sperandā, neq; vero facta contraria auditori esse ex præceptore imitāda. Magna res est, docere exempla, & facere, ceterū quæ doceas si nō feceris, nō laude sed exitiū & perniciē tibi certiore cōpares. Grauius plectet, qui alios docet, le ipsam nō docet. Bene pinde admonet Iacobus Apostolus. [Nolite plures magistri fieri fratres mei, sciētes, quia malius

Hierem. 3.

Ang. serm.

49. de ver-

bis Domini.

Iacobi. 3.

Psal. 49.

maius iudicium sumitis.] Psalmista quoque sic narrat.] Pec-
catori autem dixit Deus. Quidare tu enarras iusticias meas, &
assumis testamētū meū per os tuū? Tu vero odisti discipli-
nā, & proiecessisti sermones meos retrorsum.] Et infrā. [Existi-
masti inique (id est perperā & falso) quod ero tui similis; ar-
guam te & statuam contra faciem tuam.] Proh quanta diui-
ni iudicij in Doctores improbos severitas? Quanta poēna-
rum & suppliciorum acerbitas? Nec dissimilia Paulus, [Qui
prēdicas non furandum, furaris, qui abominaris Idola, sacri-
legium facis. Cōfidis te ducem esse cæcorum, magistrum in-
sipientium, eruditorem infantium, qui gloriariis in lege, &
per prēvaricationem legis Deū inhonoras, existimas quod

*Rom. 2.**Marc. 11.**Matth. 7.**1. Reg. 2.**Dan. 3.**Gen. 39.**Hiere. 15.*

effugies iudicium Dei?] Mementore sicui maledixisse
Christum quod folia haberet, fructus non haberet, quæ con-
festim exaruit. Mementore etiam domum ædificatam su-
per arenam, nec solida in petranixam, ventorum ac tem-
pestatum vi obrutam corruiisse, quæ quanto altior foris
& sublimior, atque speciosior, tantò ruina grauiore op-
pressa est, quod non haberet in imo firmissima fundamenta
virtutum. Nocebit ergo Doctoribus mala vita: auditoribus
si lapiant, non nocebit. [Secundum opera eorum, inquit, no-
lite facere.] Samuel q: idē obediens dicitis Heli Sacerdotis,
sed facta Heli non imitabatur. Daniel Regem Nebuchodonosorem
colebat: sed Regis statuam non adorabat. Graue di-
scrimen, res perdifficilis cui debeas obsequium, cui prētes
famulatum, eius facta non sequi: sermonibus te accommoda-
re, à moribus discrepare. Ioseph castus dominam in turpitu-
dinem incumbentem non tulit. [Qui separauerit pretiosum
à vili, quasi os meū erit,] sit Deus. In eodē sēpe frutice, quæ-
dam salutaria sunt, quædā exitium præsens afferūt. In Chri-
stum ergo oculos coniçiat pius auditor, fidelisque discipu-
lus: præceptorem Christi verba promentem libenter au-
diat, sedulo obseruet: Christi facta eundem minime assequē-
tem cum viderit, nequaquam vestigijs illius insistat. Faciat
potius quod prudentes viatores solent: qui cum in bi-
vio lapides viam indicantes aspiciunt, non quo
lapis tendat, animaduertunt, sed quo ten-
dendum esse declarat.

Feriā

FERIA IIII. POST DOMINICAM SECVN- DAM QVADRAGESIMÆ.

*Ascendens Iesus Hierosolymam, assu-
psit duodecim discipulos. Matt. 20.*



Vperioribus diebus hanc eandem rem 1. Crucem ex Luca recitari audiuimus in eo Euani Christi igne gelio, quod in quinquagesima legitur. minia & do At eandem modò ex Matthæo repetit lore costare. Ecclesia, quod plurimum referre intel- ligat hærente bene in animis doctrinam crucis Christi, cùm præsertim difficil- limum facta sit, ut sibi homo penitus persuadeat, crucem esse portandam atque tolerandam. Id si vultis planè cognoscere, quām sit verum, considera- te, quid hic Apostolis accidisse referatur: quorum non nulli, auditio co sermone, confessim ad regni præro- tuam flagitandam se contulerunt, satis importuno tem- pore: alij non minus ineptè istis stomachati sunt. Itaque omnes ad gloriam, & regnum aspirabant. Verum enim Gal. 5. uero Paulus spiritu Dei plenus apertè prædicat: [Qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupis- centijs:] Quod de se ipse testificatur, [Christo confixus sum cruci.] Neque aliter censebat David, qui peteret. [Con- fige timore tuo carnes meas.] Pro verbo illo, confige, ha- bent codices quidam, [Clavis fige] sensumque esse, & vim utriusque eandem Augustinus admonet. Quis vero vestrū ignorat crucem Christi duobus constare lignis matuò trans- versis? sed quid ea duo veluti brachia se se complexa signi- ficent, audire fortasse cupitis. Ea nempe sunt dolor & igno- minia. Nam supra cætera suppliciorum genera, illud crucis ne 7. in Ver & poena & infamia, excellere putabatur. Romanæ quidem rem. Cicero effigie

N cloquen.

eloquentiæ parens Cicero, crucem genus esse dicit crudelissimi teterimique supplicij, utrumque breuiter & diserte complexus. Itaque vehementer in prætorē inuenitus, qui ciuē Romanū in crucē egerit: [Facinus, inquit, est vinciri ciuē Romanū, scelus verberari: prope parricidiū necari: quid dicā in cruce tollere?] Ergo hoc quod latronū, seruorūque erat supplciū, nō liberorū, nō ciuiū, hoc Christus Rex noster vltro amplexus est, hoc voluit tolerare pro nobis: summā ignominia cū summo dolore, & cruciatu cōiūxit. Nā & verbum ipsum cruciatus, inde est ductum. Consiliū impiorū atque hostium Christi audite. [Contumelia & tortuoso interrogemus eū: morte turpissima condēnemus eū.] Attēdite cōtumelia, inquiunt, & tortuoso. En vobis duo brachia, en duo crucis ligna: quæ Christus planè cōmemorat. [Condemnabunt, inquit, eū morte, & tradent eū gentibus, ad illudendū & flagellādū, & crucifigendū]. Hic fuit Christi exitus, hæc mors, quam mihi figura quadam adumbrasse videtur fortissimus ille Samson moriens, cum duas columnas, quibus tota incubebat domus, complexus: atque à sedibus suis conuellens, & inflectens in se se, ita occubuit, vt plurimam Philistinorum gentem simul interficeret. Quæ nam sunt aliæ columnæ illæ duæ, quibus vniuersa machina huius mundi continetur, quam voluptas & honor? Ea sunt Idola præcipua quæ mundus adorat, ijs nititur tota fabrica Philistinorum. At hæc conuulta atque transuersa crucem efficiunt Christi, ignominia certe & poena compactam. His qui incubuerit, ea que amplexus sit, Christum sequi eū verissinè, ac victoriā reportare gloriosam de Philistæis, id est, de huius mundi rectoribus dubitare non possumus. Et quia iam sacro Paſſionis temporī propinquamus, & quū quidem erit, vt etiam in Christi imitatione crescamus, aliquantò amplius de illecebris corporis, defastu, de cupiditatibus cæteris detrahamus, corpus ipsum maioribus ieiuniis castigemus, atque omni alia asperitate ad Christi crucifixi effigiem, quoad poterimus, nos componamus. Id sanctas Ludouicæ Rex Gallæ, alioqui nobilissimus ac potentissimus, & agere ipse, & alios monere solebat. Cauendum certe est, ne pessimi atque impudentissimi illius Se- mei

Cap. 2.

Indic. 6.

mei similes videamur , qui optimum Regem Dauide, 2.Reg. 16: cum viam carperet, Hicrosolyma egressus, afflatus, & siens, probris & maledictis infestabatur , lapidibus etiam petebat: quo quis non fateatur, deteriores ac sceleriores esse, qui hoc ipso sacrae passionis tempore Christum nouis culpis atque flagitijs offendere non verentur? An de ijs , non recte & merito conquerentem intelligamus, atque dicentem. [Super dolorem vulnerum meorum addiderunt:] Psal.68.
An illud quoque alterius Prophetæ non usurpabit; [Facta Esai.38. est in pace amaritudo mea amarissima.]

At quid sequitur? [Tunc accessit, inquit, mater filiorum Zebedæi.] [Omni quidem rei tempus est, & opportunitas inulta sapientem.] Sed quām præ postera & intempestiuā oratio hæc Christus de passione & cruce agit : agunt discipuli de regno & sedibus. Ea nēpe est libido hominū, vt quæ cupiat, nullo nō tēpore prosequēda sibi arbitretur. Suā rē curat, cætera pro nihilo dicit. Narrat diuina historia Ado niā, cūm maximè Salomonis regnatis irā pertimescere deberet, tamen regnandi adhuc cogitatione & studio inflammatum, matrem Regis subornasse, atq; ad interpellandū impulisse pro Sunamitide sibi uxore concedenda: vt coniunctio ne Principis sc̄emina, quæ palatio & toro Dauidis ad hono rē prope regium euecta erat, regno ipse propinquior fieret. Stultā sanè cogitatione, conatū prorsus intempestiuū : quo tempore de placando Salomone sibi merito irato cogitare deberet, regni potius insidias meditari, quod regem sapientem non latuit. Itaque pro appetito coniugio necem iustissimam retulit. Vtinā nunc amentia eadem non multos habeat Adonias, qui iudices, qui præfules fieri, qui aliorū dominatū augeri volunt, cūm de suis sceleribus potius emendandis, de Deo sibi placido nimirū irato cogitare deberent . Christus nos ad crucis cōsortiū vocat, nos sedes & regna, & imperia cogitamus.

Sed erat quæ flagitabat regnū & sc̄emina & mater, & verò filijs flagitabat, cuius pinde inscitiae ex nimio in liberos amo re, pfectæ, quadā ex parte cōdonādū est, vt beat⁹ Ambr. dixit, si votorū mēsura excederit. Cupiebat quidem videre filios bene fortunatos, ad celsiora euectos, idq; in Regno Chri

3. De rebus filiorū cura & cōtrapræ posterā edu cationem.

N 2 sti, Ambros. bīc

sti, quem habebant, & consanguineum & Magistrum, & vnicum decus suum. Non displiceret Deo ea cura parentū in collocandis ornandisque liberis atque honorum fortunarūque accessione augendis, dummodo fraus, nefasque omne ab sit. Apostolus quidem id commendat, Deusque ipse præcipit. Ad Christum verò deducendos curare, etiā pietatis officium est. Itaque vel Præfuli insigni tradere, vel Principi catholico & pio, vel collegium illustre literatorum comparare, vel rationibus alijs iuuentutem ad honesta studia prouere, nallo modo vituperandum est. Sic enim debent parentes filijs prospicere, & (vt Paulus ait) thesaurizare. At eorum parentum longe diuersa ratio est, qui liberos Satanæ dedicant, qui veneri & cupidini initiant, qui ad turpes comedias spectandas ducunt, lasciuos ac meretricios modulos docent, saltare impudicè, canere fidibus amatoria & impura. Quid mul

Ephes. 6.

ta? Matres ipsæ filias prostituunt, patres filios lenones instituant, ita exitium sempiternum afficiunt [Immolauerunt (inquit) filios suos & filias Dæmonijs.] Quæ nam Dæmonia isthæc, quibus immolati sunt miseris iuuenes? statim expavit, dicēs, [& initiati sunt Beelphegor.] Scitis quid istud mortis sit, neque potest verecundè nominari. Priapum Latini dixerat, obsecrissimum, scilicet, membrum: de qua re Oseas Propheta etiam loquitur, ita iracundè indicat. [Ipsi autem intrauerunt ad Beelphegor, & ab alienati sunt in confusione, facti sunt abominabiles, sicut ea quæ dilexerunt.] Plato

Cor. 12.

Psal. 105.

Ose. 9.

Plato lib. 7. de legibus.

quidem cum de educandis, instituendisque liberis disserit, vehementer ab ijs saltationibus, & modulis teneram ætatem reuocat, quæ amatoriū quippiā, & libidinosum sonat: solos hymnos sacros concedit. Quidā filias suas amari volunt, & amatores gestu, incessu, ornatu auctoritatē citerulis & internuncijs, atque alijs eiusmodi artibus incantare. Nec se tamen indecora facere putant, quod ea omnia huc tendant, vt formæ præstantia ac venustate sermonum maritos sibi comparent, quas res familiaris non adeò nubiles facit. O mores Christiano indigni, atque erubescendi. Meretricem tu virginem tuam facias, vt coniugatam videas. Sic certè euenit non raro, vt prædictiæ detrimenntum fiat, matrionij ratio non constet. Digna profecto

fecto flagitijs pœna. Laudat diuina Scriptura Regem Iuda, Asa, quod abstulerit de terra effeminatorum, id est cynædos turpissimos, insuper etiam matrem suam amouerit, ne esset Princeps in sacris Priapi. Utinam Principem hunc imitarentur, qui nunc iudicant terram, ut Venereos istos exterminarent, omni pudicitia & castitate iuuentutem educandam curarent. Utinam matronæ, matronam piam ac religiosam, quæ filios suos duxit ad Christum, imitandam sibi proponerent.

Sequitur: [Adorans & petens aliquid ab eo.] Eorum qui ^{4. Quæ si} ambiunt honores aut præfecturas, mos peruetus est, adorare ut petant. Non solum Principem, aut Antistitem adorant, petitor officij, sed familiares, sed seruos, amanuensem cubicularium, quid dico? ipsos calones, & infimos ianitores venerantur, amplectuntur, prensant, ut aditum ad Principem, aut senatorem expediant. Si cathedræ scholaris candidati sunt, infimo se auditori submittunt, caput priores aperiunt, amantissimè appellant, ut suffragiolum explicantur. Nonne meministis Absalonem regnum affectantē, quanta diligentia omnes vocaret ad se, quibus illecebris sibi conciliaret? Sic enim habet sacer textus: [Et manè consurgens Absalon stabat iuxta introitum portæ in via, & omnem vi rum, qui habebat negotium, vocabat Absalon ad se:] Itemque post pauca, [Sed & cum accederet ad eum homo, ut salutaret illum, extendebat ad eum manum suam, & apprehendens osculabatur.] Hæ, videlicet, artes sunt præfecturas, honoresque ambientium. Nihil illis submis- ^{Plato li. 8.} fius, nihil officiosus, & comitus, [Ambitionem Pla- ^{de legibus.} to dicit mirificè esse in Principes obedientem, virtutemque quadam ex parte colere, sed minimè in ea perdurare.] Hinc ergo isti greges comitantium ad Palatia Principem. Hinc caterna deducentium domo, ac reducentium senatorem. Adorant, nimirùm hosce, à quibas petunt, atque obtinere confidunt. Petit ergo matrona aliquid, neque tamen aperit statim, quid illud sit. Primum gratiam inire vult, quid velit celat, pro alijs petit, qui maxime cupiunt. Late- ^{Bern. epist.} revolunt, matrem subornant, anum venerandam, sanguine Christo coniunctam: illa personam induit postulantis,

aliorum causam efficit suam. Quantæ ambitionis artes, quæ latere, cùm maximè velit, minimè potest. Adeò est fœda ambitionis facies, ut se prodere etiam erubescat; sed ipsa dissimulatione & circuitu facile agnoscitur, facile deprehenditur. Præclare Bernardus, [Ambitio cùm prorumput in impudentiam, efficaciam perdit: ambitio mater hypocrisis latebras amat & tenebras: lucis impatiens est: ambitio spurcū vitium in imo iacet, videt tamen omne sublime, sed videri ipsa refagit.]

**T. Non esse
temere agen-
dum.**

Verum quid ad has artes, Magister Deus? Non se ita decipi facile finit. Quid vis? inquit. Non ducitur studio, non vincitur imposturis, non fœmineis artibus se capi patitur. Quid vis? Nihil temere, nihil nisi ex ratione promittit. Itaque amicitia, & sanguinis coniunctioni docet illa solùm tribuenda, quæ iudicium rectum atque æQUITATIS ratio prius explorata atque expensa probauerit; suffragium integrum causæ seruandum, non personæ prærogandum; libertatem precibus & gratia nullo modo imminuendum, ac debilitandam, vbi diversa merita & rerum pondera imparia esse poterunt. Illud præterea sapiens Christi interrogatio, (vt Chrysostomus censet) nos admonet, quod Salomon sapienter dixit. [Prius quam interroges, ne vituperes quemquam, & cum interrogaueris, corripe iustè:] Sciebat planè Christus, quid mater Zebedæi filiorum peteret, intima matronæ vota penitus perspiciebat: tamen querit, quid petat, antequam reprehendat atque arguat. Nos, quinque rerum, neq; animorū scientiam tenemus, sed opinionibus sœpe fallimur, nōne oportebit nemine dñare, prius quā audiamus? Qui enim aliū inauditum nox & insimulat, se potius inficit, & intēperantia damnat. [Prudentiā ergo atq; iustitiam, simul sobrietatem atq; virtutem Sapiētia divina docet, vt ipsa proprio volumine dicit, quibus nihil est utrius in vita mortalibus.] Hęc quidē omnia ex singulis Christi Salvatoris nostris factis discere possumus. Verum peculiari quodā modore hęc gesta nos docet quādmodū, vbi maxime viget carnis affectus, occurtere debeamus prudēter, intēperatē ergo nostras res propensionē cohibere, cōtraq; impellērib⁹ resistere fortiter, vt demum iustitię lex inconclusa teneatur.

**Chrysost.
hoc loco.
Eccl. I. 1.**

Cap. 8.

Ap. viii.

IN EADEM FE-
RIA CONCIO SE
CVNDA.

*Nescitis quid petatis, potestis bibere calicem,
quem ego bibiturus sum? Matt. 20.*



VERAT quidē Christus interpellatus à ma 1. Cur non
tre filiorum Zebedæi; quid posceret, rogaue- matrem, sed
rat fœminam. Sedem regni præceptum filijs et filios repre-
flagitatem audierat. Neq; respōlum tamen pe hēderit Chr
tenti dat, sed ad discipulos Ioānem & Iacobū *s̄ns.*

orationem convertens, ambitionis arguit, inficitia damnat,
immodica, & quæ minimè ipsi congruerent, expetere ostē
dit. Quid cauſa fuit, vt sermōnem ad filios verteret, qui tace-
bant, matri loquenti nihil respōderet? Primum illa, fœmina Primam ra-
erat, & mater erat, itaque errato magis ignoscendem puta-
uit, nec matronam religiosam pudore afficiendam. Insimio nuat Am-
ri vasculo honorem impertiendum Petrus etiā p̄dicit. Vi broſius, fecū
le & sordidum est fœminas insestari: ciuile honorare. Dein- dam Chry-
de autores magis peccati, quām administram coripi opor-
tere censuit. Olim cū vetito pomo primi nostri generis pa 1. Pet. 3.
rentes vſcerentur, in serpente, totius mali inuentorem, & Gene. 3.
impularem, primam lētentiam damnationis tulit: mox in
ipos trāſgressores p̄cepti lege egit. Ambitionis certè im-
pulsores matri fuerant filij. Præterea diuina iudicia in ijs
quæ latē nobiliora sunt. Existimabant discipuli, matre sub-
ornata, se in tuto esse. Hos prodit sermo Christi, neque la- Gene. 3.
tere patitur. Olim Adamum se abscondentem, & scelus folijs
ſiculneſ integrē, in apertū Deus traxit, p̄dore in publicū
compulit. [Omnia enim nuda sunt, & aperta oculis eius.] Heb. 5.

[Nescitis (inquit) quid petatis.] Stultitiae arguit ambitiosos 2. Superbia
fratres. Quid em̄ tā iuste repēditur superbię, quā stultitiae inu amitti, hu-
sta nota? Nihil èquè superb⁹ appetit atq; gloriā imperādi: ni militate
hil magis imperio repugnat, quā stultitia: qui em̄ alios regat, pararis reg-
qui n̄m.

qui sensum in suis ineptum habeat? aut quomodo eum cætri venerentur atque suspiciant, quem mentis inopia laborare videant? Rectissima igitur, atque appositissima superbiæ poena stultitiae nota. [Homo (inquit) cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.] Nam qui esse dij voluerunt, sualore serpente, scientes bonum & malum, in eam fraudem impulsi sunt, vt bestijs similes euaderent, impuros & effrenes concupiscentiæ motus nō sine magno dedecore experti. Quorum Deus irridens arrogantiam & importunos in Deitatem conatus, [Ecce (inquit) Adam quasi unus ex nobis.] [Malum hoc (ait Cyprianus, de ambitione differens) Adam in Paradi so palsauit, & stravit, cum subiectionem, quam Deo debebat, fastidiens, appetit dominatum, & cum vellet esse sicut Deus, sine Deo se vidit, & nouit, & conspectu carnis suæ abhorruit fæditatem.] Egregiam verò laudem & spolia ampliulere. Bene proorsus à Salomone est dictum, [vbi est humilitas, ibi & sapientia, vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia.] Paulus quoque de audacibus, & insolentibus diuinæ Scripturæ corruptoribus, vbi dixit, superbus, adiunxit proutius, Nihil sciens. Sequitur, nimis, è vestigio superbiam inicitia. Quare præclarè Magister optimus, quos ad humiliatatem à se discedam fuerat hortatus, cernens discipulos superbè sapere, cohibendos ignorantia suæ asperiore admonitione putauit. [Nescitis (inquit) quid petatis.] Tā longè abestis à regni sedibus, quas ambitis, vt quid ipsum regnum sit, quod cupitis, penitus nesciatis. Quo quid potest esse turpis, vt quisumnis conatibus apud Principē rē agat suā, eū quid ea res sit, qua de agit, omnino ignoret? Quād erubescē dum dedecus non modo repulsam ferre, verum etiam votū absurditatis coargui: stultitia notari gloria meditantē.

Erat verò duplex in ijs fratribus error. Unus, quod aliena peterent: dextrā nāque & sinistrā in regno Christi nequaquam sibi depositerent, si solius Reginæ dignitatē decere cogitarent, de qua est dictū, [A statim à dextris eius.] Alter, q̄rā viā minimē insisterent, quæ ad Regnū ferret. Nō enim cupiditate & arrogantia, sed laboribus iustis regnū paratur. Neque se se fratribus præferre, sed omnibus potius subesse, eadem.

Psal. 48.

Genes. 3.
Cyprian.
serm. de ieui
nio & tenta
tiōnibus.

Prou. 11.

I. Tim. 6.
Mat. 11.

Psal. 44.

demū ad regnū Christi perueniendi verissima ratio est. Quo *Lue. 14^o*
 ties nā ex ipso audierant? [Qui se exaltat, humiliabitur, qui *18.*
 se humiliat, exaltabitur.] Ita suos cælestis Magister insti- *Mat. 11.*
 tuit. [Discite à me, quia misericordia sum & humiliis corde.] Idem. *Luc. 14^o.*
 [Recumbe in nouissimo loco] idem etiam. [Beati pauperes *Mat. 5.*
 spiritu, quoniam ipsorum est Regnum cælorū.] Ab illo Paulus *1. Cor. 15.*
 didicerat: [Ego sum minimus Apostolorū, qui non sum dig-
 nus vocari Apostolus,] quod cæteros docebat; [Non quæ
 sua sunt singuli cōsiderātes, sed ea quæ aliorum.] Atque aliás *Phil. 2.*
 [Honore iuuicem præuenientes] [& superiores sibi insicē *Rom. 12^o.*
 arbitrantes.] Ab illo Princeps ipse Petrus Apostolorū: [om *Phili. 2.*
 nes humilitatem iuuicem insinuantes.] Hæc vera via est ad *1. Petr. 5.*
 Regnum, hæc vñica altiora tenēdi ratio, deprimere sese, om-
 nibusque submittere. Illius verò regnitanta est gloria, tanta
 maiestas, ut vel minimū locum in eo adipisci, votis omnibus
 maius sit. Quām sapiēter Paulus, quā magnificè de illo Reg-
 no cogitabat, qui omnes suos conatus, labores, operas, mole-
 stias, certamina, satis amplū præmiū referre arbitrabatur, si
 quācūq; illi^o regni, ut ita dica, portionē aslequeret: [Omnia,
 inquit, facio ppter Euāgeliū, ut particeps eius efficiar.] Par-
 tē sibi aliquā cōmunicari in illatāta Regni Euāgeliī gloria,
 id verò pro magno habere & optare se pfitetur. Nō dextrā
 aut sinistram sibi sumebat: quo cunque loco, si detur, ample
 sibi meritisq; suis satisfactū arbitratur. O quanta huius viri
 sapiētia? quæ rerū æternarū atq; cælestiū digna æstimatio?

1. Cor. 9^o.

3. Quadruplicem esse
calicem in
scriptura.

[Potestis bibere calicē, quē ego biberimus sum?] Ostēdit
 maximo illos errore teneri, quod de gloriæ & regni dulcededi-
 ne cogitent, cūm de militiæ potius labore deberet. Calicem
 Christi, passionē & morte acerbā vocari notū est. Quadru-
 plicem vero in diuinis literis calicem legimus. Est calix iræ
 Dei, quē inimici hostesq; Dei potare coguntur, plenū felle
 amarissimo, atq; tētrissimo, de quo Psalminus habet; [Calix in
 manu Domini: bibet omnes peccatores terræ. Verūtamen
 fæx eius nō est exinanita.] Hūc calicē propinare Hieremias
 iussus est gētibus sceleratis, de hoc ipso habet Propheta: [Ig-
 nis & sulphur, & spiritus procellarū, pars calicis eorum.] Ad *Hiere. 49.^o*
 hūc calicē amarissimum perpotādū cogit poculum aliud, vt
 appetat, dulce in manu Babylonis, meretricis, scilicet, illius,

*Psal. 74^o.**Psalm. 10^o.*

- Apoc. 17.* quæ aureū poculū Regibus & Principibus, ceterisq; procēribus propinabat: in quo erat lethale venenū. Sic enim habet Apocalypsis: [Mulier erat circūdata purpura & coccino, & inaurata auro, & lapide pretiolo, & margaritis habens poculū aureū in manu sua plenū abominatione, & in mūditia fornicationis eius.] Hoc vinū proflitare mulieris, initio quidē suave est, mox in venenū mortiferū vertitur. Quod Salomon adiuaduertit in se; [Inueni (ait) amariorē morte mulierē:] tu verò alios etiā admonitos voluit, [Ne intuearis vinū (ait ille) quādo flauescit, cùm splēduerit in vitro color eius: ingreditur blādē, sed in nouissimo mordebit ut colber, & sicut regulus venena diffundet.] Id enim propriū est voluptatis impuræ, ut pœnā secū afferat, & produlci ingressu exitū relin quat acerbissimū. Itaque calici, in quo venenū culpæ voluptate potatur, respōdet calix cruciamēti acerbissimi felle plenisimus: qui duo sunt peccatorū calices. Totidē sanè iustorū reperies calices. Est calix dulcissimus, & præclarissimus gloriæ Regniq; cælestis, quē Christus cōmemorat suis: [Et ego disposui vobis, ut edatis & bibatis super mensam meā, in Regno Patris mei.] Hoc illud est vinū, quod nouū promittit in Regno Dei. Hic ille calix, quē Propheta & amat & admiratur, [Calix (inquit) tuus ineibriās quā præclarus es?] Verū ad hunc calicē æterni cōniuij & Regni perueniri nō potest, nisi epotato prius calice passionis, & crucis Christi, qui prius viatorū est, atq; ad superna tēdētiū, cuius fāta suit acerbitas, ut ipse Christus ad illius poculi veluti odore acerrimū totus horresceret, ac diceret, [Trāseat à me calix iste,] sed saltare poculū est atq; audīe ei bibēdū, qui salutē suā charam habet. [Et de calice eius (ait Paulus) potati sumus.] Nā sicut ipse Princeps ac Dux noster eximus de tortē in via bibit, & ppter ea exaltauit caput, tortē enim cedrorū, aquas passionis turbulētissimas voluente, & trāsūit & babit: ita milites tāti imperatoris exēplo eductos oportet per dolores & cruciamēta, & ignominia, cætraq; acerba, ad regni dulcedinē peruenire. [Sicut enim socij passionū estis (inquit) sic eritis & cōsolationis.] Desināt ergo rudes adhuc discipuli, Iacobus & Ioann. de Regno & sedibus cogitare, de pugna potius & labore certādi cogitēt. Tūc ad regiū cōuiuiū admittētur,

tur, & pretioso ne stare potabūtur, cū amarū Christi passio-
nis fel audiē ebiberint. [Potestis ergo, o vos regni mei auda-
tes efflagitatores, calicē meū bene bibere, quē ego ipse bibi-
turus sum? At quid nō sibi pollicetur ambitio? Possumus,
inquiūt. Desiderio ductos dicit Chrysost. promittere quidli-
bet. Nihil eos calix acerbissimus moratur, dumodò regnādi
dulcedine potiātur. Nimirū præceps fertur, & obvia omnia
se facile præteruehi posse cōfidit, qui ad sedes glorioſas ani-
mo rapitur. Admirabile dictū est, quantū onus sumat ambi-
tio, quā pro nihilo faciat omnes difficultates. Pulchrè verè-
q; à Seneca dictū. [Hoc vitiū habet omnis ambitio, nō respi-
cit.] Oculis vacuā meritō ambitionē Seneca dicit. Dū Epif-
copus fiat, haud terrēt tot myriades animarū, p̄ quib⁹ reddi-
turus est rationē Deo, singulorū saluti sua oppignorata. Hoc
tantū, tā arduū negotiū quām leue reputat? quam citō lufci-
pit? Possumus, inquiūt, ne puncto quidē temporis respōfio-
nē atque sponſionem morantur. Possunt, scilicet, omnia. Est
enīm suo quodā modo ambitio omnipotens. Cælo ipsi bellū
inferendum sit: Possumus. Tartara aperienda & penetrāda;
Possumus. Cū omni mortaliū genere bellum gerendum: pos-
sumus. Atq; ea tanta temeritas cordis humani Deo est sum-
mopere detestabilis. [Ego scio (ait Dominus) iactantiā eius:
& quod non sit iuxta eam virtus eius, nec iuxta quod pote-
rat conata sit facere.] Odit Deus Thrasones istos glorioſos,
confidentes, omnia pollicentes, nihil præstātes. Quantō me-
lius & prudentius David Bethleemita Pastor, qui Regia ul-
tro oblata arma priū experiri maluit, atque sibi minus apta,
quāuis splendida, reiecit; [Nō possum (ait) sic incedere.] Nonne
vidistiſ ſāpe baiulos, qui leuandis oneribus vitam
transfigunt, tamen oblatum onus priū tentare, & ē terra fu-
ſtollere, vt quantum fit, ſuperet ne vires suas, ante experia-
tur, quam oppreſſi pondere in via ruant? Non metiemur nos
ipſos? non agnoscemus pondera quæ ſubimus? [Quid va-
leant humeri, quid ferre reculent.] Si fieri index velis,
considera, an valeas virtute irrumpere iniquitatem. Si
Episcopus, si pastor animarum, an ſis ſine crimine, intrepre-
hensibilis, ſobrius, ornatus, prudens, pudicus, hospita-
lis, & reliquum Apostoli catalogum. Si Magister aliorū, an
expedit

4 Ambitio-
ni omnia
prona vide-
ri. Chrysost.
hom. 66. in
Mat.

Seneca lib.
10. Epift.
74.

Hiere. 48.

1. Reg. 17.

Horatius.
Eccles. 7.

1. Timot. 3.
Tit. 2.

expeditat tibi maius iudicium sumere. Denique, ne simus puerorum similes, qui equis arundineis videntur sibi præclarè currere, & militaria certamina papyraceis depictis que thoracibus ludentes, tanquam rem fortiter gesserint, gloriantur, quorum èò magis ridiculus est omnis conatus, quò apparatus ipsis videtur elegantior. Quid si vera certamina Iudicris illis armis aggredifestinent? At ille, qui Deo plenus erat, nihil se posse etiam cogitare boni, nisi datum esset cœlitus, affirmabat.

s. Christi exemplum, & pretium. Postulata duorum ambitiosa ac superba, cæteri decem scipuli graniter molestè que tulerunt, sibi illos præferri velile, idq; fauore, non meritis, indignum facinus arbitrati. Itaq; hos indignantes, ac præ iratum entes, illos videres repulsam, & dolentes, & erubescentes, ac se se à reliquis separantes. Quid ad hæc benignus, ac clemens Magister? Pacè amicitia-que cōciliat: vt rotq; nō superbè sapere blāde admonēs, sc q; ipsum humilitatis exemplum opponens, ad quod intueri potius deberent: qui cum Rex esset Angelorū, hominū seruus fieri voluit, neque seruitutem qualemcunq; seruire, sed eā demum, quæ sanguinis ac vitæ profusione constaret. Quod genus sanè seruitutis quis vñquam est seruus inuentus, qui in se suscipere, vt pro hero mori se mallet? Christus vero Do minus cæli & terræ, pro seruis, & quidē ingratias, perfidis, impijs, vñq; ipsam sanguinē que profudit: [vt liberaret eos (ait Paulus) qui per totam vitam obnoxij erant seruituti.] Quale hoc charitatis genus est? Quæ forma humilitatis incredibilis? quā ad nostram importunā superbiā castigādam, ac frænandam singulare argumentū? Beatum Papam Leonē de hac Christi, Christianaq; humilitate differentē, attētè audiam; sic enim loquitur: [Si igitur omnipotēs Deus causam nostrā nimis malam, humilitatis privilegio bonā fecit, & ideo destraxit mortē, & mortis autorē, quia omnia quæ persecutores intulere, nō renuit, sed obediens Patri crudelitates sequentiū mitissimā lenitate tolerauit: quantū nos humiles, quātū oportet esse patiētes, qui si quid laboris incidim⁹, nūquā nisi nostro merito sustinem⁹? Vnde tota dilectissimi Christianæ sapientię disciplina nō in abūdātiā verbi, nō in astutia disputādi, neq; in appetitu laudis & gloriæ, sed in vera & voluntaria

Hebr. 2.

Leo ser. / de Epiphania.

humili-

humilitate cōsistit, qua Dñs Iesus Christ⁹ ab utero matris, & que ad suppliciū crucis, pro omni fortitudine, & elegit & docuit.] Hæc Sanctissimus Leo. Sed quid est (oro vos) quod dicit Christus, se vitam daturum in redemptionem pro multis? An pro omnibus non est mortuus Christus? Num multis, ac non potius omnibus sufficiens est redimendis, ita atque abluendis sanguis illius? David quidem [copiosam esse apud Deum redemptionem asserit.] Paulus [pro omnibus Christū mortuum affirmat.] Ioannes etiam[pro totius mundi peccatis propitiationem dicit.] Cur ergo in redemptionem pro multis ipse, ac non pro omnibus dixit? sed non omnes, nimirū, volunt pretio redemptionis vti: malunt in miserrima Diaboli servitute manere, oppresi peccatis. Id ipse conqueritur, ac dolenter commemorat. [Ego dixi, in vacuū laboram: sine causa & vanè fortitudinem meam consumpsi.] Sapientia quidem clauitatem, vocat quæ ad se omnes, se despetam contemptamq; à plerisque & dolet, & deplorat. Quis tu heus? Vel quo de numero es, mihi expone. Te te conuenio, te (auditor) appello. An frustra, quod ad te attinet, Christum mortuum esse patiaris? An pro modico labore peccata confitendi, emendandiq; vitam perditā, eternos diuini sanguinis thesauros abiicias? ò nos plus quam insanos, qui opes infinitas pro nihilo habeamus. Ergo[exurge, qui dormis, & illuminabit te Christus.] Fuge horrede mortis eterna vincula, magisque te præbe pretio incomparabili non indignum.

Psal. 129.
2. Cor. 5.
1. Ioan. 2.

Ezai. 46.

Prov. 1.

Ephes. 5.

FERIA V. POST

DOMINICAM SECUNDAM QVADRAGESIMÆ.

Homo quidam erat dives, qui induebatur purpura & byssō. Luc. 16.

1. Bonorum
& malorum

*D*e immortalitate animorum, qui olim dabitarunt, immoritò sanè dubitasse, vt alia missa faciamus, il lud profectò invictum argumentū est, ac facile cui tingere pruis expositū peruiumque. Nā restare alterā vitā post hanc mortalem.

mortalem atque caducam, huius ipsius innumeræ absurditæ, eventusq; prorsus indigni atq; omni ratione carætes declarat. Passim improhos honoribus dinitisq; auditos cernimus; bonos miserè oppressos atque indignissimè affectatos. Quod si rerū humanarū est aliquis arbiter, si mūdo præfidel Deus aliquis, ilsq; iustus ac sapiens est, profectò superesse vitam post hanc mortale immortalem necesse est; in qua & sce lerati poenas luant, & bonis pijsq; bene sit. Etenim si vel hec ille non curat, qui supremus est rector, vel iustus non est, ne Deus quidē est. Ita vel nō esse Deum fateamur, necesse est, quo nihil absurdius, nihil ab omni sensu alienius dici potest: vel certè Deum bonis bona, malis malare ferre. Id cū manifestum sit in vita mortali plerūq; non fieri, alterā esse immortalē, in qua fiat, firmissima atque apertissima ratione concluditur.

Quo argumēto demonstrari evincitq; omnino, etiā si proter uè quispiā contradicat, animorū immortalitatē præmijq; ac

Chrys. Con poenæ iudicium superesse, præclarè Chrysostomus docet. Quo itē cione. 4. de argumento Petrum usum Clemens cōmemorat, si tamen illas est recognitionum opus, quod multi eruditi repudiāt.

Lazarus in 2. ro. & alias sepe. [Cū certum sit Deum iustum esse, necessarium est aliud es

Clemens lib. Recogn. se sacerdolum, in quo unusquisque pro meritis recipiens, iustitiam Dei probet.] Verba sunt Petri. Atque hac planè ratio-

cinatio non solùm ad persuadendum infidelibus valet, verū ad confirmandos etiam fidelium animos, qui sacerdoti numero rerum humanarum iniqua conditione ac temeritate quadam percellantur, & perturbantur, ac de via flectere pene coguntur. Prudentiam enim Dei requirunt, cum bonos male accipi cernunt, improbos florere, & se iactare impunè, quoquo libeat. At eiusmodi iniquæ fortis rerum humanarum haudquam nullam esse prudentiam declarant, sed esse occultam & altam, quæ præsentia quasi exigua contemnat, futura, quæ sunt æterna, maximè propiciat. Ita philosophantem Davidem Psalmus ille indicat, cuius initiu est:

Psal. 72. [Quā bonus Israel Deus ijs qui recto sunt corde?] è vestigio proponit quæstionē cā, quā se permotū fatetur; [Mei autē pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei: quia zela uisuper iniquos, pacē peccatorū videns.] Dicit se impiorū prosperitate turbatū, pene de via Dei deserēda inijsse cōsiliū;

causam

causam adiūgit: [Quia nō est respectus mortis eōrū, & firma-
 mentū in plaga eorū; In labore hominū non sunt, & cum ho-
 minib⁹ nō flagellabūtur. Ideò tenuit eos superbia, operi⁹ sūt
 iniquitate, & impietate sua.] Nec mortis (inquit) acerbitatē,
 nec supplicij meritas poenas ex periūtur: labores nullas, nul-
 las molestias perferūt, prospere ac beatē agunt, cedūt q; illis
 omnia pro votis: quarerū secundarum affluentia ipsi se se ef-
 ferunt, cæteros facile contēnunt, in ip̄sum numē audaces in-
 solentesq; sunt. Hęc valde perturbat animas de prōsidentia
 cogitantes. [Et dixerūt, inquit, quomodo scit Deus? & si est
 scientia in excelso.] Mox iustorū, & piorum arūnas expo-
 nit. [Et dixi, ergo sine causa iustificavi cor meū. Et fui flagel-
 lat⁹ tota die.] Quā esse causam cōmunē piorū docet. [Si sic, inquit, mē cōparauero, ut labores subire detrecte, prosperi-
 tate superborū cupiā, sine dubio filiorū Dei causam dānaue-
 ro, qui cōtinuis laboribus exercētur. Deniq; venit ad rē, &
 nodū soluit. Difficile (inquit) est de re tāta tāq; abstrusa fer-
 re sentētiā, nisi exitus vite perspiciat. Iā illie, quā sit felix
 bonorū sors, quā misera impiorū, facile apparet. Id significat
 illa verba: Existimabā vt cognoscetem hoc, labor est ante
 me. Donec intrē in sanctuariū Dei, & intelligā in nouissimis
 eorū] quod sanè explicat. [Quomodo facti sunt in desolatio-
 nē impij⁹ nimirū, subito defecerūt, perierūt, ppter iniquitatē
 suā.] En quo tandem vita improbē actæ prosperitas illa tanta
 denenit? Sāctuariū Dei arcānum numinis prōsidentiā appellat. Hoc idē argumētū habet ac latē versat Psal. ille, cui initiu Mala. 3.
 est; [Noli zelari in malignātibus.] Idē apud Malac. Prophe-
 tam inuenies. [Dixistis (verba sunt Dei) vanus est qui seruit
 Deo, & quod emolumentū, quia custodiūmus prēcepta eius?
 Ergo nūc beatos dicimus arrogātes: siquidē edificati sunt fa-
 ciētes impietatē.] Cui questioni respōdet Deus: [Script⁹ est
 liber monachēti corā eo timētibus Dñm, & erūt mihi in die
 qua ego facio in peculiū: & parēt eis, sicut parcit vir filio suo
 seruēti sibi. Et cōuertimini, & videbitis, quid sit inter seruē-
 té Dño, & nō seruientē ei.] Ille igitur dies, vite huius vltim⁹,
 æternæ futuræ primus atq; perpetuus, quid meritorū diuer-
 sa pōdera valeat, declarabit. Interim agitur fabula in scena:
 & regiam personā sustinet sāpe sordidulus pastoris, doctior
 & cul-

& cultior. Eandem sanè quæstionem de Prudentia, & iustis lancibus meritorum copiose disputat liber Sapientiæ sacrer totis primis quinque capitibus. In eadem versatur Iob capite vigesimo primo satis fuscè. Hieremias quoque vndecimo prophetiz suæ capite. Habaculū quædam etiam initio perstringit. Res enim est & magna & pernecessaria vitæ hominum recte instituenda: propterea à se penumero in diuinis libris exponitur. At nusquam ita dilucidè tractatur, nusquam ita ex professo, vt in hodierna lectione Euangelica, ubi dicitur epulonem secundis rebus utentem, ad sempiternos ignis cruciatus damnatum cernimus; contrà mendicum, plagiisque confectum Lazarum Angelorum manibus in felice

**S. Abnsum
diuitiarum
damnari à
Christo.**

**Ambros. in
Luc. 4.
Gre. homil.
40. in Euan-
gel. Tertull.
de Refur. c.
17. Euthy.
in 16. Lnc.**

**Basil. ho-
mil. de di-
nit. Hiero-
ny. lib. 5. in
Ezeb. c. 16.**

Ac certè, siue historia ea fuerit vera, siue parabola ad doctrinam comparata, perspicuè docet esse alterum genus vitæ diuturnum atque perpetuum, ubi malis mala, bonis bona seruata, meritorum iustissima ratione tribuantur. Sed esse potius historiaz narrationem mihi persuadet primum autoritas magnorum Patrum Ambrosij, Gregorij magni, Tertulliani, Euthymij, atque aliorum. Deinde nominatio Lazarī, quæ in nulla parabolâ reperitur. Tum multorum piorū sensus, qui hunc Lazarum inter Diuos ponunt ac venerantur, imagineisque illi atque altaria erigunt. Sunt etiam qui dinitis illius nomen ascribant, cumque Ninensem vocatum afferat: quo testimonio non habeo compertum, sed tamen afferūt. At, quod ad rem pertinet, vt cunque ea se habuerit historia, certe admonemur, id nobis futurū cogitare, quod istis adest inter se disparibus, diuitiis (in quam) & pauperi evenit. Primum illud attentius considerandum damnationis huiuscē dinitis nullas alias causas Christum Dñm cōmemorare, nullum crimen referre alind, quām quod multum sibi indulserit, in mendicū parcus durusq[ue] fnerit. Id Basilius homilia propria valde commendat. Id Hieronymus alio in loco scitè disserit his verbis. [Dives ille in Euāglio purpuratus, nihil aliud refertur habuisse criminis, nisi quod opibus & dinitijs affluens, in tantā cruperat superbia, vt manū egeno & pauperi Lazaro non porrigeret.] Non idcirco damnatus est dives ille, quod dives esset, vt bene Chrysostomus dicit. Possunt etiam

etiam diuites esse salvi, quemadmodum contrarium quorundam errorem Augustinus refellens scribit ad Hilariū. Abraham fuisse ditissimum scriptura sancta commemorat. [Erat Augst. epist. 99.
 (inquit) Abraham diues valde in possessione, in auro, & argē Gen. 13.
 to.] Atqui in Abraham simillatus est Lazarus, ut refrigerio frueretur. Non igitur diuitiae, sed diuitiarum usus peruersus egit transuersum diuitem. Expendebat, nimirū, eas omnes, atque effundebat in vestitu splendido, in conuiciis pretiosis atque continuis. [Induebatur (inquit) purpura & bysso: & epulabatur quotidie splendide.] Quotidie (inquit) plē didicē. Itaque semper genio indulgebat, semper effuse epulis vacabat: Deus bone, quid hoc? Hunc tine peruersum diuitiarū usum appellas ornare se se, ac veste pretiosa induere? delicate & opipare esitare? Atqui hominū fere omnium alius longe sensus est, cum optimum ac rectissimum copiarū usum interpretantur, ut splendeant, ut suaviter vivant. Illū sapere, scilicet, dicitant, qui fruatur partis opibus, contra parcum & austernū accusant, quasi bonis ut neciū, indignūque cēsent, cui fortunæ affluant nulli usui. Hæc planè sententia est vulgi, hæc vox etiā eorum, qui sibi peritiores videntur. At veritatis longè diversa sententia. Neq; enim ego hunc usum diuitiarū dāno & arguo, sed Christus ipse apertissime taxat, cūm diuitem ita diuitiis vtentem in supplicia & tortura datum narrat. Eandē alias rem exponit & repetit, [Vx vobis diuitiis, qui habetis consolationem vestram. Vx vobis, qui saturati estis, quia esurietis. Vx vobis, qui ridetis nūt, quia lugebitis & flebitis.] Euangelicis his nō dissimilia Amos Prophetā vaticinatur: [Vx qui opulentī estis in Sion, & confidi Amos. 6.
 tis in monte Samariæ optimates, capita populorum, ingredientes pompatice domum Israēl. Vx qui separati estis in dicem malū, qui dormitis in lectis eburneis, & lascivitis in stratis vestris.] Nempe luxum, & splendorem nimium diuitum damnat propheta. Neque aut Euangeliū, aut prophetia isthæc, adulteria, neque homicidia, sacrilegiaue commemorat. Luxum obijcit, delicias arguit, effusos in ornatu sumptus vituperat. Quid igitur criminis (inquis) in istis est? Nimirū vita beata non simul mortalibus contingit, & immortalibus: aut hic laborandum, & quiescendum

illie apud superos: aut qui præsentibus fruatur bonis, futuras calamitates certas putet. Fieri enim omnino non potest, ut qui illecebris carnis indulgeat, carnis cupiditates frænare queat, aut qui ad gloriam & splendorem ipso ornatus comparet, fastum iactantiamque deuitet. Sunt ijs (mihi credite) acerrimi hostes timoris Dei. Periclitatur castitas, periclitatur humilitas, pietasque Christiana inter ambitiones vestium mensarumque delicias. [Homo erat diues, & induebatur purpura & byssio, & epulabatur quotidie splendidè.] Quod si is, qui diuitijs pollebat, tamen arguitur ac vituperatur ob eiusmodi sumptus effusos, quid erit de ijs sentiendum, qui cum diaites non sint, sed ære alieno potius oppressi, tamen ita vicitur, ita epulantur lante, ita vestiuntur splendidè? Si de proprio culpasuit immodice expendere, de alieno quid putandum? Quanta vituperatio quæ ignominia? Et viuunt tamen in curia non pauci; utinam non plurimi, regum instar, qui plus in alieno, quam in suo numerant.

3. Elcemosy Hoc igitur primum crimen istius diuitis. Quod nā aliud nam facere, etiam commémoratuim est, idque præcipuum. Quod eleemosy ad salutem synam non faceret, quemadmodum Chrysostomus & Gregorius esse. August. de mē indigentem, extrema miseria afflictum, neque miserabili Verb. Dom. tur tamen, nequæ subueniebat. Ne ex ijs quidem, quæ su serm. 24. & perfuebant, quicquam porrigebat. Melius in illa domo canibus eis quam Lazaro. Neque verò damnatum illum diuitem narrat, quod aliena raperet, quod pauperes spoliat, & præda haberet. Ne id quidem, quod visuras ficeret, & fraude bona conquireret. Solum illud dicit, non dedisse pa

Greg. hom. 40. in Euag. peti, non subvenisse in opere. Itaque Gregorius Papa merito dicit: Hinc collendum est, quæ poena multitudinus sit, qui aliena diripiit, si inferni damnatione percutitur, qui propria non largitur. [Gregorio Augustinus consentit; Dives, (inquit) erat, non dixit calumniator: non dixit ipso pauperum oppressor: non dixit, rerum alienarum receptor. Quod ergo eiss crimen, nisi iacens ante ianuam ulcerosus, & non adiutus?] Nihil ergo modò nobis rei est cum ijs, qui rapina & dolo sua augent, aliena diripiunt. Nihil cum ijs, qui scribunt

bunt leges iniquas, ac subditos sibi populos exactioribus
importunis vexant: quorum causa quem exitum habet, fa- Eze. 10.
cile omnes intelligunt. Cum eo genere hominum modò no-
bis res est, qui ampla patrimonia, qui copias aut à maiori-
bus relictas expendunt, aut à se industria & labore partas.
Videndum enim est, quemadmodum hæc ipsa bona bene-
parta non male disperdant. An ea egenis mendicisque com-
municent. An inopes alant atque sustentent. An pro faculta-
te bene merendi officium impleant. Si id quidem faciūt, be-
ne res habet, sin vel nihil, vel parcè & malignè tribuunt, actus
de illis est: reos se mortis & ternæ sciant. Iudicium Christi se-
uerum in eos propriè exerceri, Euangeliū docet, qui cle-
mosynas non fecerint, qui non pauerint famelicum, non ve-
stierint nudum, non exceperint testo peregrinum. Memi-
nistiſ (credo) Nabalū illū præpotētē, Davidis, cū indigeret, Mat. 25.
postulata plena æquitatis, atque humanitatis superbē repu-
diantem: eundem irati atque ad vindicandam iniuriam arma-
ti Davidis nuntio perculsum, ipsa metus magnitudine ex-
animatum. [Et mortuus est (aī scriptura) cor eius intrin-
secus, & factus est velut lapis.] Is exitus, scilicet, debe-
tur cordi præduro, atq; imminisericordi. Nihil æquè in ultimo
vitæ agone animū cōsternit, & deiecit, atq; inclemētia & du-
ritia in pauperes. Nihil cōtrā vsq; adē erigit, & fiducia im-
plet, ac misericordia & benignitas impensain pauperes. To- 1. Reg. 25.
bias quidē sanctus ita testatū filio teliuit. Merito diuitū dā-
natorum illam maximè causam quidā propheta commemo-
rat, q; miserorū illos nihil misereret. [Et nihil (inquit) patie-
bantur super contritione Ioseph.] Quotidie pauperes pan-
nosī fame confecti occurruunt, nudi & vlcerosi clamitant: nos
verò vel aspicere dignamur, vultum vertimus, festini tran-
simus, aut, quod immensum scelus est, etiā fastidimus & car-
pimus, quasi fraudes illorum auertemur, quorum si eslet vel
maxima ars in emendanda siipe, id ipsum tantæ miseriae ge-
nus eslet, vt meritò cōmiserari deberemus. Sed videlicet ni-
hil patimur in cōtritione Ioseph, vt Propheta dicebat: idcir-
co delicati simul & duri miserrimos homines auerlamur. Lō-
gē secus profectō faciebat Iob, qui cibū sibi appōstū, nisi cū
alijs partiretur, sibi suauem salutaremque fore nō putahat.

- Iob.31.** [Si comedì, inquit ille, buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea. Si negaui, quod volebant, pauperibus, & oculos viduæ expectare feci.] Vbi non tam examinasse pauperum consilia, quod quidam inhumanè faciunt, quam vota explesse se narrat; idque promptè & alacriter, non morose: quod eleemosynā valde cōmendat: Hilarem enim datorem diligit Deus.] Itaque subdit sanctus Iob: [Si despexi præterreuntem, eò q[uod] non habuerit indumentum, & absque operimento pauperem, si non benedixerūt mihi latera cīns, & de velleribus ouīū mearū calefactus est:] Qui certè vel vnum copiosissimus eleemosynæ fructus haberi debet. Laudes, nimis, verisimiliter & preces ex inopia lenata profectæ. Solent Principum pocula libare pincernæ, atque, obsonij particula prægustata, veneni securū dominum reddere. Id tibi imitari licet, & principum more agere. Communica cibi, potusque tui partem aliquam pauperi Christi, & quicquid vel ederis, vel biberis, saluti futurum certò scito. Neque tam hoc meū consilium est, quam Christi ipsius præclara præceptio: [Date (inquit) eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.] Commandant Physici miram herba Pimpinelæ vim in indicando & auertendo veneno. Ego verò omni tibi Pimpinela efficacius & certius antidotum exhibeo. eleemosynā, quam si ijs, quibus vesceris, quibusque vt cunque vteris, adhibendum semper putaueris, nihil tibi fraudi & damno malo futurum, omnia vslī & comodo persuadeto.
- Luc.11.** 4. In diuities: Sed quanta fuerit diuitis durities, Euangelicum illud luxurii vacan verbum indicat, quod Lazarum viceribus plenum ad portes, pauperibus miserum videre, qui ingredienti æquè atque egredienti semper occurseret. Cæterū calamitosum adeò ac fleibile spectaculum, nihil animum hominis auari, ac superbi mouit. Nimirū [viscera impiorū crudelia,] vt Salomō restè dixit. At cui nō stomachū moueāt homines auari, qui auaritiā suā atq[ue] inhumanitatē in pauperes, etiā Philophiæ ascribere pergunt. Non oportere autē facile decipi, ab istis illusoribus, qui laborare nolūt, mēdicare amāt, impleri vrbes hominibus otiosis & vagis, furtū pālsim horū fraude cōmitti, esse hospitia pauperum, illuc debere auerti, plateas, viasque liberas

ras horum inutilium gregibus refertas esse: etiam tabem, laemque afferre reipublicæ inconditos istorum obsoletorum cuneos. Denique iustitiae magis quam misericordiæ opus plerisque esse. Quæ sanè disputatio hominum, ut sibi ipsi videntur, sapientium nihil aliud agit, quā vt Dei sapientiam prouidentiamque refellat. Nam esse pauperes Deus voluit, atque hos esse nobiscum, & quidem semper, vt illis possumus benefacere, nobisque ipsis vitam æternam parare. Nō ne Christi ea vox est; [Pauperes semper habebitis vobiscū, & cùm volueritis, potestis illis benefacere?] Magnum Rei- Matt. 16:

publicæ Christianæ beneficium vel etiam ornamentum tollit, qui pauperes tollit. Pauperes patientia, diuites benefi- Chrysost. bo.

centia cœlum sibi parare prouidētia Dei statuit. Chrysostomum audi ita differentem. [Ne putes quia propter vtilitatē pauperum Deus diuitem fecit, quos & sine diuitibus poterat sustentare: sed propter vtilitatem diuitum pauperes fecit, qui infructuosī & steriles erant futuri, nisi pauperes facti fuissent.] Tum illud vtilissimè prouidit, vt miserorum aspe- 46. in Mat-

ctu, quid Deo debeant, qui neque oculis capti sunt, nec pedi pop. Ant.

bus nec manibus truci, quiqæ valent corpore, cæterasq; iniuriias non patientur, quas in alijs passim animaduertunt, id [Sine pau-

sanè gratum animum Deo, benignum pauperi, maximè effe- pertate inu-

cerit, si mens illa sit. Quin etiam ad humilitatem valet, cùm tiles dini-

naturam similem, non simili modo affectam tibi consideras. tie.] idem

Quod inopi largiris, tibi amplius prodest, quam ipsis. Tuam hom. 21. in

rem agis dando, recepturus sine dubio multò plura. Itaque epis. ad Ro.

tibi vtilior prorsus pauper est, quā tu pauperi. Neque te il- Pauperū vi-

lius artes & dolos examinare Deus iulsit, sed inopiā supple- tam non esse

re, vt idē Chrysost. recte admonet, quacūq; ex causa sit, Chri- curiose exa-

sto tribuis, qui fallere te nō potest. Præclarè ab eodē etiā au- minādā, &

tore dictū, Pauperes plus prodeste diuitibus, quā ipsis diui- hom. 11. ad

tes. At sunt, qui familiam multā excusent, sumptus sibi ad ne- Hebræos

cessarios usus magnos fieri causentur, neq; posse in alienos multa præ-

deriuare, quæ vix in suos sufficiant; [Etsi enim multæ sint clarè.

Eccles. 5.

opæ, multi sunt etiā, qui comedūt eas.] Hæc fortasse istius diuitis excusatio erat. Sed enim uero, qui pauperi vicerofio nihil dabat, is canes alebat multos ac nitidos. Nēpe deerat La-
zaro, abūdabat canibus. Vbi illi modò sunt, qui tam profuse

equos numerosos nutriūt, qui accipitres nobiles immēso pre-
tio cōparant, qui canū gregibus aulas cōplent: qui patrimo-
nia amplissima, eiusmodi delicijs nugisque cōsumunt. Quos
tamē si mendicus interpellat, ne terunciū quidem multis &
miserabilibus p̄cibas impetrat. In mimos & mimas profu-
si, in parasitos in Gnathones, in circūlatores, p̄stigiatores-
que prodigi: vni Christo pauperū personā induito, illibera-
les & sordidi. Quid, infelices, responsuri estis in die iudicij,
cū vos spretus contemptusque Christus de tanta inhuma-
nitate conueneritis?

**3. Domini
mores duros
etiam fami-
liam imita-
ri.**

**Cicer. in
Verrem.
Luc. 22.**

Gen. 24.

Job. 3. 1.

At videte, quæso, quām fuerint in illa domo dīvitīs aua-
ri & crudelis, domino similes serui, vtque vniuersa familia
mores heriles didicerit. [Et nemo (inquit) illi dabat.] Tamē
si enim easentētia in quibusdā vetustioribus codicibus nō ex-
tat, rē tamē ita se habuisse sine dubio, & August. & alij Patres
affirmant. Itaque miram profestō videri potest, q̄ in tā am-
pla ac numerosa familia nemo extiterit, qui misericordia er-
ga miserrimum Lazarū flecteretur, & erat sanè obuius omni-
bus quoties limen egredenterur, ingredenterur ve. Fāme cō-
fectum videbant, ulceribus torum scatentem, omni p̄fido
nudatum, animam p̄ inopia cibi & dolore iam iam agen-
tem. At nemo illi dabat. Dixit non malè Tellius: [Tales ple-
runque sunt ciues, quales Principes extiterint.] Nimirū,
in atrio Cayphæ impij Pontificis, etiā ancillula blasphemat
Christū, Petrum contumelia vexat. At in sancti Patriarchæ
domo ipsum quoque seruum & prophetasse, & spiritu fa-
pientiae abundans videmus. Discant à vobis famuli, discant
liberi misericordiam, pietatem, humanitatem: ipsi infantu-
li, simul atque mendicū ad ianuā viderint, cōfestim accu-
rāt ad matrē, stipē pauperi flagitātes, eāqne lati referat, vel
frustū panis, vel si quid aliud occurrerit: vacuā abire molestē
ferat: clamitēt portā adesse pauperē: Eleemosynā prius dare
noaserint, quam prouitiare. O illorū felices domos, o diu-
ternas futuras hæreditates, quarū domini à pueris, benigni-
tati, misericordiæq; assuerint. Sic suisse educatū Beatissi-
mū Job ex ipsoq; telligoso possumus narrāt; ab infantia sibi
evidētā misericordiā. An in istis auari & crudeliq; domo, om-
nes pariter auaros, crudelētq; extutile, etiā canes ipsi decla-
rant.

rant,, quorū et si officiū lingēdi vlcera Lazaripleriq; in bo-
no ponūt, tamē Chrysost. magis assentior, & August. id no-
nāe cui dā molestię deputantibus, q̄ tanta fuerit illius vlcero-
si imbecillitas, vt canes currentes, mīterūq; vexātes abige-
re non posset. Diuitis purpurati (ait Augustinus) fuge, fra-
ter, exemplum , cuius canes pauper Lazarus suis vlceri-
bus pavit , & micas cadentes de mensa diuitis non acce-
pit.] Habetis diuitis causas expositas: quod splendidus si-
bi, deliciosus laetusque , idem avarus, atque inhumanus in
pauperes : familiam quoque moribus ijsdem instituerit,
vt extremē egentem Lazarum omnino contemnerent om-
nes. Quid inde discendum cuique , explicuit hodiernus ser-
mo. De Lazari meritis, de quē vtriusque dispari exitu , alio
sermone diceimus.

Aug. serm.
227. de tem-
pore,

IN EADEM FE- RIA CONCIO SE CVNDA.

Erat quidam mendicus, nomine Lazarus.

Luc. i 6.

 **V**ONIAM sortem pauperis meliorem fui-
se, quād diuitis, vtriusque exitus docet; quād 1. *De pa-
uperate &*
fuerint merita pauperis , considerare debet-
mus. [*Erat* , inquit , quidam mendicus , no- patientia La-
mine Lazarus , qui iacebat ad ianuam diuitis vlc-
ceribus plenus , cupiens saturari de micis , quād cadebant de da.
mensa diuitis.] Mendicitas prima ponitur, quād si sola sit, ne-
q; alijs virtutibus adornetur, nullo modo ad iustitiā satis est.
[Neq; enim (vt ait Ambrol.) omnis sancta paupertas, aut diui-
tiā criminōsae, sed vt luxuria infamat diuitias, ita paupertā- Ambros. in
tem commendat sanctitas.] Sunt enim mendici nequam,
sunt pauperes superbi:] Deus vero vt, diuitem mendacem,
ita pauperem odit superbū. Paupertas ergo non tam cor-
ruptionis

*Ambros. in
Luc. li. 8.*

Mat. 5.

pore, quām spiritu retenta, hominem beat. [Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est Regnum cælorū.] Lazarus pauperie laborabat, valetudine pessimè habebat. At neq; vales-
tudo deterior, si patientia defit, ad sanctitatem facit. Sunt eti-
am impatiētes, &c iracundi. Antiochus, vi morbi pestiferi op-
pressus in rabiē actus est. Baasa Rex Iuda acri podagræ dolo-
re diu tortus nihil promeruit Deum. Quid ita? Neque pa-
tienter tulit, neque Dei opem implorauit, sed medicorum
suorum magis arte fretus euadere illa cruciamenta se posse
existimauit. Tobias verò sanctus, sanctus etiam Iob prædi-
catur, quod salutem sibi erectam & quo animo passi sunt;
Deumque non minus, quām antea sospites, colere per-
stiterunt. Quare Lazari egregia merita si vultis cognos-
cere, extremam inopiam cum summa humilitate conuen-
tam, grauissimum morbum cum singulari patientia co-
gitare. Egestas quidem erat tanta, vt canibus inuidere ci-
bū cogeretur: qui neque habebat rei quicquam, neque
verò victum vel tenuem parare poterat, omni membrorum
vīsu priuatus: morbi autem vis quām sæua? Totus ab imo
ad summum, quantus erat, viceribus scatebat, quorum alpe-
sus ipse teterimus, cruciamenta verò tam dira, vt vix ani-
mam miser traheret. In tantis malis, quæ hominis toleran-
tia? quām admiranda patientia? Quotidie spectabat diui-
tem euntem ac redeuntem, purpure & byslo nitentem, tot
greges famulorum, satellitum, clientum secum agentem:
istos omnes saturos, pingues, fartos: Quorum nullus extre-
mè se esurientem ac gemebundum, vel oculis accipere fer-
ret. Omnes ducere vultum, omnes se detestari, sentiebat:
canes exugere cruentem, viceria ipsa perficiare, neque coer-
cere posse, aut abigere à se. Nulli se curæ esse, omnibus fasti-
dio peruidebat. Nihil tanè est Lazarus questus: nullū male
dicto petiuit, nulli Dei vindicta deprecatus est. Nunquam
in Deū impius, nūquā despōdit animū in tāta calamitate, ip-
sis adeo inhumanis, & crudelibus hominibus nihil succēsuit.

Basil. in Re-
gulis fusiōn
disput. cap.
55.

De Lazaro Basilius sic: [Cūm tot vndique viceribus vrgere-
tur, nūquam tamen scriptum est, eum vñquam quidquam à
dīuite illo petiisse, significationem ve vllam fecisse, quod
iniquo animo eum, in quo erat, rerum suarum statū ferret.]

Denique.

Denique nequaquam oblocutus est vnumquam, cum cerneret tantum ciborum, obsoniorum, cupidiarum, aucupij, piscationis, cæterorumque inferri copiam, obsonatorem, pistorem, coquum, fartorem, reliquosque vtris satellites, passim illac cursitare, omnes plenos, omnes eduliorum manubij circumfluentes: se vnum relinquie ieiunum, vnum se fame confici. Nihil tamē obtrectat: ad omnia taceat, suos gemitus doloresque sibi soli referuat: o magnam patientiae laudem. Nos verò nisi, quantum cupimus, datum fuerit, & moeremus, & irascimur, & verò obmurmuramus. [Si verò non fuerint saturati (ait Psalmus) murmurabunt.] Quouis labore frangimur, exi *Psalm. 58.* qui mali impatientes, quibus vitam non dicatur: [Vx illis *Ecclesi. 2.* qui perdiderunt sustinentiam.]

Est certè patientia virtus Evangelica, atque perfecta de qua Iacobus: [Patientia opus perfectum habet.] Neque *Iacob. 1.* enim ad summam peruenit is qui bene agit, nisi etiam mala patiatur, & quidem libenter. Patientia solidus fructus est, merita plena, quibus inanis gloria nihil detrahit, quæ benefacta plerunque corruptit; sed nimis, inter opprobria hominum, inter graues morbi cruciatus, nihil sibi relinquendi laudis humanæ appetitus videt. Patientia igitur milites Christi coronat: patientia est actus ultimus, idemque præcipuus in hac vita mortaliū scena. Sic Rex ipse noster Christus vitam finiuit suam, opprobrijs, doloribusque cōfectus. Suspensum in illa cruce alpicite, irrisum illusumque ab omnibus: acrisiti laborantem, atque acetō felleque potatum; nondum vndique plagis mactatum, ita excruciatum, solutum totius corporis compage, ut ossa disiuncta videantur. [Fodere ruunt (inquit) manus meas & pedes: & dinumerauerunt omnia ossa mea.] Alibi sic: [Et nos reputauimus eum, quasi leprosum, percussum à Deo & humiliatum. Non erat, inquit, Esai. 53. ei species, neque decor.] Talis ea facies crucifixi erat, ut non esset, qui cognosceret hominem. Neque irascitur tamen, neque comminatur parricidis, neque Dei vindictam poscit: *Luc. 23.* quin potius pro hostibus & carnificibus deprecatur: [Pater ignosce illis.] Hunc Lazarus & re & nomine prænotabat. Quid enim aliud Lazarus sonat, quam in auxilium quod verbum facile agnoscet in cruce dicentis; [Deus in adiutorium

118 Fer.V. Post Dñicā II. in Quatuor.

meum intende.] Idemque: [Deus Deus meus, vt quid dereliquisti me?] Hoc huc, fratres, oculos conuertamus: ad hac patientiae diuinatus nobis proposita certamina nos comparemus, [aspicientes, in autorem fidei & consummatorē Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta:] vt nos quoque patientiae certamen ingresi, usque ad ultimum spiritum decertemus.

Hebr. 12.

*2. Premia
piorum.*

I AM, quæ facit rerum vicissitudo in hac velati scena dinitis & pauperis diligenter attendite. Calamitatem Lazarī, atque extremum infortunium audistis, vel etiam oculis animi spectauistis. Quò illa tanta cruciamenta euaserint, iam cognoscite. Factum est (inquit Scriptura) vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ. [Propterea plures Angeli (vt ait Chrysost.) veniunt ad portandum, vt chorū latitiae faciat: gaudet unusquisque onus præclarum contingere.] Quām præclara commutatio, de vestibulo diuitis feri, & crudelis, in sinum suauissimum optimi Patris Abrahæ portari: qui fame enectus micas optabat, neque assequebatur, is saturatur, & abundat perpetuò. Quē famuli seruiq; vilem habebāt, quem canes vndique obruebāt, eū Angeli comitantur, dedicantque magnifice. Ofelicem regestatem tantis copijs renumeratā: ò fortunata (vt ita dicā) Lazari infortunia. Et quidem verissimus ille Patriarcha, omnium benignissimus parens Deus suis sedibus excipit Lazarū: ipse afflictum in mundo consolatur; ipse lachrymas abstergit, ipse amabilissimè cōpletatur, in sinū deniq; surū ipse, id est, in ipsa vilcera diuinæ bonitatis admittit, foretq; dulcissime. [Absterget Deus ombrem lachrymam ab oculis eorum, fugiet dolor & gemitus.] Fames & inopia nulla est, dolor omnis exclusus, miseria cūstæ procul relietæ: latitia, pace, abundantia, honorū cumulo plena sunt omnia. Nimirū [in paucis vexati, in multis bene disponentur.] Breuem patientiat diem, gaudium excipit æternum. Sic Christus predicarat. [Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est Regnum cœlorum. Beatimites, quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esuriant & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.] Unus ad omnia locuples Lazarus tellis est, iam regnat, iam

*Chrysost.
in hom. de
Lazaro.*

*Hoc. 12.
f.ii. 25.*

Sap. 5.

Matt. 5.

iam possidet, iam afflit consolacione, iam saturatur; idque
sempiterno praeteritorum laborum premio.

A C diues, si misericordiam habuisset, consecutus esset 3. Tormenta
ipse quoque misericordiam, fuisseque ea ratione Beatus. impiorum.
Est verò æterna miseria infelix, si quidem iudicium sine mi- Jac. 2,
sericordia, non facienti misericordiam.] Itaque diuitis iam
exitum considerate. [Mortuus est, ait, etiam diues, & sepul-
tus est in inferno.] Mortem diuitie non evaserunt: invitatus re
luctansque tamen finit hanc vitam. Byssus illa delicata &
purpuræ splendor in putres pannos mutatur: pro amplitu-
dine aula magnifica sepultura & breuis & horrida; qui sua-
uissimis epulis vescebatur, ipse vermes fœtidos pascit. Seruo-
rum famulorumq; greges dominū perpetuò deferant, neq;
vel aspicere familiarissimi sustinēt fœtentē, quam citissime
possunt, humo abscondant, ipso aspectu, vel etiā cogitatio-
ne perterriti. Quid hoc? quæ rerū humanarun flenda ne, an
ridenda magis fabula. Ita quidem corpus diuitis habet. Ani-
mus verò quo nam modo? sepultum in inferno nobis narrat.
TSI paternam prouidentiam in liberos, & boni experiūtur, & mali, tamen eluet amplius paternū pectus in cōciliādis sibi, & ad viā renocādis perditis filijs, quām in alēdis honorādisq; fidelibus. Bono enim benefacere naturale est, & quasi iure obtētū. At in eam, quē videas tibi iniquū atq; infestum, officia maiora conferre, & bono vincere malum contendere, excellentis cuiusdā bonitatis est. Quā in laudem Deo propriam, qui paternum suum in homines studiū de malis bene merendo maximē ostendit, Christus nobis commendat illis verbis; [Vt sitis filij Patri vestri, qui Solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos.] Neque verò hanc suam bonitatem Deus declarat in eo solūmodò, quod ingratos & prauos filios diu tolerat, cōmuniq; beneficiam inimicē tollit; verū usque cō progreditur, ut quād illi grauiora peccant, tanto in benefaciendo vberior prōptiorq; sit. Chryost. quidē refert qnorū dam sententiam, qui in filio seniore Angelos, in ieniori hominē interpretati sunt: quod et si Chrysostomus non probat, propterea quod senior frater iuniori inuidet, tamen D. Hieronymus ad Damasum, etiam de Angelis suo modo intelligi id posse demonstrat. Nam illa certè plusquām paternā indulgentia in homines admirabilem cælestib⁹ spiritib⁹ diuinæ sapientiæ & bonitatis imaginem repræsentat.

eat : ut pene cogantur dicere , se se præ hominibus à Deo contemni : quod ille in hac parabola obediens filius maior natu non sine quadam indignatione iactauit . [Ecce tot annos seruo tibi , & nunquam mandatum tuum præteriui : & nūquā dedisti mihi hœdū , ut eam amicis meis epularer : sed postquam filius tuus hic , qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus , venit , occidisti illi vitulum saginatum .] Nonne vobis videtur iusta quodammodo expostu latio Angeli , qui & natura maior est homine , & Dei præceptis semper pareit , si conqueratur , quod propter hominē rebellē & perditū cœlestis Pater occidi iussit vitulum pascualem , sibi nihil tale concesserit , id est , hominis naturā assumpserit , in qua sit occisus : Angelicam nunquam assumpserit , ut homo peccator honoratior sit præ Angelo iuslo ? Id quidem Paulus affirmat : [Nusquam enim (inquit) An gelos apprehendit , sed semen Abrahæ apprehendit .] Vbi illud etiam [Eum qui modico , quam Angeli , minoratus est , videmus Iesum gloria & honore coronatum]. Magna hæc diuinæ bonitatis in nos argumenta : incredibilis in reuocandis peccatoribus Dei indulgentia . Merito has Paulus misericordiæ , charitatiisque diuinæ abundantes dicitias appellat , sic scribens Ephesijs : [Deus autem , qui diues est in misericordia , propter nittiam charitatem suam , qua dilexit nos , & cum essemus mortui peccatis , coniuicavit nos Christo , cuius gratia estis saluati , & conresuscitauit , & confedere fecit in cœlestibus in Christo Iesu , ut ostenderet in seculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ , in bonitate super nos in Christo Iesu .] Quas sane diuitias misericordia abundantes egregiè nobis proponit atque explicat huius de filio prodigo à Christo instituta narratio .

Heb. 2.

Ephes. 2.

2. Deum nō tollere liberatatem boni nisi.

[Homo (inquit) quidā habuit duos filios : & dixit adolescentior ex illis patri : Pater , da mihi portionem substantiæ , quæ me contingit . Et divisit illis substantiæ .] Ac libet hic pri mū accusare hanc patris facilitatem , qui paterno officio quā maximè defuisse videatur , cùm oportuit potius adolescenti libidinē coercere , ac nō potius extimulare , refamiliari ipsius arbitratuī cōcessa . Quid enim ad peccadū pronū magis

Q. 2 ado.

Plato : de adolescentem facit, quām facultas cum libertate coniuncta? leg. dialo. 7. Sribit Plato, [puerum esse omni bestia intractabiliorē, at que omnium bestiarum, & insidiosissimam, & petulantissimam, itaque multis esse frānis vinciendum.] Humanæ certè ciuiles leges ita sanciunt, vt si parens desit, tutor bona & tatis lubricæ administrēt, ne dilapidet citō substantiam adolescentia. Quod si tutoris & curatoris id munus est, vt non sinat rebus suis abuti pupillum: quid de patre ipso viuente cē semus? Humanam hanc iuris prudentiam diuina quoque sapientia probat, cūm scriptum sit: [Puer, qui dimittitur voluntati sue, confundet matrem suam.] Itemque alio in loco. [Laeta filium, & pāuentem te faciet. Lude cum eo, & contristabit te. Non des illi potestatem in iuuētute.] Nullo ergo modo paternam sapientiam decet, filiorum voluntati facilem se præbere. Quod in optimo Patre Dauide indulgentiore fortassis in liberos, Ammonis Absalonisque flagitia, atque paricidia satis comprobauerē. Adde huc non esse sapientis, fortunis se spoliare, sed liberos potius hēreditatis expectatione in officio continere: quod consilium nō secularis solum prudentiæ, sed etiam cœlestis est, cūm scriptura habeat, [Ne dereris alij possessionem tuam. Melius enim est, vt filij tui te rogēt, quām te respicere ad manus illorum.] At noster hodie Pater familias secus agit, filio adolescenti rem tradit, liberū fortunā um vsum concedit. Cur ita? Magno planè consilio. Deus enim altiore gubernatione res nostras administrat, sic ille est Pater, vt sit simul dominus omnium; sic tradit sua, vt nihil amittat, nihil extra ipsius potestatē fiat, qui vbique imperat, omnium arbiter est supremus. Vult verò ostendere diuiniore consilio, nullam se vim libero arbitrio facere velle; creaturas suas non violentia, sed lege, & proposito regere: neque Tyrannicum dominatum amat, neque hostilem seruitutem probat: sed is est, [qui cū attingat à fine in finem fortiter, disponit tamen omnia suauiter.] Is est qui [creauit quidem hominem rectum, sed reliquit illum in manu consilij sui.] Is est, qui voluntaria obsequia, non coacta desideret; cui dicit quidam, ingenij eius conscius, [voluntariè sacrificabo tibi.] Ob has causas postulatis filij adolescentioris annuit; bona distribuit: vt̄ suis, vt̄ libert, finit.

Prov. 29.

Eccles. 30.

Eccles. 33.

Sap. 8.

Eccles. 15.

Psal. 53.

Nempe

Nempe animę potētias, corporis sensus, & vires præstat: his omnibus pro tuo quemque arbitratu, aut bene aut malè vti permittit. Quam sententiam Hieronymus declarat his verbis: [Substantia Dei est omne quod viuimus, sapimus, cogitamus, & in verba prorumpimus, & mox diuisit eis substantiam, id est, dedit eis liberum arbitrium, ut viveret vnusquisque, non ex necessitate, sed ex voluntate, ut virtus haberet locum: ut à cæteris animantibus distaremus, dum ad exemplum Dei permissem est nobis facere, quod velimus. Vnde in 3. tom. & in peccatores & quum iudicium, & in sanctos aut iustos iustum præmium retribuetur.]

Neque verò putare opòret optimum Patrem familias ignorasse adolescentia libertatem facultatemque coniunctā facilem ad illius exitium viam existere: verū sapientia illa sua diuina peruidebat, iam inde ex gurgite malorum, in quæ incidisset, emergere posse, & ad le reuerti, itaque maluit habere post lapsum obsequenter, modestum, gratiamque per petuò habentem clementiæ Patris; quām retinere inuitum & querolum. Est enim Augustini vera sententia, [Deum me lius iudicasse de malis benefacere, quām mala nulla esse permettere.] Peccare quidem Deus neminem vult, neque cuiquam autor est culpæ: sed nisi peccata essent & culpæ, Dei maximæ laudes in obscuro essent: patientia (inquam) Dei & misericordia, & longanimitas: ex summis malis ad maxima bona conuersio, plena benignitatis, plena sapientiæ: quæ sunt maximæ clarissimæque virtutes; hæ (inquam) & similes, nisi mala essent, non elucerent: quibus permittendis sanandisque insigniter eminent. Ita Paulus sentit, cùm dicit: [Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quia Christus venit in hunc mundum, peccatores saluos facere, quorum ego primus sum; sed misericordiam consecutus sum, ut in me primum ostenderet omnem patientiam, ad informationem eorum, qui posteà credituri sunt illi in vitam æternam.] Habant proinde, vnde discant Reipublicæ Principes, & patriæ patres, ut non omnia corrigere statim velint, quæ minus placent. Ad Gubernationis laudem non minus pertinet tolerare, quæ oportet, quām emendare. Nimio zelo quidam aguntur præcipites, quidam plus nimio vitiosa refecant,

Hiero. in
Epist. ad Da
masum ca
ius initium,
Beatitudi
nis tuæ.
3. Ex malis
Deum tona
disponere.

Aug. in En*ci. cap. 72.*

1. Tim. 1.

Eccles. 7.

etiam necessaria & commoda interdum amputant: aut verò perniciosiora proueniunt. [Noli esse iustus multum (ait Salomon) neque plus sapias, quām necesse est, ne forte obstupescas.] Dilectissimulasse quædam, ac filijs induluisse non pauca, videmus Dauidem Regem, & Iacobum Patriarcham, viros & optimos & sapientissimos. Quare non negligentis patris, sed prudentis & generosi speciem nobis offert Evangelicus hic parens, adolescentis filij votis annuens, attributa paterna re.

4. Causa rui
us abesse à
Deo.

Iam verò, quia senis prudentiam liberalitatemque perspeximus, ad adolescentis errores, perniciemque veniamus: cuius initia, progressus, exitumque conspicite. Primū malorum omnium exordium, à paterno conspectu, & domo discessisse; ita enim habet. [Et non post multis dies congregatis omnibus adolescentior filius peregrè profectus est in Regionem longinquam]. Quid hoc est aliud, nisi obliaio quædam Dei: illius oculos fugere, illius vitare consilia? Hinc nostræ totius perditionis certissima initia, abesse à conspectu Dei, illius præsentem non cogitare intuitum. [Qui elongant se à te, peribunt,] ait Propheta. Quod satis probauit adolescentis huius à domo paterna peregrinatio. Ita Augustinus regionem longinquam expoluit esse obliuionem Dei.

Psalm. 72. [Oculi quidem Domini in omni loco, contemplantur bonos & malos.] Sed interest plurimum inter iustos & impios. Nam iusti se oculis diuinæ maiestatis patere considerat, quo

Psal. 24. rum vox illa est: [Oculi mei semper ad Dominum.] Et illa itē, Psal. 122. [Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, ita oculi nostri

3. Reg. 17. 3. Reg. 17. ad Dominum Deum nostrum.] Elias quidem se semper in conspectu Dei stare profitebatur, ex quo velut fax accensa inflammat omnes. Contrà, prauorum voces sunt illæ: [Non videbit Dominus, neque intelliget Deus Iacob.] [Circa cardines cœli perambulat, nec nostra considerat.] Itemque; [Vt quid irritauit impius Deum: dixit enim in corde suo. Non requiret.] Hinc vniuersa pernicies. Etsi enim verbo non dicis, re tamen ostendis te ita sentire; qui nullo modo ea perpetrare desinas, Deo præsente, & aspiciente, quæ in oculis infimi calonis, aut lixæ erubesceres. Cæcum tibi Deum fingis, qui cum latere credis turpitudines tuas.

Eccli. 44.

Psal. 93.

Iob. 22.

Psal. 9:

[Quæ]

[Quæ enim in occulto ab ipsis fiunt, turpe est dicere,] di- Ephes. 5.
xit Apostolus.

Parentis domo relista, peregrinatione suscepta longa, 5. Vita luxuriosa (inquit) dissipavit substantiam suam, viuendo luxuriosè.] Quid vita luxuriosa. Epulae effusaæ, alea pernoct, scorta rapacia. Putabat stultus adolescentis, se frui ætate: florem iuuentutis carpere amabat, id suum esse ducebat, quod incunditatem asserret: præsentium dulcedine captus, futura nihil ad se pertinere. Illam denique rationem inibat, quam esse insipientū propriam sapiens scripsit. [Frustramur bonis quæ sunt, & vtamur creatura, tanquam in iuuentute celeriter. Vino pretioso & vnguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos rosis, antequam marescant. Nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra. Nemo vestrum sit exors luxuriæ nostræ. Vbique relinquamus signa lætitiae, quoniam hæc est pars nostra, & hæc est sors.] Ergo laxatis cupiditatis insanæ habenis, cepit miser ab equo indomito ferri in mille præcipitia. Incidit in parasitos, in mætrices, in lenones, in internuncios, in collusores, in mille mōstra, in mille rei familiaris voragini. Fit in eo, quod quidam Propheta scribit: [Ut libanus à coquete succensi sunt:] & quod alius item scripsit [Equi insaniætes in fæminas.] Flama accensa libidinis, omnia vorat. [Neque enim ignis vñquā dicit, sufficit.] Pulchritudine Hieronymus [Semper voluptas famam sui habet, & transacta non satiat.] Itaque omnia dissipavit vita luxuriosa. Habet comædia quædam non inepta de prodigo filio: primùm ab illo recessisse pudorem seruum op timum; deinde, procedente tempore consilium, prædagogū in 3. tomo. prudentem, recta usque monentem, ab eo dimissum: tandem nutricem fidelem synderesim, noluisse quidem penitus deserere iuuenem, verum usque eò succensere solidam, ut iratus voces illius ne accipere quidem vellet, ita in id demum exitij venit, ut sua damna libens quæreret. [Peccator enim cum in malorum profundum venerit, contemnit.]

E T postquam omnia cōsumpsisset, facta est famæ validain Regione illa, & ipse cepit egere.] En quo voluptas & ex peccato.

cæc cupiditas veniant. Quā bene Salomō admonet? [Fauus stillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius, nouissima autem illius amara, quasi absynthium, & acuta quasi gladius biceps. Longè fac ab ea viam tuam, & ne appropinques foribus domus eius. Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli, ne fortè impleat̄ur extranei viribus tuis, & labores tui sint in domo aliena, & gemas in nouissimis, quando consumperis carnes tuas, & corpustuū, & dicas: cur detestatus sum disciplinam?] Sie se habet res. Voluptas egestatem doloremque parit. Circem Poetę finxerunt carmini bus incantare navigantes, atque eos in pecudes feralque vertere. Fames ingens increbuit, ille, omnibus consumptis, cœpit egere. Patrimonio consumpto ab amicis desertus, incidit in famem, in servitutem, in solitudinem, in tantam misericordiam magnitudinem, ut porcis inuidere cogeretur, quod sues affatim siliquis palcerentur, ipse vel siliquas ad excludendum ventrem habere non posset. [Cupiebat (inquit) implere ventrem suum de siliquis, quas porci manducabant, & nemo illi dabat.] Quād diuersa rerum facies? In quæ mala ex quibus bonis? Potest ne infelicitas ultra progredi, quād ut porcis inuidiat homo, ut porci præferantur homini, & melius habeant. Flebiliter Hieremias canit: [Qui vescebantur voluptuose, interierunt in vijs: qui nutriebantur in croceis, ampliati sunt stercora.] En quō peruererint serica illa ornamenti, illæ auro prætextæ vestes, ille apparatus & copiæ: in stercore & porcorum consortia, mutata sunt omnia. Quod si ad animi extremam inopiam, ex virtutū magna gloria collapsum peccatorem cogitemus, non poterit non excitare luctū.

Psalm. 48. tanta illius calarsitas. Siquidem [cūm in honore esset, non 7. Quād por intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis corum cibus factus est illis.]

charus sit Interim quidem non est prætereunda siliquarum, porcorumque narratio: quam significandæ mortalium vitæ inepitæ comparatam, minimè dubitamus. [Siliqua (inquit Ambrosius) genus leguminis est intus inanis, foris mollis, quo

Amb. in Luc. 15. corpus non reficitur, sed implet̄, ut sit magis oneri, quā vñi: Plinius lib. 18. cap. 12. quod sanè teste Plinio, gratissimum pecori pabulū, sed homini inepitissimus cibus est.] Itaq; siliquas obsecnas voluptates

Chry-

Chrysologus interpretatur. [Māducāt(inquit) filiquas, hoc
est, voluptatibus corporis malē dulcibus inhiant, & pascūt
dēmones, qui semper corporum vitijs saginantur & sordi-
bus.] Ea quippe est carnalium hominum felicitas, quæ por-
corum. Litigantes vides cum magna contentionē le inuicē
mordere, filiquam decussam ex arbore audissimē rapere:
grānitu campum implere: le le inde saturos in cœnum egre-
giē dare. Nonne atria iudicūm, ubi causæ aguntur, horum
suum gregibus plena dicas? quī tanto clamore perstrepunt,
qui se le mutuō proculcant, qui mortu appetunt, qui ad sili-
quæ décussionem statim accourtunt, ut rapiant quicquid in
terrā cadat? An est aliud, quicquid mūdus immūdus præbet,
quām filiquæ? Peritura breviaque bona, atque ea prædura,
& sordida. Talia Propheta exp̄cobrat alimēta magis bellua-
rum, quām hominum, filios Israel concupiscere. [Diligit(in
quit) Dominus filios Israel: ipsi autem diligunt vinacia vua-
rum.] Certe vinacia, quæ dicit, vuarum si quis requirat, non
nisi porcorum cibos absurdissimos reperiēt. Cūnque talia,
& tam sordida sint, quæ homines inbruta animalia pene con-
uersi audē desiderant atque inhiant, tamen ijs ipsis vilif-
simis, & sordidissimis cibis se implere non possunt dupli-
ci miseria miseri, quod inania & noxia appetant; quodque
his ipsis frustrentur, & maligne potiantur; quorum Pe-
trus redarguit mores belluinos. [Hi verò velut irrationa-
bilia pecora, naturaliter in captionem, & in perniciem,
in his quæ ignorant blasphemantes, in corruptione sua pe-
ribunt.]

Huc usque prodigi filij casum, extremamque miseriā 8. Epilogus
audiuimus: deinceps dicendum est, quemadmodum ipsis ma- cū exhorta-
lis edocet resipiscere cāperit, seq̄ue accusans ad Patrem re tatione.
dire decreuerit, cuius clementiam singularem expertus sit,
festo, coniuicio, communisq̄ue domus vniuersæ lātitia exce-
ptus. [In se(inquit) reuersus.] Quām sapienter, quām orna- Chrysolog.
tē Chrysologus hic philosophatur. [In se reuersus est, in se serm. 2.
ante redit, vt redeat ad patrem, qui à se ante recesserat, cūm
recessit à patre. A se migrat, & ab homine totus transit in
bestiam, paternæ pietatis immemor, gratiæ genitoris obli-
tus. Fames reuocas, quem saturitas exularat. Fames illi de-
dit.

dit patrem sapere , cui copia tulerat sentire genitorem. Ec-
si tantum præsttit vel inuita fames , probate quid volun-
tarium possit conferre ieiunium . Oneratus venter ad vi-
tia cor deponit .] Idem mox : [Surgam , & ibo ad patrem
meum . Iacebat , qui dixit , surgam : intellexit lapsum , sen-
sit ruinam , iacere turpiter luxuriæ respexit in lubrico . Qua-
spe , qua fiducia ? Illa qua pater est . Ego perdidi , quod erat
filij , ille quod patris est , non amisit .] Hæc tot & tam præ-
clarè Petrus ille Chrysologus . Quæ quoniam multa mag-
naque sunt , neque breui disputatione transfigi debent , &
hora est tarda , in alteram concionem referuentur . Modò
illud maneat animis infixum , hominem , dum suæ voluntati
obsequitur , ad extrema mala labi , vnde non possit nisi
divina misericordia vocante reuocari . Agnoscamus inter-
rim errores nostros , Deique clementiam alto gemitu mal-
tisque lachrymis imploremus . Dicamus Deo vñlqvis-
que de se : [Erravi sicut ouis , quæ perijt : quæ seruum
tuum , quia mandata tua non sum oblitus .] Errasse nos fa-
teamur , vñlque abiisse difficiles & ærumnosas , mandato-
rum tamen coelestium memores , quæ poenitentiam præ-
cipiunt , & sperare insent ad Deum reuersos veniam , fi-
nem peccandifaciamus . Ergo primum redeamus ad cor no-
strum , qui sumus præuaricati , inde ad optimi Patris con-
spectum verecundi quidem , & demissi reuertamur : neque

*Psal. 118.**Gen. 4.*

desperemus veniam , neque Caini impij imitatores ,
negemus Deum esse nostra iniquitate maiorem ,
cui etiam gaudium est cum Angelis sanctis

Super omni peccatore poenitentiam

agente , plusquam supra nona .

ginta nouem iustos , qui

non indigent pœ-

nitentia .

DOMI-

D O M I N I C A
T E R T I A I N Q V A-
D R A G E S I M A .

*Erat Iesus ejiciens dæmonium, & illud erat
mutum. Luc. II.*



ET VS, atque inter gentes omnes ser-
uata lex est, ut bello vietus, vitoriis ser-
uituti obnoxius sit. Quam quidem le-
gem etiam sacer Apostolus Petrus pro-
bat: [A quo quis (inquit) superatus est,
eius & seruus est.] Ealege & iure dia-
bolus in hominem atque hominis rem
vniuersam, dominatum gessit antiquis-
simum; quippe cum miser homo, peccato admittendo suo
se aduersario sponte subiecerit. Nam qui peccato tenentur,
eos captiuos teneri à diabolo Paulus prædicat. [Ne quando
(ait) det illis Deus poenitentiā, & resipiscant à laqueis diabo-
li, à quo captiuos tenentur.] Quę plane cōfirmat Christi aper-
ta sententia: [Qui facit peccatum, seruus est peccati.] Quan-
ta sit verò, & quam misera ea seruitus, quę porrò potestas 2. Cor. 4.
& vis & tyrannis, quam exercet Satanus in suos, ex eo po- Iren. libr. 3.
test intelligi, quod diuinæ literæ Deum huius mundi tot. hæref. c.
eum appellant, quasi absoluta, & infinita quadam po- 7. Itē Amb.
tentia vtatur. [Deus huius sæculi (ait Paulus) excæca- Chrysos. &
vit mentes infidelium.] Tametsi enim Irenæus, mal- Ansel. in eū
tiique Patres verba illa dispungant, aliterque intelligent, Pauli locū.
ne more hæreticorum Deum malum introducamus, ta- Augli. 21.
men planissimus est sensus, qui Augustino magis pro- cont. Fanciū
batur, per exaggerationem diabolum Deum mundi hu- c. 9. cui⁹ sen-
ius vocari, quod ita colatur, atque ita imperet impijs, ac si tentiā p̄bat
esset ipsorum Deus. Sed quia interna seruitus animæ, vincu- S. Tho. 2.
laq; quibus ligatur, tota q; ea miseria, quę in homine interno Cor. 4. lect.
agitur, 2.

agitur, quantis maxima sit, homini, qui interna parum vel videt veleatur, non satis, pro eo ac debet, perspecta est: Divinæ sapientiae placuit, illityranno etiam corporis male tradandi copiam interdum facere, quò possit interni hominis captiuitas cognosci. Vexatos à pessimis spiritibus Christi imperio liberatos, euangelia passim narrant. Quo facto homines admonebantur, quæ esset saevissimi tyranni in regno animæ atrocitas, cuius in corpore tam insigne furoris notas viderent. Omnino horremus, cum energumenum aliquem à dæmone oppressum, propinquare nobis cernimus: simul versari per noctem cum eo contubernio non patimur. O miseros nos & amentes, quid diabolum ad ipsum cordis penetrale ultro admittimus, diuque retinemus, neque formidamus tamen, neque periculi quicquam suspicamur. Olim peccantes homines eo mulcabantur modo, ut à diabolo palam arriperentur, vexarenturque, ut ipsis supplicium, cæteris esset exemplum, quod in rebelles imperio Ecclesiæ, quos censura Ecclesiastica tenebat, maximè factum animaduertimus.

1. Tim. 1. apud Paulum, qui se quosdam tradidisse Satanæ dicit, ut discerent non blasphemare. Theophylactus quidem ita interpretatur, atque ante eum Ambrosius, cuius verba sic habent: *Theoph. in eum locum* *Ambr. in 1. cap. 1. Tim.* [Traditio autem hæc est, quod commotus Apostolus blasphemis eorum, sententiam protulit in eos: Diabolus autem, qui ad hoc paratus est, ut auersos à Deo accipiat in potestate; auditæ sententia, corripit eos, infirmitates corporum in peccatum ministro diabolo fiunt.] Illustris est ille etiam locus

2. Cor. 5. Pauli eiusdem de incestuoso Corinthio, de quo scribit. [Iam iudicauit præsens tradere huiusmodi hominem Satanæ in infernum carnis.] Apparet autem ex Dionysio Areopagita de Eccl. Hie Apostolicorum temporum teste, in prima illa Ecclesiæ narrat. c. 3. p. 3. scensis ætate, fieri saepè solitum, ut fideles, qui in virtutis aliqua laberentur, aut negligenter Dei viam insisterent, eiusmodi duro verbere corriperetur. Agens enim de loco energumenorum in Ecclesia, & causas illius calamitatis, quam patiebantur, exponens, ita scribit: [Qui ob ignorantiam suam adverfantiam spirituum terroribus, visisq; agitantur.]

a. Demonū affectu virtutis rī varia esse genita. Culpa igitur hominum in homines diabolus dominatur: verum non eodem vitio omnes laborant, neque eadem omnes

ne s arte capiuntur à dæmonie. Sunt varia peccata, sunt genera diversa vitiorum: ac sunt proinde non ijdem dæmones, sed diversis vitijs diversi satellites Satanæ, tanquam milites armaturæ varia vtentes, animas oppugnant & infestant. De quære Augustinus scribit, vel quisquis is autor fuit, certè non contemnendus, ad hunc modum. [Varia sunt dæmonia, & disparem habentia voluntatem: quædam enim sunt, Aug. de qq. virtus que te st. c. 115. quæ perturbant animos, elidunt corpora; quædam vero admiscentia se sanguini, generant animis desideria, alia autem cordi hominis se copulantia, suggestunt cum blanditijs contraria. Nonnulla sunt, quæ sola corpora obligant infirmitatibus.] Hec ille. Itaque pro natura vitiij, ad quod solicitant dæmones, diuerlas partes hominis occupant: ut in urbis expugnatione vsu venit, ea ut in parte muri arcuæ captæ signum victor miles constituant, qua parte hostem deiecit, itaque membra hominis ea sibi maximè vendicat diabolus, quibus peccati vim potissimum adhibuit. Fornicationis quidem spiritus, scortator vocatur in sacris literis Almodæus: celebratur etiam Beelphegor, qui castitatem vehementer euertit & labefactat. Huius se- dem in partibus venereis Scriptura ponit: [Virtus eius in Iob. 3.8. lumbis eius, & fortitudo eius in umbilico ventris eius] quæ- Ofce. 9. admodum Gregorio placet. Auaritia præsidet dæmo alijs, Num. 25. quem Latini Plutonem nominant, Scriptura sacra Mam- Psal. 105. monam. Huic solempne est manum arefacere hominis ad Iob. 40. largiendum, eandem in rapiendo habilem reddere. Itaque Matt. 6. legimus in Evangelio manum aridam cuiusdam curatam à gel. Grego. hom. Christo. Legimus foemina[m] quoque incurvam, terræ sem. Marc. 3. per affixam, diuina vi fuisse erectam, vt cælum posset as- Lue. 1.8. picere. Ambitionis & vanitatis spiritum ego puto vocatum Beelzebub, quem capiti insidere, non dubium est, quò maximè conflunt muscæ. Itaque inaniramore, & pom- Matt. 17. pa pascitur. In sanum etiam, & furiosum à Christo sanitati redditum scimus, qui spumaret, & fureret, & omnes ipso aspectu perterrefaceret. Sunt igitur pro diversitate vi- tiorum dæmones varij, & tanquam morbis, variæ quoque partes hominis affectæ sunt varijs. Quanquam neque de- sunt infelicitatis insignis animæ, quæ omnium genera vi torum,

Matt. 16. vitiorum, omnia dæmonum nomina receperunt; qualem fuisse Mariam mulierem illam intelligere possemus, de qua septem dæmonia eicta à Christo, id est, vniuersitatem vitiorum, ut interpretatur Gregorius, Euangelia testantur. Quæ si vera sunt, ut qui peccato seruit, diaboli seruitute prematur, atque eum peculiarem dominum habeat, cuius partes in vitio sequitur: interest prosector nostra per multum cognoscere, ac disquirere vnumquemque de se, an tyrannum patiatur aliquem qui animo dominetur eius, libertate erecta, vinculis durissimis iniectis: cum verò, quisnam iste tyrannus sit, qua parte potissimum obsecrum teneat. Quis verò est tam sui negligens, & desperatus, qui libertatem ex miserrima seruitute, si via ostendatur, non meditetur, & quibus potest modis moliatur? Id, nimis, minus est Christi dæmones pellere, homines liberare, qui in hoc apparuisse dicitur à Ioanne, [ut dissoluat opera diaboli.] Erat (inquit) ei cens dæmonium. Hominis vitio intrarat in hominem diabolus, Dei virtute pellendus erat ex homine.

3. Dæmonij nouum & inusitatum narrat Euangelio matolæ Sed genus dæmonij nouum & inusitatum narrat Euangelium: quippe illud fuisse mutum dicit. Mutum dæmonium borare, qui nescio, an quisquam vestrum viderit. Garrulum dæmonium & loquax, vidisse (credo) vos sapienter dicetis. Nam siue non bene faciunt. Garrulam & nientiendi artes, siue detrahendi, & maledicendi petulantiam, siue iactantię atque ostentationis vanitatem respicias, dæmones loquaces confirmes passim volitare. Perspiciunt atria, aulae, poiticus. Viae & fora vndeque plena circumsonant. Nihil audias aliud, quam nugas, fraudes, contumelias, periuria, blasphemias. In urbe, in curia dominari dæmonem garrulum, & dicacem facile omnes concedent. Mendaciorum & fraudum plena sunt omnia. Mutum potrò dæmonem nosquam offendas. Ita sanè res habet. Verum id ad maiorem miseriam pertinet, quod qui ad malum loquacissimi sunt, ijdem ad bonum penitus obmutescant. Sapientes sunt (ait Scriptura) ut faciant malum, bonum autem facere nescierunt. Nam simili, & loquacem esse & mutum vitio oppressum animum, testis est ille idoneus, qui de se factetur. Quidam tacui, inueterauerunt

*Hiere. 4.**Psal. 37.*

rant ossa mea, dum clamarem tota die.] Quem versum sic Gregorius explanat. [Cum clamare & tacere, inter se contraria sint, quomodo potest fieri, ut aliquis taceat & clamet? At certe ille tacet & clamat, qui peccata quidem preterita per confessionem non annuntiat, & per cor impoenitens alia committere, accepta peccadi libertate, non cessat.] Merito igitur, & tacuisse se, & tota die clamasse pronuntiat: Res sacerulares, & vanas disertissime loquitur alicus, quem de rebus diuinis nihil, neque loqui, neque scire, citissime deprehendas. Alienam ut errata notet, atque diuulget, & in maius augeat, linguam nouaculæ instar acutam gerit, qui sua confiteri crimina non magis nouit, quam si esset elinguis. Itaque oportet sacerdotem, dum audit confessionem peccatorum, propemodum diuinare. Daemonio muto laboratis, qui cum confessiones saepe fecerit, integrum nullam fecit: qui vel in eterno vel proposito pudore imbutus, mortale aliquod crimen reticuit. Magnam planam stultitiam. An putas, homo, dic mihi, qui quædam confiteris, quædam dissimulas, te posse Deum fallere? An tuæ conscientiae arcana Deo esse ignota arbitraris? Nonne sapientius audisti, ac certò tenies, nullum dimitti posse peccatum, nisi omnia in confessione promantur? Quæ est ista insaniam, peccata confiteri, non ut deleantur, sed ut novo grauiore que peccato cumulentur? Si erubescat ægrotus vulnus medico confiteri, quod ignorat medicina, non curat.] Ita sacer Hieronymus, ita Patres Tridentini, ita fides ipsa Catholica docet. Ergo adhibe vita honestam importuno pudori: consule quieti conscientię, quæ semper te extimulat memoria delicti. Caue, ne qui confiteri non vis, dum potes, velis aliquando confiteri, nec possis. Diuus quidem Augustinus ita testificatur: Mutet vitam, corrigat se, reconcilietur, cum viruit, dum sanus est, ne expectet tuncre, conciliari, quando incipit morire experti sumus expirasse exceptates reconciliari.] Id quod Augustinus se expertum dicit, accidisse non parceris, & alij narrant, & ego de fide dignis autoribus audiui, & sum ipse in quodam misero aliquid simile expertus. Erit, erit, cum flagitia, qua ipse sacerdotem celas, in publico totius orbis theatro palam exponantur. Erit, cum minet Dei ad rem conferantur, qui per os Ezechielis iam duduclimat. [Ponam contra te omnes abominationes tuas.]

*Greg. in expositio. 3.
Psalmi pœnitent.*

*Hierony. in
10. ca. Eccl.
Conc. Trid.
Sess. 14. c. 5.
de confessio
ne.*

*Aug. li. 50.
hom. 41.*

Ezech. 7. 2

Vultis

4. Confessio-
nem exacte
faciendam,
præsentim de
peccatis offi-
ciū spectan-
tibus.

Psal. 31.

Conc. Trid.
Sess. 14. c. 5.

Cypria. ser.
5. de lapis.

Apoc. 23.

Vultissime, qui nám dæmonio muto obseksi sunt? Illi ni-
mirum, qui confessiones perperam faciunt. [Dixi (inquit
David) confitebor ad te sum me iniquitatem meam.] Ad-
uersum se dixit, se ipsum accusare, non alios volebat; atque
eo maximè modo culpas exponere, quem in aduersario
atque inimico accusando maximè seruaret. Id ut fiat, co-
gnosci, & inquiri diligenter solent crimina; quæ accusatu-
rus in aduersario sis. Qui igitur conscientiam suam discute-
re, & examen peccatorum idoneum facere negligit, confi-
teri dignè non potest. Sacri Concilij sententia est, [opor-
tere à poenitentibus omnia peccata mortalia, quorum post
diligentem sui discussionem conscientiam habeant, in con-
fessione recenseri.] Notate omnia mortalia, notate diligen-
tem discussionem. Qui ergo aut non omnia mortalia cōfite-
tur, aut negligenter le ditcutit, is dæmonio muto laborat.
Eiusdem dæmonis est fraus, peccata non satis apertè dicere,
contractus, vota, debita, non planè explicare, ne cogaris ea
facere, quæ minimè velles. Te ipsum, infelix, decipi: ista
arte Deum decipere non potes. Qui crimen confitetur, sed
circumstantias foedas, & graues reticet, dæmonio is quoque
muto laborat. [Simpliciter & dolenter exomologesim esse
faciendam] Cypriannus admonet.

Verum iij mihi potissimum dæmonio muto oppressi esse
videntur, qui personalia tantummodo peccata confiteri, rea-
lia, & quæ ad officia pertinent, velyx, vel omnino non
curant. In quo genere sunt quamplurimi, quorum pernitio-
sa atque exitialis est negligentia, vt mihi persuadeam com-
plures ob hæc damnari. In Apocalypsi quidem Episcopum
Pergami, atque Episcopū Tyatiræ, quos Angelos nominat,
grauiter Christus coarguit, quorum peccata non esse alia
cōperies, quam officij neglecti atq; omisi: ob quæ nisi emē-
dent, æternū quoq; minatur interitum. Hæc verò neq; pœ-
nitentes vulgo cōfidentur, neq; confessores interrogat: ita fit,
vt raro agnoscantur, emēdentur vix unquam, causas non sa-
tis cognoscere, negotia non expedire, litigantes diu mora-
ri, amicitiae vel inimicitiae in dandis præfecturis atque hono-
ribus obsequi, in criminis non inquirere diligenter, sententias
rogare eo modo, quo instituto magis, quā veritatisque compa-

comparentur, Rempubliçam prisatis studijs accommodare, non ita dioeceses visitare, ut opus est: clericorum vitijs conniuere, familiæ mores parum componere. Deus bone, quæ sylua rerum? aut quis hæc pro dignitate vel cogitat secum, vel tractat apud Dei sacerdotem? Laborant, mihi credite, laborant periculose plerique, quibus res communis credita est, quod peculiares suos actus tantummodo rimantur, aliorum curam facile deponunt: cùm reddituri sint tamen, teste Paulo, rationem Deo de cuiuscunque sibi commissæ animæ *Hebr. 13.*
 exitio. Publicæ personæ ob officij publici peccata citius damnantur, quam ob priuata. David ab adulterio atque homicidio, quæ sunt grauissima, liberatus: Saul ob male administratiā vindictam in hostes Dei reiectus damnatusq; est. Ergo in confessione omnia crimina aperte & simpliciter dicenda sunt, omnes conscientia sinus explicandi, latebræ omnes peruestigandæ & prodendæ Dei sacerdoti, illudque dictum sapientis nunquam obliuioni tradendum: [Qui absco-
 dit scelerasua, non dirigetur.] *Prou. 28.*

[Erat (inquit) Iesus ejiciens dæmonium, & illud erat mu-
 tum.] Ipsa phrasī & modo dicēdi nonnihil animaduerti vti-
 le potest. Poterat simpliciter dicere: eiecit Iesus dæmoniū,
 factum enim quoddam absolutum fuit. At dicere maluit,
 [erat ejiciens,] velut ipsa mora aliquid maioris negotij diffi-
 cultatisque insinuet, vbi opus esset cōsistere. Significat, mea
 quidem sententia, dæmonia muta nō facile expelli, sed opus
 esse cura & diligentia, ac mora quadam. Nimirum, cōfessio-
 nes longi temporis multorum ac gratum criminum velle
 citissime expedire, nihil est aliud, quam conscientia vulne-
 ra, non adhibito medicamine, quasi iam sanata ligare. Præcla-
 rum est Hieronymi ea de re consilium: [Artis medicorū est per *Osee 6.*
 grauia vulnera longo curare tempore, & per dolorem redac-
 re sanitatem.] Quæ quidem opportunè Hieronymus admis-
 net, notans illud verbum Osee Propheta: [Percutiet, & cu-
 rabit nos.] Vbi Græcum Latino respondens habet μωτωτι,
 quod significat propriæ lineis filis saniem exugere, quod pe-
 riti chirurgi facere solent. Quare vehementer ac periculose
 errant, qui conscientias suas semel, idque cursim, contrestatari
 à medico spirituali volunt. Ipsi medici animarum nequaquam

5. Sacerdo-
 tem non de-
 bere cursim
 confessiones
 audire.

artis suæ præcepta custodient, antiquorum Ecclesie Canonum magnopere oblii, nisi pro magnitudine & diuturnitate morborum spiritualium, etiam medicamina, & fortia & diurna adhibeant, quantum sibi est æ naturæ ratio pati commodè possit. Accidat illis necesse est, quod Prophetæ vituperat; [Curabant ad ignominiam contritionem filii populi mei, dicentes, pax, pax, cùm non esset pax:] nisi diligenter & terram, & diuturnam, si opus sit operâ in curando posuerint. Quibus Cypriani sententia altè meditanda semper est: [Potens est (ait ille) diuina misericordia medelam dare, dum tamen non putent properè, nec incaute aliiquid & festinanter gerendum; ne, si temerè pax usurpetur, divinæ indignationis offensa grauius pronocetur.] Attamen & illud meminisse debent, vt non se asperos & superbos præbeant, neque alienis peccatis nimium irascantur, considerantes se iplos, quibus malis affecti fuerint, quibus possint affici, quibus non suo merito, sed Dæi unius gratia affecti non sint. Nam si manum adhibeant rigidam, vulnus exasperatur: Si molliter & blande attrectent, facilè contingi se patitur. Ut enim strammina, cùm fauibus aggeneratum est, suffocat, spiritu intercluso, ægrotum: cùm verò digito sapientis chirurgi molliter attrectatum, deinde ruptum extractumque est, cōtinuò, missò pure, spiritu & sermonē, & vitam ipsa reddit ægrotō: ita per iacerdotis prudētiā taciturnitas & obstitutio quædā ex nimia verecundia consitentis extrahenda est, & pure cōsciētia euomito, mira sanitas, cū singulari latitia cōiusta, cōtinuò cōsequetur. Nō ergo properanter, nō asperè, non ad speciē, sed diligenter, caute & attēte, consciētia morbi curandi sunt, atque in dæmonio muto ejiciendo morādum consistendumque accuratè.

*6. Omnia si
mut dimitti;
peccata.*

*Mat. 12.
Ioan. 5.
Act. 3.*

Quod si Chrysoſt. & Bedæ credimus, imò vero Matthœo; nō folum mutus erat, qui curabatur, sed etiā surdus & cæcus. Quæ omnia vitia simul à Christo curata sunt. Nescit enim divina bonitas morbi vñ sanare, altero prætermisso, [sed totum hominē saluum facit,] quod ipse dixit, qui etiā integrā sanitatem dedisse alias referit. Ergo omnia peccata exponēda sunt diuinæ misericordię remittēda, [impiūq; à Deo dimidiā sperare veniam.] Neq; ullo modo fieri potest, vt gratia Dei iustifi-

instificet hominē, in quo lethale peccatum aliquod maneat.

[Qui scienter (aiunt Patres Tridentini) aliqua peccata mortalia reticent, nihil divinæ bonitati per sacerdotem remittē. *Conf. Trid. Ses. 14. c. dum proponunt.*] Quamobrem docet Concilium, omnia in confessione expromenda, atque omnium remedia à Deo, simul per manus sacerdotis expectanda, [qui diues est in misericordia, & potens, plusquam sapimus, aut etiam speramus, *Ephes. 2. facere.*] Illi honor & gloria in secula seculorum. Amen.

IN E A D E M D O- MINICA CONCIO SE- C V N D A.

Erat Iesus ejiciens dæmonium, & illuderat mutum. Luc. 11.

DN hoc apparuit Filius Dei, ut dissoluat opera diabolici.] Ioannes quidem sic. Petrus vero non fecit: [Qui pertransiit (ait) beneficiendo, & sanando omnes oppressos à diabolo.] Hæc summa vita à Christo actæ inter homines fuit, bona ijs facere, mala ab ijsdem pati: dæmones de mente & corpore hominum pellere, atque ab ipsis hominibus, tanquam dæmonum seruis pessime accipi. Erat quidem homo oppressus à diabolo, & velut arx quædā per tyrannidē summā usurpata, diligētissimè seruabatur, aditu omni ad libertatē salutemq; præcluso: cuius cū os obstruxit ille nefarius, ne vel Deum inuocaret, vel suas miseras proderet, viā omnem salutis ademit. [Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem cōfessio fit ad salutem:] Quippe *Rom. 10.* omnis qui inuocauerit nomen Dñi, saluus erit. Is ergo erat hominis à diabolo oppressi miserrimus status, vt etiam mala sua loqui non posset, & ne pro salute quidē quærendam mutantur sine restare. [Erat (inquit) Iesus ejiciens dæmonium, & illuderat mutum.] Solent interdū famosi prædones, cū in aliquem grallati sunt viatorem, ad cæteras iniurias, illam etiam addere, ut ligato ad stipitem os pila maslave aliqua obstruant, ne clamore prodere sceleratos & sanguinarios

R 2 posuit,

1. Dæmo-
nio mutuote
neri, qui sua
peccata ce-
lant.

1. *Ioan. 3.*
Act. 10.

- Genes. 3.* possit, quod ipsi saluti, illis exitio futurum sit. Hoc primis nostris parentibus contigit, ut peccatum excusare maluerint,
- 1. Reg. 15.* quāmagnoscere. Hoc Sauli Regi, cūm argueretur à Samuel, quōd non obedisset imperio Dei, deimoliendo Amalech: hoc Gieri seruo Heliſtæi, qui cūm auarè accepisset argētum à Duce Syriæ, interrogatus à Prophetā, negavit se quicquā admisisse mali. Est sane vitium non mediocre hominum, q̄ quæ male patrarent, peius excusent. [Ad excusandas (inquit) excusationes in peccatis,] dæmonio nemp̄ muto tenentur: à quo se liberum Dei beneficio Sanctus Iob profitebatur: [Si abscondi (inquit) quasi homo peccatum meum: & celavi in sinu meo iniquitatem meam.]
- Pſal. 140.*
- Job 31.*
- 2. Etia dæmonio muto teneri qui vera non abundant alijs dicere.* Non solum ij à dæmonie muto tenentur, qui sua scelerata cent, verū etiam ij, qui cūm debeant aliena reprehendere, conticescunt, quos Prophetā Elaias similes facit inatis canibus, qui latrare non possunt. Amasias falso propheta, talis quidem erat, atque sui similem cupiebat Amos verum Dei Prophetam reddi, cui ille restitit egregiè. Verba Amasiae ad se talia Amos facta refert. [Qui vides, gradere, fugi in terrā Iuda, & comedere ibi panem, & prophetabis ibi: & in Bethel nō adiicies ultra ut prophetes, quia sanctificatio Regis est.] Aliò vera dicentem amandat. Idolis Bethel contradicere nō patitur, quod Regis voluntate inducta, sanctitate sunt. Talia p̄sim exempla in Principum curijs alijsq; videmus. Vero sermones cūm in alios iaculantur Dei ministri, probant aulici, & laudant: cum ad se pertinere videant, non ferunt. Quod Elaias valde & dolet & indignatur, ita dicens: [Populus ad iracundiam provocans est, & filij mendaces, filij nolentes audire legem Dei: Qui dicunt videntibus, nolite videre, & aspicientibus, nolite aspicere nobis ea, quæ recta sunt. Loquimenti nobis placentia, videte nobis errores.] Iusto Dei iudicio fit, ut sacerdotes Dei muti sint, quoniam Principes & sena-
- Sapien. 10.* tus, & populus ferè surdi sunt, ut voces veritatis minimè 3. *Malii.* admittant. Est autem Dei munus clausa ora aperire, & multos omnia tas linguis in verba celestia soluere. [Sapientia quippe aperte in deteriorē ruit os mutorum, & linguis infantium fecit disertas.] partem interpretari. [Locutus est matus, & admiratæ sunt turbæ, quidam autem ex eis dixerunt: in Beelzebub principe dæmoniorum ejicit

ejicit dæmonia: alij autem signum de cœlo quærebant.] Varietatem discrepantiamque opinionū satis hinc discere possumus, ut idem factū in diversas ac contrarias partes spectatores trahant, alij in Dei laudes prorumpant, alij in apertam calumniam, aliorum curiosā ac fastidiosa voluntati non fiat satis. Boni quidem & fideles ex Dei operibus in Dei admiratione laudesque feruntur. [Quam in magnificata sunt ope Psal. 103.
ratua Domine?] [Et omnia ossa mea dicent, Domine, quis Psal. 34.
similis tibi?] Hi sunt qui [vistricem manum tuam laudau- Sap. 10.
runt pariter, quia sapientia aperuit os mutorum.] At quibus animus malitia obduruit, bona quoque in malum vertunt, ipsisque diuinis virtutibus deteriores fiunt, ex flore (quod dicitur) venenū nutrientes. Dei opera diabolo attribuūt, occulta consilia intentionesque aliorum iudicant temerè, & in peiorem partem interpretantur, & quales ipsi sunt, tales cæteros esse censem: ut modo quodam retorqueri in eos posset illud Apostoli: [Eadem agis, quæ iudicas.] Quæ vi. Rom. 2.
tio suo experiuntur in se, eadem de alijs affirmare non dubitant: charitatis opera vanitati ascribunt: studiū orationis, ac compunctionis humori melancholico tribuūt, temperantiam parsimoniamq; auaritiae deputant: de Deo colloquentur, fictū, in euitandis mali occasionibus circumspetū, hypocritatam nominant; suo deniq; modulo cæteros omnes homines metiuntur. [In Beelzebub (inquiunt) ejicit dæmonia.] Beelzebub interpretantur linguaæ Hæbraicæ periti, idolum muscarum. Ac Plinius quidem refert mulcarum Deum Plini. libr. quendam, quem Myodem vocat, alibi quoque musca- 29.ca.6. & rum alium Deum vocitatum Myagram, sed utrumque lib. 10. cap. muscas fugere docet, quod miratur, eo quod nullū sit animal 28. Hieron. minus docile. Sed Beelzebub musca potius amat. Hierony. in cap. 10. ita scribit: [Beelzebub idolum est Accaron, quod vocatur in Matth. regum volumine idolū musca. Zebub enim musca dicitur. Idolū muscae dicunt, propter immunditiam, quæ exterminat suavitatem olei.] Idem Hieronymus alias dicit diabolum si- ve principem dæmonum, vocari Beelzebub, quem dicit & Ena seduxisse in paradiſo, & Christum tentasse in deserto. Est autem Beelzebub propriè spiritus inanis gloria. Musca animalculū importunum, omnia tua via circumvolitat, fugit,

& viciat, utilitatis afferit nihil, tamen plurimum, magno examine, si quid immundi est, frequēs accurrit. Quare sunt omnia vanæ gloriæ propria. De quo muscularū genere dictū accipimus à Salomone: [Moscæ morientes perdūt suavitatem vnguenti.] Cùm igitur Pharisæi nihil nisi propter inanem gloriæ boni facerent, de quibus Christus dixit: [Omnia opera sua faciunt, ut honorificentur ab hominibus,] eandem malitiosissimè maculam Christo aspergunt, ut ad vanitatem cuncta referret. Itaque cum Beelzebub muscularum idolo, id est, spiritu vanitatis, iniijisse pactum afferunt, ut videretur sua virtute dæmones pellere, qui occulto imperio principis sui exirent.

Eccles. 10. Ecclesiastes. 10. Maith. 23. Matthew. 23. Hierony. in cap. 3. Abac. such.

4. Nō esse Tria modò documenta, & quidem valde salutaria cape-
elaburādum re ex hoc facto licet. Ac primū illud sit, non esse magnopere
de opinioni- de dictis, sententijsque hominum laborandū, neq; omnibus
bus hominī: uos posse satisfacere existimandum. In diuinō conspectu, id
adoratores quod bonum & rectum est, agere conemur, id homines inter-
mūdi vanos pretendunt, vt volunt, accipiant, ut liber, bonum malumve di-
contemnen- cant, nihil pensi habeto. Est illa Augustini prorsus digna tan-
dos, probe- to patre sententia: [Senti de Augustino, quicquid libet: sola
nefatis ma me in oculis Dei conscientia non accuset.] Quē sensum Pau-
ledicta fe- lus magnificè docet, dum sic de se proficitur: [Mihi promi-
renda est, ut à vobis iudicer, aut ab humano dic. Qui enim iu-
Aug. lib. cō dicat me, Dominus est.] Alterum documentum est, ut isto-
tra Secun- rum, quos pali sim cernitis adoratores cultoresque Beelze-
dinum Ma bub idoli vanissimi, misericordi, vel potius amentiam dete-
nichæ. c. ii. stemini, istos dico vanitatis idololatras, qui more muscularū
in 6. tomo. circunstant, atque concursant Palatia, aulasque Principum:
1. Cor. 4. qui eunt & redeunt longo comitatu, Præsidem, senatores, cu-
biculares regios, ceterosque magistratus, tanquam statuas
deducentes in forum, in prætorium, in templo, inde domum
reducentes. Quid enim isti aliud agunt, quam quod muscularū
magna examina solent, circumvolantes, circumstre-
pentesque, atque omnia inutili rumore, & ambitione impor-
tuna complentes? Quorum est miserrima 10.ors, quod tam
prolixo labore statuā lapideā ambiāt, ex qua nihil exangunt,
Gregor. lib. nihil utilitatis accipiunt. Qui cū molesti sunt ijs ipsis, quos
18. moral. colunt ac venerantur, tum sibi nihil præter lögias ambages ac-
cap. 18. quirunt. De his B. Gregor, scribit ad hunc modū: [Aegyptus,
quæ

1.6.2. Dominica III. in Quadragesima.

Gregor. lib. nihil utilitatis accipiunt. Qui cū molesti sunt ijs ipsis, quos
18. moral. colunt ac venerantur, tum sibi nihil præter lögias ambages ac-
cap. 18. quirunt. De his B. Gregor, scribit ad hunc modū: [Aegyptus,
quæ

quæ huinsimodi species tenet, mustis percutitur. Musca enim nimis insolens, & inquietum animal est. In qua quid alius, quam insolentes curæ desideriorum carnaliū designantur? Tertium documentum, idque admodum salutare ipsæ nobis Christus præbuit, cù sic admonuit, [Si patrē familias Beelzebub voca *Matt. 12.*, uerant, quanto magis domesticos eius?] Nihil igitur mirū, si tua benefacta malefactis assignant, si detrahunt, si in recta monente infaniunt, si etiā sancta & iusta opera calemniantur. Desine ad homines respicere: ad unū respice immortalē, atque omnia videntem Deum. Gloriolum est ab hominibus *I. Pet. 4.* opprobria pro bonis in Deum meritis referre. Quapropter nos Deus per os Eliae Prophetæ ita adhortatur: [Audite, qui scitis iustum, populus meus, lex mea in corde eorum, nolite timere opprobrium hominū, & blasphemias eorum ne metuatis. Sicut enim vestimentū, sic comedet eos vermis, & sicut lana, sic deuorabit eostinea: salus autem mea in semper numer erit, & iustitia mea in generationes generationū.] Vult Spiritus sanctus nobis nō admodum esse curæ, quid improbi de nobis iactent, ut ne que defensionē magnopere parandam existimemus, neque verbis resistendū, & cōtēdendū. Neque enim opus esse nostra pugna & cōflictus, ut aduersarij veritatis cadat: ipsos quippe à seipsis perniciē extrema pati, quemadmodum ex panno ipso tinea vermesque oriūtur, quæ illum sine externa opera corrodant, atque deuastent. Paulū proinde audiamus. [Neque maledictū promaledicto, neque malū pro malo reddentes.] Quin potius dæmones pellere ex animis hominū pergamus exēplo Christi, cù verbo & ministrio, tum vita innocentia, & castis precibus: quæ cum egerimus, ministros dæmoni nō defuturos intelligamus, qui nos etiā diabolo obsequentes prædicent, & quod ipsi faciunt, nobis tribuant, nihil nos boni cupere, nihil recti curare affirmantes, sed vanitatis auram hominumque opinionem captare. Deus autem, qui probat corda nostra, tunc maximè aderit, cum grauter infestos ob bona opera homines experimur: [Si enim bene agentes patimini, beati estis,] dixit Princeps Apostolorum Petrus. Itaque, quod initio dixi, finem esse ditorū volo, vita Christiana perfecta in eo summam esse, ut Christi seruus diligenter bona agat, patiatur libenter mala.

IN EADEM DO-
MINICA CONCIO
TER TIA.

Omnē regnum in se ipsum diuīsum desolabitur. LUC. 11.

1. In Christo mansuetudo & veritas.

Rom. 12.

Psal. 44.



AMET SI seruos Dei litigare & contendere nullo modo deceat, praeceptum potius sit, ne se ipsos defendant, neve oppugnantibus repugnant, tamen cum salus hominum, tam veritatis amor cogitat interdum, mendacibus redarguendis, certamen pro iustitia & pietate suscipere. Christus utriusque officij excellens, & magister & exemplum extitit, de quo scriptum in Psalmo est: [Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustiam, & deducet te mirabiliter dextera tua, sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent, in corda inimicorum Regis.] Admirabilis est Christi mansuetudo superbissima dicta, atq; indignissimas contumelias, vultu atque animo æquissimo accipientis, at in ea modestia & maledicentia non minus claret veritatis iustitiaeq; vigor invictus, quo aduersarios refellit, & ad summam stultiæ suæ ignominiam agnoscendam, prodendamq; cōpellit. Quas sanctus Propheta sagittas commemorat, easq; acutas adeò dicit, ut corda inimicorum feriant, quāvis multa armatura malitiæ testi ac muniti sibi esse videantur, eas hodie sacer Euangeliſta demonstrat, qui disputantem Christū, Pharisæorūq; columnias refutantem, ac superciliū illud superbū decutientē vehementer inducit. Et cogitatione.

2. Dæmones quidē eorū innotuisse illi dicit, quas Beelzebub ipse, cunes in malo ius ope talia patrare iactabant, cognoscere non posset. Ergo cōvenire: mihi Dñm egregie pro veritate certantem attentè spectemus. nistros Dei [Omne (inquit) regnum in se ipsum diuīsum desolabitur, saepē in bono & domus supra domū cadet.] Nō esse dæmones stultos Dñs dispare. disputat, cū sint astuti, & in malo sagacissimi, itaque optimè scire

scire res suas, si inter se dissideat, imminui & debilitari, ne cesset esse. Quare ad impugnandos homines mirificè inter se cōsentire, neque vnu alteri aut in aidere, aut aduersari: neque villo modo agere dæmonē, vt dæmonē alterū de loco pellat inuitū. Sic se res habet, summo perè maligni spiritus inter se in nostrā perniciē cōsentient: quod serino diuinus per Elaiā *Isai. 34.* significat: [Occurrent (inquit) dæmonia, onocentaurus, & pilosus, clamabit alter ad alterum.] Iterūq; post pauca: [Illuc congregati sunt milui, alter ad alterum.] Omnino mirabile dictu est, quod Aristoteles in historia animalium recte narrat, laues quidem mansuetas, vt columbas & grues, esse gregales: rapaces vero & carnivoras, nullo modo inter se cōcū agere, sed vnam quamque alterius consortium vitare, quod in aquilis, in accipitribus cernimus, in ipsis denique miluis, quod Elaias cōmemorat: & tamen spirituales milui, id est dæmones, & feræ illæ truculentæ, carnifices animarum egrediè inter se conueniunt, & congregantur alter ad alterum, vt impensis noceant. Hanc diaboli phalangem sibi cohærentem in prælio etiam diuinus sermo apud Iob declarat, similitudine loricæ, cuius annuli magnopere connexi sunt. Nam de Leuiatam agens, ita dicit: [Corpus illius quasi scuta fusilia, compactum squamisse prementibus. Vnavni coniungitur, & ne spiraculum quidem incedit per eas. Vna alteri adhæredit, & tenentes se nequaquam separabuntur.] Miranda *Greg. li. 33.* probris & stupenda, siue dæmonū, siue reprobiorū (quos cor pus Satanæ, teste Gregorio, Scriptura vocat) inter se cōcordia ad nocendum. Quæ sanè pudori nobis esse debet ac docu mēto, cū seruos Dei cernamus, nō raro in partes diuidi, neq; inter ipsos in Dei negotio satis conuenire, ex quo fit, vt res Christiana incōmodè s̄ penumero geratur. Ipsi nō nunquā sacerdotes, & magistri & Patres turpiter digladiantur, contendunt, belligantur, maledicti inter se certat de finibus, lites intentant, pro rebus futilibus dimicat. Proh pudor, dia bolo rilui, & opprobrio sumus. [Frater cū fratre iudicio contendit, ex clamat Paulus, & subdit: Qware non magis fraudem patimini?] Quid diceres, Paule, si de Ecclesijs, de officio spirituali, de præfectura animarū cōtendentes videres sacerdotes, & ipsa lumina Ecclesia? An nō meritò timendū Reipu

*Arist. lib. 1.
de histor. ani
mal. c. 1.*

Iob 41.

*Greg. li. 33.
moral. c. 31.*

1. Cor. 7.

blicæ Christianæ, quam tot dissidia, contentionesq; incipiunt distracti sunt ac diuelliunt. Non ne ab Osea recte prædi-

Osee. 10. cū est: [Diniū est cor eorū, nūc interibūt.] An potest regnum state in te diuinum, & secum pugnans? Hic dānat, quod ille probat: hic absolvit, quod alter ligat. Theologus theologū oppugnat, concionator concionatori aduertatur: Præful præluli insidiatur. Et dubitatis rē nostram pessimè habitur: Magnam molem multi homines levant, sed si conspirent in opus, alioquin si unus remittit, cū aliis trahit, se magis impudent, quām rei quippiā expedit. [Cōcurrūt quidē AEgyptij aduersus Agyptios,] vt Esajas loquitur: verū in perseque-

Ise. 19. do populo Dei Agyptij omnes conpifant. Et nos igitur in causa Dei debemus idem sapere & dicere, atque unū opus vrgere omnes, ut [& qui metit, & qui seminat, simul gau-

Ioan. 4. deant,] iuxta Saluatoris præceptum.

3. Poteſtate [Siautem ego in Beelzebub eiicio dæmonia, filij vestri in quo eiiciunt?] Insignis malitia est idem opus in diversis opificibus pro studio, & damnare & probare. Quod ab Apostolis, suis scilicet popularibus, & necessarijs fieri, & mirabatur, & prædicabant, id in Christo vitioperabant, & Satanæ artibus tribuebant. Magna verò Christi in nos benignitas, qui non contentus per se ipsum pellere dæmones, etiam discipulis pellendi potestate fecit. [Ecce (inquit) dedi vobis potestatem calcandi super serpentes.] Qua ex re illi gaudio gestientes referebant Christo, [In nomine tuo etiam dæmonia subiiciuntur nobis.] Paulus verò altius quoq; se erigit, atq; ad tribunalsuū fisti malos Angelos vult. [Nescitis (at ille) quoniam Angelos iudicabimus?] Nō ergo sibi satis putare debet Christi fereus, quod Dæmoni ipse non subsit, vt illa fœmina, ex qua septē Dæmones pulsati sunt, verū cōtēdere ultra dēbet, vt de alijs Dæmones etiā pellat; quod sit sacramentorum vi. Diuiniverbi ope, confilio & virtuē exemplo ac virtute. Gédeon ille dux tantopere in diuinis literis celebratus, non sibi patuit satis hostes vincere, nisi etiam iuueni filio maestados tradaret. Sic enim habet sacra historia, Zebe & Salmona Reges à Gedeone cōprehēsos Ietheri oblatos, patre exhortati: [Surge, & interfice eos:] sed ille gladiū nō eduxit, [timebat enim (inquit) quia puer erat.] Igit, & Chirūs dux noītē gloriā vi-

Luc. 10.

1. Cor. 7.

Mar. 16.

Luc. 8.

gloriā

Indic. 8.

¶ Quia... Iuxta nobis cōmunicare cupiēs, in hōstes impetū facere p̄cipitat nos puerorū more hōstes iā vīctos, ac vīctos extīmēcīmus. Quid enim agit gladius, vel verbi, vel potestatis, nobis dīnītus datus, cūm pēsīni hōstes dāmones, nobis videntibus, & dissimulātibus, impunē abeant, magnis in Christi familiā clādībus illatīs? [Ecce (ait Christus) de di vobis potestatē calcādi super serpentes & scorpiones.] O illos felices, qui à cāde hostiū Dei, non nīsi gladijs multo sanguine delibutis revertuntur. [Mibi credite (siebat sacer Antonius) expauēcit Satanas pīoxem vigiliā, expauēscit iunia, preces, atque ante omnia ardentem in Christum charitatem.]

Athanas. in
vita Anto-
nij.

[Si autē in fortior illo superueniens vicerit illū, vniuersa arma eius auferet, & spolia distribuet.] Scriptis eloquētissimā orationē magnus Athanasius aduersus Ethnīcos, qua lūculentē demōstrat, Christi in vniuerso orbe potentiā, & gloriā, diabolo expulso, prætellere. Infinitum est dicere, quā cōmemoret nō minus aptē, quā copiose, inter alia sic habet: [Admiratiōne est, ab aduētu Saluatoris nihil in amplius, pro gari idololatriā, sed potius paulatim carpi, & lenescere. Ne que item Græcorum sapientiam in maius proficere, sed potius aboleri: dāmones quoque non, vt antea, magiciis artibus imposturas facere, sed vbi aliquid tale tentant, signo crucis turpiter confundi. Denique vide, vt doctrina Saluatoris vbiique adoleſcat, omnis contra idololatriā, & quicquid fidei aduersatur, indies minuatur & pessum eat.] Hæc Athanasius. Ita plane res habet: imperio spoliatus est diabolus: arma Satanae vīcta sunt spolijs inimici Christus potitur amplissimis, delubra deorum, in martyrum Ecclesiā mutata sunt, prædia ac patrimonia ampla Gētiliū Christianæ plebi cessere, imperatores mundi Dei seruis seministros præbere malunt. Provinciæ prætoribus, & cōſulibus olim attributa, Epis religione maiore obsequiūtur: [Latabantur corā eo, si- cut quī latātūr in melle: & sicut exultāt vīctores capta præda, quādo diuidūt spolia,] Sic quondā vaticinatus est Esaias: quod tempora Christiana probarūt. Cæsaris imperiū Petro cessit: Romana potentia Pontifici Ecclesiæ falces submisit. Quid illa pyramides? Quid columnæ Traiani & Antonini?

4. Christū
ad Ecclesiā
transtulisse
gloriam &
imperium
mundi.

Athanas. de
incām. ver-
bi Dei.

Eſai. 6.

Nonae

Nonne ijs impositas Petri & Pauli sacras statuas certe...mus
 Illud Capitolium, illa curia, ille senatus toto orbe superior,
 vni Petro piscatori obsequitur. Atque, vt diuini cōfiliij alti-
 tudinem amplius admiremini, ille ille celeberrimus vertex
 Ioui Capitolino consecratus, accepit humillimum Christi fa-
 mulum Franciscum in præsidem, vt superbia Romana orbis
 vniuersi contemptrix, pauperi, atque excalciato Christi ser-
 uo serviat, atque à Minorum familia cliuus Capitolinus ma-
 ximus proculcetur. [Vniuersa arma tollet, & spolia distri-
 buet.] Sic plane, Christe, egisti, cūm de te prædicat Paulus,
Coloff. 2. [Traduxisti potestates & principatus, palam triumphans in
 temetipso.] Itaq; victoris iure omnes mundi principis opes
 ad te traduxisti. Iam fidei Christianæ seruit philosophia, ser-
 uit eloquentia, poëtica, dialectica, cætereq; artes & scientias,
 quibus fretus mundus Ecclesiæ nascentis simplicitatem con-
 temnebat. Ipsa nobilitas, bellica gloria, principatus magni-
 tudo ad Evangelij signa proferenda ac tuenda translata cer-
 nuntur. [Vniuersa (inquit) arma eius, in quibus confidebat,
 auferet, & spolia eius distribuet.]

5. Diabo-
lū impara-
tas animas
repetere. [Cūm immundus spiritus exierit ab homine, ambulans
 per loca inaquosa, quærens requiem, & non inuenit.] Hu-
 mentia loca diabolo placent: arida & sicca fugit. Voluptatis,
 nimis um, sectatores, quæ immunditia origo est, immundo
 spiritui congruunt: eas animas ille teter ferre nō potest, quæ
 ieunio & asperitate vitæ corpora fatigant atque extenuāt.
 [In secreto calami dormit, in locis humentibus.] De bestia

Iob 40. illa Behemot, hoc est, diabolo, Deus ista pronuntiat apud
Gregor. lib. Iob. Quæ verba declarans Gregorius Papa, sic scribit: [Quia
 33. moralis
 cap. 5. fluxa sit terra, quæ aquis infunditur, locaarentia atque in-
 aquosa sunt corda iustorum, quæ per fortitudinem discipli-
 nae ab omni carnalis concupiscentiae humore siccantur. Lo-
 ga verò humentia sunt terrenorum hominum mentes, quas
 humor carnalis concupiscentiae quia replet, fluidas facit. Lo-
 ga quippe humentia sunt opera voluptuosa. In his ergo lo-
 ca humentibus Behemot dormit, quin in reproboru homi-
 nium lubrica operatione requiescit.] Hac tenus Greg. Care-
 et a igitur dæmon amat densa & irrigua, ubi libido & copiosa
 seruet, & delitescit secura. Iam ad pristina hospitia, unde
 inuitus

inuitu, recesserat, nequam spiritus redire contendit. Nam ubi pulsans animas sanctas orationi instantes, iejunio mactatas, nihil sibi spei relinqui videt, eò admitti ut possit, init consilium de repetenda vetere domo, atque eum ipsum peccatorum, qui fuerat iustificatus, in suas fraudes attrahere iterum parat. Id ut perficiat, opem implorat sociorum, ne quiores se conuocat, manu valida adoritur rem. O misera infelicitas hominis conditio, qui pacem citò perdit, tyranno rursus colla submittit. Sed quæ tantæ ruinæ causæ? Inuenit (inquit) illam vacantem.] Non oportebat nempe cessare, sed virtuti fortiter insistere. Qui quadragesima ab soluta confessione scelerum facta, omnia sibi in tuto putant, valde falluntur. Vi deas plerosque conuiuijs operam dare, catus fœminatum libenter visere, iudicra & vana lecure tractare, de pœnitentia agenda, de paupere & ægroto adiuuando, de concione sacra frequentâda nulla iam cogitatio. Ornataam verò domum ceremonijs quibusdam, non virtutibus solidis tanquam armis instructam, facile Satanâ expugnat. Quid ergo superest, nisi ut fiant posteriora peiora prioribus? Peccant enim sine sensu conscientia, desperatione quadam feruntur, contemnunt denique disciplinam veterem, de quibus Petrus 2. Pet. 2. Apostolus pronuntiat: [Melius erat illis non agnouisse viam salutis, quam post agnitam retrorsum converti ab eo, quod illis est traditum, sancto mandato. Contigit enim illis illud veri proverbij, canis reversus ad vomitum, & sus lota in voluntabro luti.] Beatus quidē pater Augustinus ingenuè profiteretur, se sicut nullos nouisse meliores ijs, qui in monasterijs profecerunt, ita nullos excepitum esse peores ijs, qui ab ad clericū & assumptare religionis professione defecerunt. [Ex quo Deo ser plebe Hippo uite ccepi, difficile expertus sum meliores, quam qui in monasterijs ceciderunt.] Porrò Diuus Anselmus etiam terribilia de eo genere loquitur. [Religiosos (inquit) qui ex cogitato divi epistola ad no consilio nequitijs se sponte subiiciunt, & in eis dintius Hebr. c. 6. permanent, intelligimus prolapsos. Quales & in monasterijs hodie sunt nonnulli, habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes, & ideo pœnitentiam age non possunt, quia de solo exteriori habitu gloriantur, & sanctos.

Osee 2.

santos se esse putant, quia sanctitatis indumentum p̄petuane. Reste itaque de talibus dicitur, quia impossibile est eos renouari ad poenitentiam, quia vel nunquam, vel raro quisquā eorum renouatur.] Ita Anselmus, Causēt ergo sibi, qui Dei viam semel ingrediuntur, intelligent se hostis inuidia atque odio implacabili expositos, nec posse sine multa folicitudine, &c. quod caput est, grandi humilitate & orationis assiduitate in incepcta virtutis via persenerare. Quod si diabolus ita secū cogitat, & dicit: [Reuertar ad domū meam, vnde exiui,] precor vos, ne nos ipsi deseramus: sed qui se sentit ab illa beltia oppressum, etiam ipse eam rationem ineat ac secum cogitet, sibiique loquatur: [Reuertar ad virum meum priorem, quia melius mihi erat tunc, quam est modò.] Utinam diuinæ bonitatis memores, in illius nos contubernium recipiamus: non repellet, mihi credite, reuertentes.

FERIA II. POST DOMINICAM TERTIAM.

*Quanta audiuimus facta in Capharnaum,
fac & hic in patriatua. Luc. 4.*

I. Gloria
apud suos
maxime ho-
mines de-
lectari.



SAPIENTIA humanæ cōsilium est, ad gloriam existimationemq; actiones omnes cōponere, laudis vero dulcissimum genus ducere, si in patria excellas, sicut i bus & æqualibus admirationis. Eò præ clari Philosophi, eò magni duces, eò excellentes quo quis in genere artifices maximè spectabant, ut cum ceteris omnibus, cum suis in primis magni & admirabiles viderentur, ac singularis gloria virtutis celebrarentur. Ea, nimirum, est mū di gloria: quam ita expertisse constat eos ipsos, qui de contemnenda gloria disputatione, quemadmodum dixit quidā, ut vel

ut vel eā solā suis disputationibus librisq; nomina ascribi voluerint sua. Adeò verū est illud Satyrici : [Scire tū nihil Persus. est, nisi te scire hoc sciat alter.] Antiquorū turris illius immē
ſe in Babylone fabricatorū, vox & consiliū fuit: [Celebre- Genes. 11.
mus nomē nostrū.] Est vero naturaliter insitus animo amor claritatis inter suos habēd̄: ex quo sensu nō peruersa quidē, sed tamen humana fortassis illa Iosephi tententia proficisci videri potest, cū fratribus ī agnitus diceret: [Nuntiate patri Genes. 34.
meo vniuersam gloriā meam.] Qnamobrē videmus plerosq;
mortaliū, cūm vita defunguntur, monumēta titulosq; præ-
claros atque opera insignia patriæ relinquare, vt etiam P̄sal
mus decantat; [Vocauerunt nominasua in terris suis,] quō Psal. 48.
diuturnior & clarior eorum memoria quasi vita substituta apud posteros perseveret. Ita vel collegia, vel mausolea, vel
ædes sacras erigunt & instituunt. Neque minor, dum valet corpus, quærendi nominis cura studiūque, vel literis, vel dignitatibus, vel praefecturis, vel ipsa quoque sanctitate, atque miraculis. Visque adeò immensus est ille laudis & gloriæ amor, nihil ut nō cōuertat ad se. Qui aliter sapit, hunc desipere mundi sapientes putant. Hinc illa consangvineorū contri-
baliumq; Christi vox: [Si hæc facis, manifesta te ipsum mū- Ioan. 7.
do. Nemo quippe in occulto aliquid facit, & quærerit ipse in palam esse.] Hinc hodierna Pharisæorum, hominum scilicet religiosorum & sapientium disputatio [Quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua.] Quid enim quippe homines, qui maximè spirituales vel sunt, vel habeti volunt, videoea ea esca facile capi.

Sed Deaconsilium diuersum fuit. Apud Capharnaum existimauit edenda esse & multa & præclara miracula: Nazareth patriæ & pauca & exigua concessit. Cur ita? Nempe miraculorū fructū, non gloriæ requirebat. Ex eo verò Capharnaico tractu plurimos celeberrimosq; Apostolorū elevo-
tos & Euāgeliō adiūctos, tradūt nobiliissimi antores, Basilius,
Eusebius, Hilarius; illū versum Psalmi eo modo explicātes. [Principes Zabulon, & Principes Nephtalim.] Nam ad eas tribus Galilæam Capharnaumq; maximè pertinuisse compertum est ex Matthēo, locuplete eius assertionis teste, qui sic scribit: [Relicta ciuitate Nazareth, venit & habitauit in Capha-

2. Nanglo
rie, sed audi-
torum vi-
litati studen-
dum.

Basil. in 9.
c. Esaie. Hi-
lar. in Psal.
67. & c. 4.
Matth. Eu-
seb. li. 9. de-
monstrat. 8.
& 9.

Matth. 4.

Capharnaum maritima in finibus Zabulon & Næ, italim, ut adimpleretur, quod dictum est per Eliam Prophetam, [Terra Zabulon & terra Nephtalin, via maris trans Iordanem Galilææ gentium, populus qui ambulauit in tenebris, vidit lucem magnam, & sedentibus in regione umbra mortis lux orta est eis.] Igitur Christi institutum fuit, illic maxime morati, ubi plurimum emolumenti Euangeliu accedere posse considerabat: non ubi ipse laudis & gloriae quaestum maximum ficeret, quod boni & fideles doctrinæ Euangelicae ministri semper imitari debent. Ut enim, qui merces multis sumptibus, multisque laboribus ex regionibus remotis aduehant, non magnopere eorum laudibus delectantur, qui merces quidem pretiosas & præclaras laudant, nihil tamen ex ijs sibi comparant: eos verò suis apothecis spectatores vehementer optant, qui laudandi paratores, emendi cupidores sunt: ita cælestis mercatur & negotiatores laudari se ab hominibus, concionesque suas celebrari pro nihilo ducere debent: in eo verò totiesse, ut à quamplurimi distractantur, hoc est, ut vitam Christo dignam plurimi instituant, recusato virtuoso more, qui mortis est causa æternæ. Pelchrè Eli

Hierony. in epist. ad Ne potianum. ronymus Nepotianum monuit, si optimus concionator haberi vellet, [lachrymæ auditorum laudes tuæ sint.] Lucratorum

Galat. 1. animarum quaerenda sunt: cognatis & ciuibus aliquid imper tiendum, sed studium in eo ponendum, vnde quaestus speratur copiosissimus. Paulus de se narrat, non se aquieuisse carni & sanguini, neque venisse ad antecessores suos Apostolos, sed in Italiam se contulisse, ubi Euangeliu tunc maximè inferiendum erat.

3. Fidei no stræ, opera Dei respon- Dei respon- [Nemo propheta acceptus est in patria sua.] Signifi cat Christus exiguum ciuium suorum fidem in se obsta- re, quò minus plura ac maiora miracula edat: id quod alias dñe. Euanglista apertius dixit: [Non poterat ibi virtutem ullam facere, nisi paucos infirmos impositis manibus curauit, & mirabatur propter incredulitatem eorum.] Fidei no

Marc. 6. Ios. 10. Exod. 17. stræ opera Dei respondent. Iesus quidem dux ille populi

Iustinus in colloquio Tryphon. Hebrai magnitudine fidei Solem cohibuit, & Iunam, cursumque sempiternum, quoad voluit, retardauit. Moyses ma

nuum cleuatarum vi, quibus crucis mysterium, Iustino te- ste,

ste, ex parte batur, prælantes suos victoria donabat, quas cum remitteret, etiam ipsa acies certantium referebat pedem. Idem Moyses, quod dubitas de petra exituras a-
Num. 20.
quas, semel frustra percusit saxum, secundò demum pro-
duxit ex illo aquam. Regi Iosas iratus Elisa us edixit, si sa-
pius fuisset iaculatus, victorem totius Syriae fuisset futurum,
id volens intelligi pro contentione fidei, & robore, divini-
tus victoriam dari. Fidei igitur sua inopiam quicque accu-
set, si minora, quam cupiat, Dei beneficia experietur.

Sed quæret aliquis, cur Propheta in patria sua acceptus non
sit? Cui questioni soluenda illud considerare opus est, ma-
gnopere differre inter Principem & Prophetam. Princi-
pem non extrinsecus inductum ciuitates amant, sed natum
in se, educatum, cognitum, naturalem denique atque gen-
tilem. Prophetam contrâ apud se natum, nutritum, esse
etum paruipendunt, quod principatus, notitia morum, stu-
dio patriæ, charitate ciuium maximè constet, quæ omnia
in externo desiderent necesse est, proinde maledicto graui,
& opprobrio plenum est illud: [Regionem vestram coram
vobis alieni deuorant.] Item illud, [Domus nostræ versa-
sunt ad extraneos.] Contrâ, suavitatis & gloria: [Et Da-
uid Princeps in medio eorum.] Videri ergo & tractari se
debent sinere principes, ut suorum animos allicit, ac sibi
charitate deuinciant. Contrâ Doctorum, Magistrorumque
autoritas eò maior est, quò minus vulgaris & trita. Sapien-
tiam & literas longè petitas pluris homines faciunt, quasi
reconditum aliquem thesaurum inueniant. Neque enim
genere transfunditur, neque hæreditate aditut sapientia,
sed labore, studio, numinis demum dono constat. Itaque
peregrina magis mirantur homines: consueta & facile pa-
rata contemnunt. Quem puerum arundine inequitantem
viderunt, quem ludicris assuetum infantulum meminerunt,
cum nihil grande sapere opinantur, prisca[m]que existima-
tionem exuere vix possunt. Quamobrem Plato, nonnulli
que alijs Philosophi non solum ut scirent, sed ut scientiæ
etiam opinionem compararent, remotas adeò ac peregrinas
terras longè sibi petendas esse censuerunt. Et re vera, ut est
apud Iob, [trahitur sapientia de occultis.] Ergo sapientiæ
S existi-

4. Chr Pro
phetæ in pa
tria sua con
temnatur.

Esa. 1.
Thren. 5.

Ezech. 37.

existimatio maior apud ignotos, apud suos exigua acit, ut
in patria propheta & docto[r] facilè contemnatur.

5. *Viduae*
Sareptanae
ex oplo etiā
de exiguo
lariūdum.

3. Reg. 17.
Amb. in li.
de viduis in
inīsio.

[Maltae viduae erant tempore Eliæ.] Nostis historiam, sed consideratione dignū est, quid fuerit, quod ad Sareptanā vi duā Elias diuinitus directus sit, omnibus alijs prætermissis. Digna profectò tanto honore iudicara est, cuius in summa inopia singularis liberalitas extitit. Id enim patum farinæ & olei quod habuit, libenter hospiti impertivit. Heius viduae meritū præclarè declarat Ambrosius his verbis: [Quā verò sancta vidua, quæ cū fame vrgeretur extrema, venerationē Deo debitā reseruabat. Nec solū sibi usurpabat alimenta, sed cum filio diuidebat, ne charo pignori superuieret. Magnum pietatis officium, sed religionis vberius. Nam sicut neminem filio oportuit anteferri, ita propheta Dei, & filio præferri debuit, & saluti. Cui nō exiguum vietū, sed vitæ suæ omne sub fidium existimanda est detulisse, quia nihil reliquit sibi, tam hospitalis ut totum daret, tam fidelis ut citò crederet.] Haecenus Ambrosius. Et quidem ob eandem rem illa altera vidua Euangelica, quæ duo minuta in Dei thesaurum misit, à Domino laudata est, & omnibus largitoribus antelata. Nā ex abundanti dare non magnum est, ex eo, quod deficit, dare, hæc laus propria liberalitatis Christianæ. Cū vche- mēter fitiret David, craterem aquæ summo labore sibi quæsitum effudit, idque eo verbo Scriptura honorat, ut libasse eam Domino dicat. Tantò glorioſior actio, quantò graniorum victoria difficultatum. Panem tuum vel vnicum frange & communica famelico, id gloria dignum. Martinus media veste abscissa pauperem tegendum putauit. Quanta eius actionis gloria? Quæ laudes à Christo dictæ? Ita sanè præcipiebat Tobias senior iuniori; [Si exiguum tibi fuerit, etiā exiguum impertiri stude.] Nemo igitur, ut eleemosynas faciat, diuitias cogitet primum sibi comparandas. Nemo ut poenitentiae & laboribus dedat corpus, robustam valitudinem expectet. Id quod est facultatis, licet exiguum, licet tenue, Deo alacriter offerendum est: pro viribus modicis, modica dona non modicam conciliant gratiam. Quām præclarè rependat Deus benefacta in suos, eadem historia docet. Lecythus olei nō defecit, & hydria farinæ nō est exhausta.

Mars. 12.

2. Reg. 23.

Tob. 4.

hausta, ut promiserat viduæ propheta. Merito proinde Salomon hortatur: [Honora dominū de tua substantia, & implebuntur frumento horrea tua, & vino torcularia redundabūt.] Nā sicut dixit Amb. [potū aquæ frigidæ præmio aeternitatis Deus remunerat amplissimo, & farinæ breuis oleique mensuram indeficiēte affluentium copiarum vbertate compensat.]

[Et multi leprosi erant sub Eliseo.] Cætera meministis. Cur igitur solus Naamā Syrus mūdatus præ omnibus? Rem nēpe raram patravit. Cū eslet diues & potens, tamē se vltro subiecit pphete & extero, & pauperi. Quod faciū sic commentatur Ambr. [Cur igitur nō curabat fratres, nō curabat cives, non sanabat Eliseus Prophetæ consortes, cūm sanaret alienos, cū sanaret eos, qui obseruatiā legis, & legis cōsortiū non habebant, nisi quia voluntatis est medicina, non gentis, & diuinum munus votis eligitur, non naturæ iure defertur? Disce, Christiane, rogare, quod cupias impetrare; fastidiosi viros cælestium profectus munera non sequuntur.]

Ita quidem ille. Nunc verò divites & copiosi, si morbo labo-
rant, medicū ad se venire iubent, venā explorandam ita dāt,
ut nonnulli adorari magis velle videantur, qui poplite fle-
xo, capite aperto contingi à medico velint, proceres, scili-
cet, & Principes viri. Hoc Naaman non egit, quin ipse potius supplex prophetā adiuit, ad fores consistens illius præcepta expectauit. Eliseus quidem se Dei ministrum cogi-
tans, non minus tumorem fæculi in Principe curare cupiēs,
quam lepram, congregidi homini noluit, ne ad illum quidem
fores prodire, nec se videndum præbere: per internuncium,
quæ opus erat, præcepta dedit. Idē certè ad filium viduæ me-
dicandum etiā ex mōtis vertice descendit. Placet sanè Deo
magnopere humilitas in magnis præsertim summisq; homi-
nibus. Itaq; per humilitatē à lepra mundatus est Naamā Sy-
rus, per superbiam Ozias Rex Iuda lepra opplet⁹, didicit quid
eslet sacerdotis autoritatē contēnere, & ministros Dei sper-
nere. Gravē periculū Principes sustinent, ne si cæterorū ho-
minū similes cū sint, peccando, curari tamen dissimiliter ve-
lint, leprā suam ac luem semper teneant. [Deus enim super-
bis resistit, humilibus autem dat gratiam.] Dauid sanè Rex

6. Exempla

Naamā Sy-
ri se humili-
ter debere
gerere prin-
cipes erga
Dei mini-
stros.Ambr. lib.
4. in cap. 4.
Luc.

4. Reg. 5.

4. Reg. 4.

2. Para. 26.

Iac. 4.

idcirco absolitus est, quod peccatum agnouit, confessusque

2. Reg. 12. est: itaque Nathan audiuit statim dicentem; [Deus etiam

transstulit peccatum tuum, non morieris.] Contrà, Saul con-

demnatus diuino iudicio, quod se potius excularit, pluris-

2. Reg. 13. quachonorem suum, quam Dei causam habuerit. [Necessi-

tate (inquit) compulsus feci, ac mox, Honora me coram

populo.]

7. Iningratos homines aduersus Christum. Postrema sententia Evangelij habet, surrexisse eos homi-

nes, & Christum voluisse deturbare de summo vertice ciui-

tatis. Quis crederet Nazarenam urbem talia fuisse visuram?

Vbi Deus descendens de cælo factus est homo propter homi-

nes, ibi homines Deum voluisse in morte præcipitare, nonne

incredibile facinus? nōne omnibus sæculis inauditum? O male

repensa diuina beneficia ingratis. Deus hominem è terra su-

stollere cupit ad cælam: homo Deum è terra in profundum

præcipitem dare. Nolite, quælo vos, Nazarenis illis irasci, ta-

metisi impijs, tametsi sceleratis; ne que enim Christum satis

agnouerant, quanquam agnoscere debuissent. At in vos ip-

los, Christiani, iustos iratum stimulos convertite, qui tot ac

tantis divinitus beneficijs affecti, in ipsum Deum, quem no-

stis, quem confitemini, estis impii, estis ingrati, quem per

summum scelus de vertice mentis vestræ, quantum in vobis

quidem est, præcipitem datis, cum grania in illum crimina

perpetratis. Audite, audite dolentem, & iuste querentem:

Ez. 1.

[Filios exaltaui & enutriui, ipsi autem spreuerunt me. Væ gen-

ti peccatri, semini nequam, filiis sceleratis, dereliquerunt

Deum, blasphemauerunt sanctum Israël, alienati sunt re-

trorsum.] Pudore igitur digno correpti, ac dolore

iusto, Christum potius amplectamur, veniamque

deprecemur, inuenturi sine villa cunctatione

gratiam & misericordiam, si misericor-

diæ tribunal adierimus in hoc te-

pore opportuno.

(::)

FERIA.

FERIA TERTIA
POST DOMINICAM
TERTIAM.

*Si peccauerit in te frater tuus, vade & cor-
ripe eum inter te, & ipsum solum.*

Matth. 18.



E correctione fraterna multa disputat Patres, & antiqui & novi, eaque res in primis utilis ac necessaria habetur: de qua proinde nonnulla verba facere operae prestitum duxi. Atque ad rem vniuersam cognoscendam, nihil perinde valere arbitror, atque finem penitus & scopum doctrinæ à Saluatore traditæ

i. Finē esse
cognoscen-
dū correctio
nis ante om
nia.

perspicere. Rectissimè enim Aristoteles censuit finē in moralibus humanisque actionibus esse principium: [Finis (inquit) principium est & fundamentum, quemadmodum in contemplatiis hypothesis:] sicut in ijs quæ arte efficiuntur, accidit. Nam, vt in pariete ædificando fundamentum est, unde cætera structura accipit regulam & mensurā, cui ex ampli respondere debet, vt constat: ita in moribus finis cuiusque negotij inspiciendus est, ad quem cætera media dirigendas sunt. Quare finem bene habere perspectum, totius doctrinæ caput est. Si iustitia (vt exemplis res fiat apertior) finis est spūm cuique tribuere, erunt profecto congruētia media, quæ docent, quid ad quemque pertineat. Si fortitudo edspectat, vt vincas hostem, despiciet profecto qui Ducis officio fungitur, an vires sufficiant idoneæ ad aggrediendum, an verò, cùm impar sit, se reseruare in aliud tēpus oporteat. Quod in ijs est dictum virtutibus, in reliquis æque verum reperies. Neq; Christianæ philosophiæ ea documenta noua sunt, quin potius à Christo Saluatore perspicue data, vbi Lyc. 1. 1.

Aristot. 2.
ethic. ad Eu
demum.

nos cōmonefacit, lucernam corporis nostri esse oculum nostrum, oculum volens intelligi animi propositū atque intentionem: corpus actionem vniuersam. Ex cognitione nimirū finis, in quem tendimus, lucem accipit cætera omnis actio. Quare, si purus & syncerus fuerit intuitus, omnes animi gressus rectè dirigi: sin impurus & cæcus vel perturbatus, errare quoque gradientem, & labi necesse erit. Quamobrem consultum vobis existimo, si de correctione fraterna audituris, finem illius primum ante oculos subijcam, ut cætera inde despiceret facilius possitis. Fere enim, quæcunque tam copiole differunt Theologi, qui in hoc argumento ita multi versantur, ad eam summam referuntur omnia, ut de fine pronuntiandum sit, quid cuique, & quando, & quomodo incombant agendum.

- 2. In Deū peccare, qui peccat in fratrem.** Est igitur corripiendi fratris finis ille proprius, quem Salvator exposuit; [Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum.] Lucifer fratrem, fratris salutem acquirere, hic finaliter est, hic scopus vñus. Minime igitur eius, qui læsus est, vindicta, minime eius, qui læsit, ignominia, queritur: sed, charitate potius duce, fratrem peccato perditum curandum emendatione salutari recuperare. Quo in loco paulisper confitendum nobis est, atque illud considerandum, quod scitè Augustinus animaduertit, hominem, cùm alterum offendit & lædit, plus sibi nocere, quam alteri. [Non potest fieri (inquit) ut qui odit alterum, non sibi prius noceat, illum enim lædere conatur extrinsecus, se vastat intrinsecus.] Et idem: [Noli contemnere, in hominem peccasti: vis nosse, quia in hominem peccando peristi: si non lucraretur te, perieras,] & cætera. Itaque qui peccauit in te, perditus à Domino iudicatur, cùm tu illum lucrari iuberis, vel certè ut luceris, date quam potes operam. Ergo se perdidit, non te, qui peccauit in te. Tu enim perditum querere moneris. Nemo se fallat, nemo erret, quam in proximum commisit offensam, eam Deus ipse offensam suam interpretatur, sibi factam iniuriam sentit, quod Paulus dicebat: [Sic enim peccantes in fratrem, in Christum peccatis.] Atque iterum; [Qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum.] Et ipse Christus: [Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennæ ignis.] Deus.
- Aug. serm. 16. de verb. Domini.**
- 1. Cor. 8.**
- 1. Thes. 4.**
- Matt. 3.**

Deus quidem pater est omnium hominum: quemlibet violaueris, quemlibet incesseris, Deum parentem iniuria lacessis, qui ad se filiorum contumelias damnaque pertinere pro sua charitate interpretatur. An tu Principem heredem tot regnum pulsas violenter, neque tamen ad regem parentem id facinus pertinere putas? Malachiam Prophetam audi: [Nunquid non pater unus omnium nostrum? Nunquid non Deus unus creauit nos? Quare ergo despicit unusquisque nostrum fratrem suum, violans pactum patrum nostrorum?] Intuere in quois proximo tuo filium Dei, heredem regni caelestis: ita fiet, ut non facile contempnendum, laudem ve arbitraris.

Malac. 2.

Illud praeterea debemus animaduertere, cum iubemur corripere fratre in nos peccantem, plus illum sibi nocuisse, quam nobis, ac proinde misericordia potius, quam iracundia aduersus eum conoueri nos oportere: siquidem integri ipsi ac salui illum veluti perditum recuperare & saluare iubemur. Id Socrates certe ita censebat, cuius verba sunt. [Non solù legge turpius est facere iniuriam, quam pati, & iustū est æquitatem feruare, sed etiam ipsa natura.] Idem in eodem dialogo disputat; [Injuriā facere, omnium esse malorum maximum: sc̄que allerit, si necesse foret, aut facere iniuriam aut pati, accipere iniuriam, quam inferre malle.] Prorsus bene Socrates, & ex veritate Euangelica. Si quis enim ita alterum feriat, ut se prius ingulet insanus, nonne is tibi videot commiseratione dignior, quam vindicta? Hic erat Dat. 2. Reg. 16: uidis sensus intimus, cum profligatum ac perditum parricidam Absalonem ducibus iam pralium facturis tantopere commendaret, ut filii salutem suę anteponere videretur. [Seruare, ait, mihi puerum Absalon.] Ei, qui se regno ac vita spoliare parauerat, fortunas taluas esse cupit: sc̄ nempe patrem cogitabat: filium superbum & contumacem plus danni accepisse, quam intulisset. Itaque perire vel perditum noblebat, quod ipsius gemitus lachrymæque acerbissimæ, cum peremptum audiuit, ut Ambrosius animaduertit, abude declararunt. [Cogitate igitur fratrem, cogitate Deo charum, pro cuius salute sanguinem fudit, ut saluum si possitis, reddere minime negligatis.]

3. Alteriu
centem plus
sibi ipsum
nocere.
Plato in
Gorgia, fine
de Rhetori-
ca.

Ambros. in
orat. funebris
Valentinia-
ni innoris.

¶. Vnicuiq; Postremò committere nullo modo debemus, quin perde recuperā spiciamus, quantopere proximi salus nobis diuinitus comodo proximo mendata sit, cùm lucrari fratrem præceptum omnibus sit, vt præceptum sancti Patres maiores nostri, & sentiunt & prædicant: Non esse. præpositis tantū, non Episcopis, non Principibus, ceteris 23. q. 4. c. de que reipublicæ capitibus dicitur, [Lucratus eris fratrem bet homo ex tuum.] Omnibus omnino præcipitur, cū fratres omnes sint. *Aug. epist.* Sententia sapientis est: [Vnicuique mandauit Deus de pro- § 2. & eodē ximo suo,] cuius etiam illud est: [Secundum virtutem c. Nō potest tuam recuperā proximum tuum.] Idem alias, [Intellige g. sequent. exte ipso, quæ sunt proximi tui.] Denique hanc esse legis Eccl. 17. sumnam Paulus exposuit; [Diliges proximum tuum.] Rationem quæstus & lucri repetet Deus à nobis, cùm talento- Eccli. 29. rum datorum causam aget. Quòd si sis, qui animam proximi non lucratur, cùm potest, perdit suam: quid ille, qui etiam euertit & destruit pessimis factis, nefarijsque consilijs? quales Scriptura arguit. [Facti estis laqueus specula- i. Pet. 3. tionis, rete expāsum in Thabor.] Quibus potest modis, pro- desse fratri vnuſquisque debet, nisi seuerum Dei iudicium in se experiri malit, [Vt per bonam conuersationem vestram sine verbo lucrifiant,] dixit Apostolus Petrus. Ergo om- nes esse doctores possunt, omnes medici, omnes animarum salvatores, qui recte viaunt, & faciis, quibus possunt, proximum iuvant. Huc demam redeount, quæ dixi, omnia, vt intelligat vnuſquisque nostrum salutem fratris sibi esse curæ debere: hanc Deum illi charam esse velle: huic, quibus modis possit, iuvandæ seriò studendum, legis in eo summam. contineri.

¶. Modum, & tempus, & reliqua opportuna correctioni ex fine cognosci. IAM verò sine correctionis fraternæ perspecto, inde facile est cetera intelligere. Nam si correctio eò spectat, vt frater emendetur, ac sic lucrifiat, vbi emendationis fuerit, lucrique spiritualis spes nulla, nihil corripere opus erit. [Noli (inquit Salomon) arguere derisorum, ne oderit te.] Nam laborando, nihil aliud quam odium quererere, teste Salustio, ex tremæ dementiæ est. At cù spes est fructus, adhibenda correctio est: quod lex edixit. [Argue eum, ne habeas super illo-peccatum.] Quòd si pariturus videtur, sequē renocaturus, qui errat, qui potest monere, idoneas præceptor est, etiā si æ qualis.

æqualis sit, etiam si inferior. Nahamanum militię Principem importunè in Elisæum stomachantem, salutisque consilia abijcentem corripuerunt serui, atque in viam prudenti oratione reuocarunt. [Cū ergo vertisset se (habet diuina histo-
ria) & abiret indignans, accesserunt ad eum serui sui, & locuti sunt ei; [Pater, et si rem grandem dixisset tibi propheta, certè facere debueras, quanto magis, quia nunc dixit tibi; lauare, & mundaberis.] Quanta prudentia non cum minori fidelitate coniuncta? Errare videbant, iratum leniter aggrediuntur, verbis blandis opportunè admonent. Patrem appellant, cui charitatem filiorum ipsi exhibebant. Utinam tales sint ministri Regum & Principum: ac non potius, dum adulantur errantibus, in peius omnia conuertant. Eòdem pertinet tem-
poris obseruatio, & modus adhibendæ correctionis: quæ quidem, cæteraque opportuna dictare prudentia debet, ut si-
nis ille melius obtineatur, id est emendatio salutisque peccan-
tis. Non omnes horæ idoneæ quibusdam sunt. Nabalum illū Carmeli superbum ac ferocem Abigail quidē sapiens vxor coarguit: at iam vino exhalato, & conuuij feruore deposito. Nouerat bene hominem, de quo dicebant famuli: [Et ipse est filius Belial, ita ut nemo possit ei loqui.] Nabalo similes inuenias multos, qui ira præcipites rationi nihil loci relin-
quunt. Ebrium ergo perturbatione aggredi non debes: iam sedatū reduces in viā: [Erat (inquit Scriptura) Nabal ebrios nimis: & non indicauit ei Abigail verbum pusillum aut magnum usque manē. Diluculo autem cum digessisset vinum Nabal, indicauit ei vxor sua verba hæc.] Quo autem genere verborum in corripiendis ijs, qui peccant uti oporteat, eodē ex fine salutis ipsorum discendum erit. Sunt varia hominum ingenia, sunt mores valde differentes. Quidam asperè arguē-
di suat, quidam comiter potius orandi. Iam Paulum audimus imperantem. [Increpa illos durè,] iam submonentem, [cum Tit. 1. modestia corripientem eos, qui resistunt veritati.] Alijs ipse scribit, [O insensati Galatæ.] Alios excusatos blandè accusat. Gal. 3. [Refloxiisti aliquādo sentire pro me, sed occupati eratis.] Phil. 4.
Adeat Pastoralis Gregorij Papæ librū, qui peculiaria pre-
cepta de quois genere accipere velit. Vobis interim illa ra-
tio certissima sit, finem salutis parandæ proximo optimuma

esse præceptorem, quemadmodum sæpe iam dixi. Charitas quippe cum prudentia coniuncta, quæ occurrit, difficultates omnes optimè expediet.

6. Famæ & existimatio nis fratris cōsulendum. Sed silētio præteriri non potest, quod tantopere salvator commendat, ut famæ & honori fratrius quām maximè consu-lamus. [Vade(ait) & corripe illum inter te & ipsum solū.]

2.q.1.c. Si peccauerit. Amat quidem Deus, præcipueque commendat salutem animæ fratris, sed ita illam lucrari te vult, ut lucrū fiat cū quām minimo queat damno honoris & famæ. Sacri canones iubet secreta delicta secretò corripi, nec publicū fieri debere, quod occultum est. Quām bonus Israel Deus, quanta parentis optimi in filios prouidentia, qui non est contentus salutem nostram commendare alijs, ut vitam æternam adipiscamur, verū etiam existimationem nostræ, famæque consultum vult,

Pron. 22. Neque immeritò sanè. Res est pretiosa fama, bonumque nomen fortunis omnibus præstat. Salomonis vox ea est: [Me- lius est bonum nomen, quām diuitiae multæ.] Hoc idem Ecclesiastici liber habet de bono nomine: hoc enim [magis per manebit tibi, quām mille thesauri pretiosi & magni.] Quin etiam vitæ ipsi existimationem præferre videri potest, cū facta inter rem vtramque comparatione, ita pronuntiet: [Bo-na vitæ numerus dierum; bonum autem nomen permanebit in æuum:] intelligit vitam, quenam feliciter exigatur, breui termino comprehensam: famam esse immortalem posse atque perpetuam. Nam quanti facienda sit fama bona, atque vnicuique tuenda, audi beatissimum Augustinum sic præcipientē: [Nec audiendi sunt, siue viri sancti, siue foeminae, quādo reprehensæ in aliqua negligentia sua, per quam sit, ut in malam veniant suspicionem, vnde vitam suam longè abesse sciunt, dicunt sibi coram Deo sufficere conscientiam, existimationem hominum non imprudenter solū, verū etiam crudeliter contemnentes. Proinde quisquis à criminibus flagitorum atque facinorum vitam suam custodit, sibi benefacit: quisquis autem famam, etiam in alios misericors est. Nobis enim necessaria est vita nostra, alijs fama nostra.] Quòd si Augustinus famam suam tueri vnumquemque iubet, & præcipit, quid de fama alterius non lèdenda censebit? Quod cū ita sit, proximitati honorem & existimationem, quæ tam

*Angst. lib.
de viduitate
cap. 22.*

tam pretiosa res est, tibi esse charam Deus vult, neque ullo modo negligendam, neque verò immundam specie maioris boni querendi, dummodo cum existimatione consistere salus possit. Idecirco dixit; [Corripe inter te & ipsum solum: ut peccatum admissum in te illius nemo alias per te resciscat, sed illius fama in tuto maneat.

Medicæ artis præceptum est, vt vita salusque ægro cum quam minimo corporis detrimento queratur. Si resoluti potest struma, non esse incidentum: si incidi necesse est, vitare visionem: si visione fieri satis potest, præcidere membrum vetat. At cum vita retinet aliter nequit, nisi membro amputato corrupto, tunc vel manum vel pedem truncat, vt vel matulum hominem conseruet. Eam artem medendi diuina sapiëtia seruat præclarè. [Corripe (inquit) inter te & ipsum solum,] dum salutem parare potes, nullo allato existimatio- ni fratri detimento; consule ita saluti, vt famam ne negligas. Quid si id satis non sit? [Si te non audierit, adhibe tecum unum, vel duos testes.] Non potest sine aliqua iactura pudoris curari frater, at exiguum damnum esto. [Vnum vel duos adhibe.] Non multitudini prodendus est: adhuc res in arcano tenenda. Vnum verò vel duos tibi adhibere opus est primum, vt si minus tibi credit, qui peccauit in te, q̄ causam tuā agere videatis, credat saltem alijs, quorum minimè interest. Deinde facilius est duos aut tres recipi, vt qui vni resistit, duobus cedat aut tribus. Ad hæc, vt vel podo re vel metu commouecatur, vt emendet erratum. Nā vel pre teriti erroris pudebit, vel futuræ poenæ subibit formido, cum viderit se aduersum duos tresue cōsistere testes. Deniq; vel ratione & æquitate, vel verecundia victus, vel timori sal tem cedens, ad officiū redeat. Hæ sunt diuinæ sapiëtia artes ad reuocandum in viam errantem, ad sanandum minus sui morbi consciūm ægrotum. Eum modum seruanit sanctus Patriarcha Iacob, cū disceperaret cū socero suo Laban. Habēs enim querelam, vt sibi videbatur, iustam, sic expostulabat: [Quid inuenisti de cūcta substātia domus tuę? Pone hic co- rā fratribus meis, & fratribus tuis, & iudicet inter me & te.] Genes. 31.

Hic iam quis non animaduertat, quam sit Deus famæ & nominis boni conservandi hominibus diligens, quam minimè

7. In maledi-
cos & destra
tores.

minimè prodigus, quām, vbi deperire nonnihil necesse est, adhuc circumpectus & cautus. Primum præcepit, [Inter te & ipsum solum.] Mox, [Si non te audierit, adhibe unum vel duos.] Quid si Deus non solum famæ, sed virtutum omnium dominus, ea in re adeò parcus, quorsum homines alieni honoris & nominis usque adeò prodigi? Usque adeò contemptores? Si eius, qui tibi fecit iniuriam, non debes famam prodere, si violatorem tuum tegere & celare iuberis; quid est cur eorum, qui nihil te laeserunt, honorem tam vilem habeas, famam ita facile corrumpas, existimationem pro nihilo laudas? Iis, qui argentum furantur aut deprædantur, publicas furcas statui cernimus: cur non ijs multò altiores ponuntur, qui honorē, qui famam aliorum prædæ habent? qui palam re pretiosissima tot viros nihil nocentes spoliant? Nonne spiritus sancti vox est, plaris esse existimationem bonam, quām opes magnas? Cur ergo fures prædonesque marsupij palam suspenduntur, famæ honorisque prædones palam volitant per fora, per plateas, per regiam, & vagantur impune? Evidem mihi per suadeo, esse hoc genus criminis & maximè vulgare, & in primis noxiō, & minimè fere omnium animaduersum. Quia ex re Dei iram prouocari in nos nullo pacto dubitare possum: itaque innumeras ob id animas perire confirmo. Videas murmurari, detrahi, fingi mendacia, libellos etiam Principibus & magistratui offerri infamia plenos, quibus vel præfusiles, vel monachi, vel ministri insinulantur. Neque viris principibus parcitur, neque matronis honoratissimis, neque virginibus pudicissimis. Venena nō hominum ex ore, sed è Basilisci aut serpentis visceribus deprompta putes acutas nouaculas, quæ ita feriunt, ut vix sensus sit, cum est iam ictus lethalis acceptus. Una Doeg Idumæi lingua scelerata octoginta Dei sacerdotibus momento cladem attulit, in quem do leter inuectus sacer vates, ita cecinit; [Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Tota die iniustiam cogitauit lingua tua: sicut nouacula acuta fecisti dolū. Dilexisti omnia verba præcipitationis, lingua dolosa. Propterea Deus destruet te in finem, euellet te, & emigrabit de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viventiū.] Nouacula acutæ linguam meritò assimilat, quia quibene & cù dexteritate vtitur,

Prou. 22.

Eccl. 1.

1. Reg. 22.

Psal. 51.

Eccl. 3.

Eccl. 4.

Eccl. 5.

Eccl. 6.

Eccl. 7.

Eccl. 8.

vititur, radit superfluos capillos, capillūq; & mentū cohone stat sine molestia villa: sī fraudē facere voluerit, leui inclinātione iugulat, dicto citius. Sic habet sermo de vitijs aliorū; re à̄tē adhibitus prodest ad demēda inutilia: dolo malo deprōptus, iugulare momēto tēporis potest. [Sicut nouacula acuta fecisti dolū:] merito omnino dictū de lingua procaci. [Ver- Pron. 26.
ba irrisoris quasi simplicia: & ipsa perueniūt ad intima ven-
tris.] Maledici verba sagittis æquat Salomō: [Qui tamen si
fuerit deprehēsus, dicit ludens feci.] Post quām viri formā ob
scurarint, cōuicti mendacij, se ita existimasse respōdēt, neq;
de restituēda fama satagūt, neq; quæ libellis datis impingūt,
an vera sint, curant, dūmodū de gradu, quē volunt, deiijciant.
Neq; vide inus tamē in eiusmodi sicophātas & mendacissimos
delatores suppliciū decerni vllū, neque exempla statui, quæ
terreant temerarios alieni honoris, famæq; prædones. Debe
rent, mea quidē sententia, Principes Darij factū lequi, qui mē
daces Danielis accusatores in lacū leonū dari præcepit: aut, Dan. 6.
quod falsis Susannæ criminatoribus cōtigit, l̄apidib⁹ peti po Dan. 13.
pali vniuersi. Hæc eo profasius dixi, q; curiālciā eo morbo
grauiissimè laborare, neq; remedij tamē quicquā adhiberi.

Conseruāda quidē est hominis existimatio, quoad licet, 8. Quando
verūm cūm salus sine detrimento nominis cōparari nequit, prodēdū præ
præferenda est vita animæ nominis decori; [Melius enim est fidi crimen
cæcū, aut claudūm (vt Christus dixit) intrate in cælū, quām fratri.
oculis & pedibus integris tradi in tartarū]. Ergo si aliter sa- Matt. 18.
nari nequit, prode morbū, dic Ecclesiæ, id est iudicii sue præ
fecto, qui publicā personam gerit, vt pro officij sui facultate & potestate coērceat peccatē & plestat, quantū vel ad ipsius salutē, vel ad publicā aliorum utilitatē opus esse intelli-
get. De quo Paulus Timotheū instruit: [Accusationē noli re 1. Timot. 5.
cipere, nisi sub duobus aut tribus testibus.] Et [sunt quædam Leni. 5.
peccata manifesta præcedentia iudiciū.] In lege quoque Do
minus præcipit: [Nisi indicauerit, portabit iniquitatē suā.] Augustinus sanè illud præclarè admonuit in regula: [Nec August. in
vos putetis esse malevolos, cūm aliquem indicatis: potius epist. 109.
quippe innocentes non estis, si quem prodendo sanare po- 9. Ecclesiæ
testis, magis tacendo perire patiamini.]

[Si Ecclesiām non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & pu- potestas mag
blica- ni ducenda.

blicanus.] Tanquam fidei, non solum charitatis, expertem haberi vult eum, qui Ecclesiae non obedit. Admirabilis prorsus est Ecclesiae autoritas, eximia potestas diuinitus collata.

1. Tim. 3.

[Quæ est domus Dei vivi, columna & firmamentum veritatis.] Atque ecclesia quidem semper est, semper quæ erit, neque villa vi unquam cueretur. Manet verbum Christi fidele: [Ego vobis cum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi:] quæ magna est Christiani populi consolatio. Quavis enim Ecclesia varijs perturbationibus quaeratur, quavis hominum turpitudine saepe dehonestetur; manet tamen spiritus Dei, spiritus veritatis, spiritus virtutis celestis in Ecclesia. Ut enim Christus sub illo mortali & fragili corpore diuinitatem regebat, ut idem Christus in sacro sancto Eucharistia sacramento sub illis panis vulgaris accidetibus, corporis sui diuini veritatem celat: sic prorsus sub his humanis, quos cernimus, moribus, ingenij, & tanta communis mortalium miseria demonstratione, Pontificis ceterorumque Ecclesiae ministrorum in firmitate, stat tamen immobilis Dei firmitudo, veritas fidei infallibilis, autoritas omnino celestis, que labefactari non potest, Spiritus sancti insuperabili prouidentia omnia superante. Itaque qui Ecclesia Dei resistit, peior publicano & Ethnico habendus est. Neque excusare villa ratione possunt suam contumaciam schismatici atque rebelles. Obedientes & religiosos Ecclesiae filios Deus maxime illustres facit, qui fasces imperij, qui diadema regni clavibus pectoris submitunt, illos rebus secundis Ecclesiae sponsus Christus decorat, beatique. Est ea Dei certa sententia. [Quicunque honorificauerit me, glorificabo eum; qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.] Historias diuinias atque humanas repece, ita certe inuenies. Reges considera Dauidem & Iosiam: ipsum alioqui græce superstitioni addictum Alexandrum Macedonem, tot viatoris insignem, quod in colendo Dei sacerdote & templo se præbuit valde pius: hic adde Constantimum Magnum, Theodosium, Carolum magnum: quorum, ut fuit eximia in Ecclesia Christi obseruanda, iuuanda, afferenda pietas, ita illustres de hostibus extitere triumphi. Contraria importunos ministrorum Dei aspernatores Principes summa ignominia & clade luisse superbiae penas, videre est.

3. Reg. 2.

Saulem

Saulē in ijs numero, & Oziam, & Manassem inter Hebreos: de Romanis Pompeium magnum, postquam adyta templi Hierosolymitani profanè contempsit, quanquam pecuniam sacram contingere nullo modo est ausus, teste Cicerone: de *Cicerio in nostris Fridericum & Henricum Imperatores Germanos.* oratione Nihil opus est in loco amplio & expedito hærere. Illud adiū *pro L. Flaccam,* quod Diuus quoque Thomas animaduertit, Deū in ea *co.* scelera, que in ipsum propriè perpetrata sunt, initiore dediſ- *S.Tho.2.21.* se vindictā, in eosporro, qui in ministros illius contumaces *q.93. ar.25.* se iniuriososque præbuerunt, multò grauius vindicasse. Etenim in idololatras, qui vitulum aureum adorarant, gladio ani- maduertere satis habuit: at seditiones, Moysi & Aaroni mini- *Exod. 32.* stris Dei rebelles, qualis Core fuit, quales Datā & Abyrō, cæ *Num. 16.* tusque omnis illorum, ignis saeuus exarsit, viuoisque terra de- hilicens glatiit horrendo spectaculo, æternis ignibus comba- rendos. Nempe ad Dei maximè gloriam spectat, ministris eius obedientiam venerationēque præstari. [Nos enim qui sumus? (aiebāt ipsi.) Neque cōtra nos est murmur vestrū, sed cōtra Dominum.] Quæ cūm ita sint, Dei ministros summo- pere colamus ac reucreamur; ijsque nos obsequentes de- mus. Ecclesiæ dominum in Ecclesia honorantes, quemad- modum propheta nos admonet Deum adorare in templo *Psal. 98.* sancto eius, cui sit gloria & imperium in omnia secula, Amē.

FERIA QVAR- TA POST DOMINI- CAM TERTIAM.

*Quare discipuli tui transgrediuntur tradi-
tiones seniorum?* Matth. 15.

FIT sanè Christi institutio longè diuersa ab in- *v. Internis* stitutis Pharisæorum, qui cūm haberentur summo habitu men- pere religiosi, vera & solida religione penitus ea- *tis à Christo* rebant. Discipulos Christus ad regnum cœlestē erudiebat, in- *præcipue* terni quare.

terni hominis habitum maximè instruebat, non solum actus ipsos & verba, sed imas etiam cogitationes & studia ad perfectæ virtutis normam componebat. Id quidem cùm ex omnibus Salvatoris sermonibus facile est intelligere, tum vero ex illo præstantissimo, quem habuit in monte, quemque Euangeliſta Matthæus tribus capitib⁹, quinto, sexto, septimoque describit. Cæterū, quod ad externum congressum, communemque hominum cōuiictum attinet, neque illi erat oppidò elegantes atque civiles, neque magnopere Christus de illorum simplicitate perpolienda & exornanda laborabat. Facile mores vulgares ac pene rusticanos tolerabat. Cōtrà Pharisei religiosi & scribæ literati illius temporis summu studium in externa demonstratione ceremonijsque collocabant, summam perfectionis in eo sitam sibi existimantes, si obseruantij, si cultu externo, si mundicijs quibusdam corporis admodum delicatis cæteros mortalium anteirent: cæterum animi cultum non solum desertum, sed etiam sordidū relinquentes. In hos inuehitur Chrysologus in hunc modū: [Pharisee, quid te mūdi credis, cùm tua omnia tuo sint poluta conuiuio? In foro tu de innocentis sanguine disputasti, de rapienda substantia pauperis perquisisti, cùm interiora tua tanto sint confessa a crimine, quem ad modum te exterior lauare & mundare sufficiat aqua?] Eo ergo disciplina genere suæ omnes scholæ alumnos imbuebant. Qua de re notatos à Salvatore s̄ penumero legimus, quale in primis est illud; [Nunc vos, Pharisei, mundatis quod exterius est calicis & catini: quod intus est vestrum, plenum est rapina & iniustitia. Pharisee cæce, mūda prius, quod deintus est calicis & paropsideis, ut fiat id, quod deforis est, mundum.] Erat quidem de redēptore mūdi sic vaticinio Esaie prædictū, nō eū exter nā speciem consecutarū, sed veritatē iudicio doctrināq; sua stabilitarū. [Nō secundū visionē (inquit) oculorū iudicabit, ne que secundū auditū auriū audiet; sed iudicabit in æquitate, & arguet pro māsuetis terræ.]

Qua ex re cognoscere licet, quæ sit ratio verissima Euāge licæ perfectionis parandæ: vt spiritū, nimirū, præcipue in nostris actionibus requiramus, neq; externa tantum operis spe cie & ceremonia cōtēti simus. Preces Deo fundis? bene sanè: sed

Chrysolog.

Jer. 17.1.

Luc. 11.

Mat. 23.

Esa. 11.

sed attentionis ac devotionis primarium studium esto. Rei
 diuinæ interèss optimè: sed qua reverentia, qua cōsideratio-
 ne, etiam atque etiam cogita. Audi Paulum, [Orabo spiritu, 1. Cor. 14.
 orabo & mente: psallam iperitu, psallam & mente.] Spiritu
 orare & psallere, idem eo loco est, quod voce aut lingua: mē-
 te autem, intelligentia & perceptione eius, quod oratur &
 psallitur. Nam spiritum à mente distinguit, ut comprehen-
 sionem vocis à rei significatæ comprehensione secerat:
 quod ijs accidit, qui lingua sibi ignota preces fundunt, ut si
 Latinus Græca, Hispánus Latina verbare recitet. Eū esse Apo-
 stolilensem superiora plane indicant. [Nam si orem (inquit)
 lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est.]
 Puto præcepto Apostolico plerisque eorum, qui vel priu-
 ate precantur, vel in sacro choro diuinæ psalmodiæ operam
 dant, quamplurimum indigere: quos verèdum profectò est,
 ne de Pharisaicis institutis aliquid usurpent, nimium sibi
 placentes externatantūm pompa ceremoniarum, internum
 mentis studium penitus alias in res transferentes. His illud
 apud veteres flamines vñstatum sapè insuffrandum esset:
 [Age quod agis:] vel potius, quod Cyprianus admonet: [Nō Cyprian. de
 passim ventilare nostras inconditis vocibus, nec pe- oratione Do-
 rationem cōmendandam modestè Deo, tumultuosa loqua- minica.
 citate iactare, quia Deus non vocis, sed cordis auditor est.]
 Itaque non est de precum multitudine & serie longa glo-
 riandum, si pietas & religio interna absit: satiusque pauciora
 cum mentis maiore fide & cōsideratione percurrere. Quod
 est sanè consilium Apostoli: [In Ecclesia volo quinque ver-
 ba sensu meo loqui, vt & alios instruam, quām decem millia
 verborū in lingua.] Puerilē autē esse eiusmodi falsam gloriā
 de multitudine inanum vocum, ostendit statim per ea quæ
 subdit: [Fratres, nolite pueri effici sensibus, sed malitia par-
 vuli estote, sensibus autē perfecti estote.] Quod de oratione
 & precibus dictum est, debet idem intelligi in alijs Christia-
 næ disciplinæ actionibus, vt puritas maximè cordis quæ-
 ratur, & pia intentio in Deum. Qui corpus afflit, qui aspe-
 riore vel veste vel lecto vtitur, qui ieunat, ita se comparet,
 vt Dei oculos arcano mentis affectu conciliet, non hominū
 specie externa pascat: Ne similis illis sit, qui cum Deo expo-
 T. stulabant;

Esa. 58.

stulabant; [Quare ieunauimus, & non aspexisti? humiliauimus animas nostras, & nescisti?] Quibus vicissim ipse respondebit? [Nūquid tale est ieunium quod elegi, per diem contorquere hominem, sicut circulum caput suum, & cinerem & ciliacum sternere? Dissolue cogitationes impetatis,] & cetera. Ergo internus habitus præcipue curandus est, quem Deus maximè respicit: calicis internæ fordes eum, qui poculo virus est, propriè offendunt. Quid iuuat specie externa spectatores cæteros oblectare?

2. Nullo modo esse contēnendas exter nas ceremonias.

Quæ quidem de cultu interno doctrina ita tenenda est, vt nemo tamen nos putet externa signa, operumque demonstrationes contemnere. Etenim Christus ita illud attulit, vt omittinullo modo vellet; probat potius omnem eam diligētiam, quæ in externa ista disciplina versatur, quam ab illa interna proficiisci necesse est, si vera est. Radicem igitur excollens, ne quaquam ramos & folia spreuit, sed conseruavit potius atque auxit. Nonne ita præcepit. [Munda prius, quod intro est calicis, & paropsidis, vt fiat id quod deforis est mundum.] Adeò non aspernatur externam munditiam, vt internam huius esse germanum principium afferat, vtramque plānē amat; sed internam magis, quæ externā dat id, quod est.

Luc. 11.

Luc. 22. Itaque externi cultus exemplū in se præbuit Christus egregium, orationem fundēs ad Patrem, humi toto corpore procumbens, templum diebus festis religiose admodum adiens. Neque in Deum solum, sed in homines etiam obsequens, [parentibus subditus erat:] Pilato præsidi se submisit moriens: Cæsari nascens tributum in professione pedit, didragma soluit, quod non debebat, ne exactores offenderet. Ergo sicut corrigenda est Pharisaica illa superstitione, ita detestanda extreme opposita hærefis Lutherana, quæ sacras ceremonias irritet, cultū externū abolet. Hæc pestis Antiochi imitatrix (radicē peccati Scripturā nominat) qui tēplū Dei cōtaminauit, saeros omnes ritus sustulit: gētile vanitatē induxit. Adorari quidē vult Deus in spiritu & veritate, neque loco ullis se astringit maiestate: attamen requirit pariter exteri. à religio nē pietati internæ consentaneā, quemadmodū Cyprianus sa pienter præcipit. [Sit (inquit) orantibus sermo & precatio cū disciplina, quiete cōtinēs & pudore, Cogitemus nos sub conspe-

*1. Macha. I**Cyprian. de oratione Do min.*

Conspicere Dei statu: placēdū est diuinis oculis, & habitu corporis, & modo vocis.] Neq; enim id veteris solū legis p̄ceptū est, verū noui quoq; & ēterni testamēti, vbi & sacerdotes esse voluit, & sacrificiū, & sacramēta, & ordinati simā laici principatus Hierarchiā. In qua nequaquā temeritē & rufli cē diuina peragi voluit, sed sapienter, decorē, ordinatē, pro dignitate deniq; tanti regis. [Domū quippe Dei decet lantitudo;] & [dilexi decorē domus tuę,] ait propheta. Cui cōsolat Paulus; [Omnia secundū ordinē hiant in vobis.] Qui de modo prophetā in Ecclesia, & orādi & cōueniēdi, & lacrē egnō cōmunicandē, cū multa p̄cepisset, adiūxit: [Cætera, cū venero, disponā.] Quare qui ficelesia ritus disciplināq; contēnit, necesse est eū pariter Apostolica documēta cōuellere.

Cur antem cūm Deus Spiritus sit, & adorari in spiritu & 3. Internum veritate velit, nihilominus externam etiam reverentiam, & cultum ex corporis ceremoniā exigat, dicam, ac libenter quidem: in loco necessario h̄ę reo tantilper. Tres igitur causæ sunt. Primū, *ri, iuuari, at* cūm corporis Deus pariter atque animi conditor sit, merito geri, virtutēq; substantiæ obsequiū sibi vendicat: & qui totū hominē lanum facit, eum à toto homine adorari profecto dēbet. Quam sanè rationem Ioannes Damascenus p̄eclare exposuit. Hoc igitur propter Deum. Deinde propter homines alios debet religione externā internā suā homo testari. Nā mentis fidem & pietatem homines videre non possunt: corporis signa vident, quibus illam intus latentē prodere licet. Neque religiosus in Deū est, qui cæteris irreligiosum & à Deo alienū te p̄ebet. [Corde creditur ad iustitiam, ore autē confessio sit ad salutē.] Nostis Paulie esse sententiam, qui iustificari quidem hominem docet, interna cordis fide & piatate: led eam iustitiam non posse stare, nisi etiā externo signo declaretur, cū videlicet vel suscipiēdi sacramēti opportunitas est, vel testādē fidei necessitas urget. Accedit tertia ratio, ut ipsemet internus habitus virtutis religiosusque iuuetur. Quanuis enim ex interna virtute procedat externa, tamen illam & confirmat, & auget. Amant enim naturales animq; vires in operatione unitatem, que si desit, facile dissoluuntur. Huius rei testis haud alius p̄ot idoneus magis produci, quā sūs caiq; usus, quo d̄ctus est, oculos in precib⁹ in sacra

Psal. 92.

Psal. 23.

1. Cor. 14.

1. Cor. 11.

signa eratos, manus supplices, genua humi flexa, cæteramque corporis moderationem vehementer studio interno inferire: vbi ista negliguntur, facile te pescere animum, atque illam internam deuotionem evanescere. Beatus quidem Pater Augustinus in libro ad Sanctum Paulinum scripto sapienter admodum tota ea de re differit: vbi inter cætera hæc quoque scribit: [Orantes de sui corporis membris faciunt, quod de cura pro supplicantibus congruit, cum genua figunt, cum extendunt manus, vel etiam prosternuntur solo: quanvis eorum voluntas & cordis intentio Deo nota sit, nec ille indigeat his indicijs, ut humanus ei pandatur animus: sed his magis se ipsum excitat homo ad orandum gemitumque humilius atque ferventius. Et ne leio quo modo, cum hi motus corporis fieri, nisi motu animi præcedente, non possint, eisdem visibilibus ille interior invisibilis, qui eos fecit, augetur, ac per hoc cordis affectus, qui ut fierent, ista præcessit, quia facta sunt, crescit.] Maltum ergo conductit & confert ad mentis pietatem in precibus, loci sanctitas, multum corporis ipsa prostratio, multum vocis etiam moderatio ad pietatem comparsata. Ut Cyprianus paulò ante dicebat, [Cogitemus nos sub orat. Dom. Dei oculis stare: placendum est Deo, & habitu corporis, & modo vocis.] Quæ si vera sunt, animaduertet facile quisque, quam Ecclesiæ sanctæ cladem inuexerint diaboli nefarij satellites, qui cultum decorumque ceremoniarum piarum à Christiano populo explodunt. Salomoni profecto sapienti

3. Reg. 2.

sapiens pater iam moriturus, ita præcipiebat: [Obterua ut custodias mandata Domini Dei tui, ut ambules in vijs eius, & custodias ceremonias eius, & præcepta eius, & iudicia, & testimonia.] Totus denique Psalmus ille centesimus decimus octauus, qui omnium & copiosissimus est, & maximè tritus, hac obseruatione plenus est.

4. Quæmā. Hæc paulò fusiūs differui, quod in se quidem utilem admodum doctrinā habeant, tam verò hoc tempore summopè num obser- re necessariam, cum grauiissimè à Dei inimicis Catholicave nanda sint, ritas oppugnetur. Nemo ergo Christianus, cum Phariseos resque secus. prehendit, Lutheranis fauere arbitretur. [Sine causa (inquit) colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum.] Ac tulus, [Quare vos transgredimini mandatum Dei propter tradi-

traditionem vestram? Hoc sive praetextu, atque hac occasione haeretici obedientiam Prælatorum ac Principum tollunt, vel magna ex parte labefactant. Nobis caendum, ne dum Pharisæum fugimus, in Lutheranum deterius impingamus. Itaque necessario explicandum erit, quibus modis mandata hominum seruanda sint, quibus negligenda, quibus etiam vituperanda & vitanda. Sunt enim diuersa mandatorum humanorum genera. Quædam sane Dei mandatis contraria sunt: quæ quidem Christianum oportet omnino contemnere, & quamvis mortem potius perpeti, quam humanis divina præcepta posthabeat. De hoc genere Petrus professus est liberè: [Oportet Deo magis obedire, quam hominibus:] in qua re tantæ se æquitate duci videbat, ut iplos aduersarios suos iudices appellaret. [Si vobis (inquit) potius obedere debemus, quam Deo, iudicate.] Hæc proflus fuit causa pro qua Machabæi fortiter decertarunt. Itaque dicebant: [Non obedimus mandato Regis, sed mandato legis.] Hæc eadem tot martyrum causa, qui contemnentes iusla principum, meruerunt præmia regni. Deus iubet se solum adorari & haberi Deum: Principes imperant deos lapideos aut aureos coli. Quid agas? Mortem libenter oppetas, spreto imperio Principum, ut Dei obediias legi. Carne in suillam lex vegetabat: Antiochus sumi iubebat. Eleazar optimus senex flagris concidi mauult, quam gustare porcinam. Nunc porcinam qui gustare nollebatur illam legem, Deo resisteret, quile gem fidei & libertatis induxit. Ergo voluntati diuinæ obtemperandum est, nulla rerum consideratione præfixa.

At est alterum genus mandatorum, quæ ab hominibus proficiuntur, quæ diuinis potius seruant, illaque vel declarant, vel stabilunt, vel ad certam speciem definiunt. Qualia sunt de iustitia & iure seruando, de contractibus ritè inveniendis, de temperantia seruanda, de cultu sacerdotum, de ieiunio, de matrimonio, de calibatu libero, & infinita alia. In iis mandata hominum violare, nihil aliud est, quam Dei legibus non parere. Paulus apertissimè prædicat, [Omnis anima potestatis sublimioribus subdita sit, & qui potestatis resistit, Dei ordinationi resistit. Principes enim non sunt timori boni operis, sed mali.] Nec dissimilia Petrus. [Regem 1. Pet. 2.

Att. 5.

2. Mach. 7.

2. Mach. 6.

Att. 13.

1. Pet. 2.

1. Pet. 2.

honorificate, subiecti estote ducibus ab eo missis ad vindictam malefactorum.] Quod si aduersus saeculares principes, profanos præsertim & idololatras, quales tunc erant, haec fere Apostolorum præcepta, haec institutata: quid par est dicere de obediëtia erga Ecclesiæ Prælatos, erga Dei ministros, erga ipsius Christi substitutos, de quibus ipse palam pronuntiat: [Qui vos spernit, me spernit: qui vos audit, me audit.] De quibus ipse etiam aliâs. [Ego mitto ad vos sapientes & scribas.] Item; [Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus.] Item aliâs. [Sicut misit me pater, ego mitto vos.] In hoc demum genere, non tam humanæ potestati, quam diuinæ defertur obsequium. Itaque hanc Christianam religiosamque obedientiam cum Pharisaica traditione vel le confundere, nihil est aliud, quam diabolum Christo committere. [Quæ enim societas lucis ad tenebras? quæ conuentio Christi ad Belial?] Damalus sanè Papa contemptores sacrorum canonum blasphemiarum damnat his verbis grauiissimis: [Blasphemare Spiritum sanctum non incongrue videntur, qui contra sacros canones aliquid aut proterve agunt, aut loqui præsumunt, aut facere volentibus sponte contentiant. Talis enim præsumptio manifestè unum genus est blasphematiū Spiritum sanctum, cuius nutu & gratia sancti canones editi sunt.] Adeò à veritate catholica & sententia Patrū Lutherana petulantia dissidet.

Inter haec extrema mandatorum humanorum genera, medium quoddam est, neque necessarium, neque repugnans, sed indifferens, & quod natura sua neque bonum neque malum sit: quale est illud quod hodiernam controvèrsiam excitavit de lauandis manibus ante cibum, quod neque legem Dei oppugnat, neque verò promovet. De toto hoc genere simpliciter præcipendum est, ut extrema vietentur, quæ sunt sine dubitatione vitiosa. Ex quibus illud est unum, ut in his seruandis summa ponatur, singularisque obseruantia, quasi magnopere interficit sic, securus veagi. Id Phariseorum vitium fuit iure à Christo reprehensum, quod in ijs puerilibus pietatis summan collocaret: quibus similes hodie non pauci sunt, Dei mandata & Ecclesiæ facile negligentes: ad quoddam verò patrius aut

gentilitios ritus ita affixi, ut vitâ sibi eripi ante passari sint, quâm de ijs nugis, quas maiores tradiderunt, vel latum unguem discedere. Sed est nihilominus vituperandum extre-
num alterum eorum, qui se in eiusmodi indifferentibus mo-
ri & vici aliorum accommodare minime volunt, offendio-
nemque propterea gravem incurunt. Qua de re eleganter
epistolam scripsit Augustinus ad Iannarium, probans Am- Aug. epist.
brosij sententiam se se Ecclesiæ, vbi vertaretur, ritui & obser- 118.
vantijs facilem morigerumque præbētis. [Nec disciplina
(inquit) villa est in his melior grati prudentiisque Christiano,
quâm ut eo modo agat, quo agere viderit Ecclesiâ, ad quam-
cunque forse deuenenter. Quod enim neque contra fidem,
neque contra bonos mores iniungitur, indifferenter est ha-
bendum, & pro eorum, inter quos viuitur, societate seruan-
dum est.] Quæ beati Augustini prudentissima præceptio va-
let ad conseruandam pacem, valet ad amicitiam concilian-
dam. [Sine offensione (aiebat Paulus) estote Iudeis & gen-
tibus.] Ac rufus. [Quantum in vobis est, cum omnibus ho-
minibus pacem habentes.] Denique scipium propositum exē-
plum: [Sicut ego (inquit) omnibus placeo, non quærēs quod
mihi vtile est, sed quod multis, ut salvi stant.] Qua ductus ra-
tione, ita se comparabat, ut omnibus omnia fieret, ut omnes
faceret saluos: ijs qui sub lege sunt, tanquam sub lege esset,
cum tamen sub lege nō esset, sed in lege esset Christi. Lex
Christi charitas est: hanc qui tenet, neque proprijs insti-
tutis superbit, neque fastidit aliena: sed in omnibus
Dei gloriae & proximorum saluti, quan-
tum licet pro rerum opportu-
nitate, seruit.

T 4 IN

IN EADEM FE-
RIA CONCIO SE-
CVNDA.

Quare & vos transgredimini mandatum
Dei propter traditionem vestram?

Matt. 15.

1. Christus
defensor suo
rum acer.

Psal. 71.

Aug. 17. de
Cin. & li.
13. contra
Faustū. 7.
Esai. 11.

Irenaeus li.
3. cap. 10.
Esai. 25.



V M à Pharisæis superbis humiles Christi discipuli accusarentur, nō putabat Dominus suos deferēdos, sed, suscepit simplicitatis atque innocentiae defensione, in ipsos criminatores crimen, quod alijs intentabant, verius retorquēs egit, vt qui alijs humana instituta violata obijcerent, se se diuinarum legum euersarum reos agnoscerent. Prædixit hanc Regis nostri gloriam David, cùm cecinit: [Iudicabit pauperes populi & saluos faciet filios pauperum: & humiliabit calumniatorem.] Iustinus Martyr in colloquio Tryphonis de Christo hæc, non de Salomone, dicta demonstrat. Idem Enthymius & Arnobius, itemq; Augustinus in libris de ciuitate Dei, & contra Faustum Manichæum. In eodem quoque Psalmo: [Liberabit pauperem à potente, & pauperem, cui non erat adiutor. Parcat pauperi & inopi, & animas pauperum saluas faciet.] Quibus Esaias consonat. [Non secundum visionem oculorum iudicabit, neque secundum auditum aurium arguet, sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ, & percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum snorum interficiet impium.] Quæ quidem Beatus Irenaeus de Apostolorū defensione commemorat. Cyrillus verò & illud eiusdem prophetæ de Apostolis ac de Pharisæis eos opprimere parantibus intelligendum putat: [Factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua: spes à turbine; umbraculū ab æstu: spiritus enim robustorū, quasi turbo impellēs pariem.]

tem. Cyrrilis anè interpretationi lauent ea quæ in versione Septuaginta leguntur, quæ sic habent: [Spiritus enim homini iniuriam patientium benedicent tibi, quasi homines pusillanimi, qui liberabis eos ab hominibus, quibus tradidisti eos.] Alibi etiam diuinæ literæ describunt hæc iacula Salvatoris: [Sagittæ tuæ acutæ in corda inimicorum Regis.] *Psal. 44.*
 Admirabilis diuinæ Scripturæ thesaurus, copiosa harum cælestium opum promptuaria, ut quæ in Euangelijs gesta legimus, eadem à Prophetis non minus aperte, non minus copiose prædicta cernamus. Mansuetus quidem erat Iesus, & in se tuendo ac vindicando admodum lenis: idem in defendenda suorum innocentia acer, in propulsanda misericordia calunnia, & calumniatore confodiendo, non medicocriter erectus & vehemens. Quam Domini consuetudinem si cognoscimus, libent er ad illum cùm à potentioribus impellimur, atque infestamnr, accurramus: nostram ipsi defensionem oblitii, causam cōmittamus ei, qui facit vindictam servorum suorum. Neque prætereunda interim est ingens istorum criminatiorum stultitia cum pari inhumanitate coniuncta. Apostolos fame prope modum confici notherant, tenui adeò viatu, ut cogerentur spicas vellere ad cibum: famelicis nihil triebuebant, neque verò commiserabant tantam inopiam: ipsi ventre pleno & abdomen crasso, scilicet scrupulosi legum obseruatoris, quod manus non abluerent, indignantur, accusantque. Evidem puto cibos Apostolis suis plerisque adeò aridos & tenues, quibus manus planè tractandis parum admodum obsordescerent, lauari ut magnopere non esset opus. Hisce Pharisæi persimiles mihi hodie videntur tetrici quidam censes, qui pauperibus de plebe, aut monachis elemosynam quidem nullam faciunt, eorum verò vitam accusant & lacerant, quod otiosi sint, quod incipiam fingant, quod pauperiem ostentent, cùm opes vilipallio legant. Istos ergo linguae parcioris, manu effusiores vellem. Ipsi nihil boni agunt, alijs quæ volunt, crimina offingunt.

[Nam Deus dixit. Honora patrem tuum & matrem tuam: vos autem dicitis,] & cetera. Valde nos attende parentes coræ hæc cogunt, quam Deus religionem probet. Neque mendata enim parentibus fraudatis obsequio delito, filiorum dona suscepit.

in templum conserti placet. Neque tamen contraria his illa sunt præcepta de perfectione Euangelica sestända, parentibus neglectis pro Christo. Aliud enim est amare patrem aut matrem plusquam Christum, quod Christiano indignum est, cum veritatem parentis noster Deus sit: aliquid pro specie religionis necessitatibus parentum, devotionem seu potius libidine propriam anteponere in ergando argento, aut impendendo obsequio: quod nefas esse lex naturalis & diuina demonstrat. Quod si parentes non egerint, eorum consuetudinem deliciasque propter Christi crucem relinquere, nequaquam eos fraudare est, sed cælestem vitam terrenæ anteponere gloriolæ. Nam quod longænum faturum docet Deus eum, qui parentes pie concuerit, indicat planè quod est consideratione dignissimum, eos infeliciter hac etiam vita luce viros, qui erga parentes duri inobsequentesque fuerint. Quid de iis sentire par est, qui sceleratè etiam vel dishonestant, vel pulsant maledictis atque conuitijs? Nempe supplicio affici necesse est & infami & sœuo: sapientis est non mea sententia. [Oculum qui sublannat Patrem, & qui despicit partum matris suæ, effodianc eum coru de torrentibus, & comedant eum filii aquilæ.] In crucem aut potius furcam agi tales prædicti: vbi oculos coru voraces eruunt suspen-

Proh. 30.

3. Reg. 18.

sis, impietatis in parentes iustissimi vindices. Nonne is exitus Absalonis fuit, qui sceleratas manus in patrem armavit, atque in ipso prælio fuit ipse capillis, quoniam funes alij deerant, suspensus in queru, meritas impietatis suæ poenas dedit? Attendite vobis, quicunque hic estis filii, attendite, quæcumque estis filiæ: patri & matri honorem omnem deferre, dicto audientes estote, senectam confouete parentum, si egerint, benignè, hilarieturque succurrite. Si in eorum adhuc estis potestate, omnibus modis obedite iubentibus. Neque verbis tantum pietas constet: sed omni ope & opera, quæ fuerint opportuna, præstate. [Sic & vita præsentis, ut Paulus docuit, mercedem à Deo habebitis, & futuræ.] Quia in re Platonis est admiranda sententia, qui instar numinis parentes esse collendos censet. [Cuius ergo (inquit) pater aut mater, vel

1. Tim. 4.

Plato de legibus. Dia-log. 11.

horum

horum parentes senio confecti quasi thesaurus quidam domi iacent, is putet nunquam aliud sibi tale simulachrum magisque efficax domui suæ assuturum, si rectè, ut decet, ab eo colitur.] Et mox: [Apertissimum est à Diis preces parētū aduersus filios exaudiri: Nihil enim imprecatione patre tis non iniuria perniciosius filio. Et cùm latiores bona filijs precantur, exaudiri eos similiter existimare debemus.] Et tandem: [Nullam magis honorandum simulachrū, quam parentes: quibus honoratis Deus gaudet.] Ergo si divinas literas minùs vereinur, has Platonicas saltem erubescamus.

Sed, ut ad Pharisæicæ vel ignorantia vel malitia confutationem reuertamur, illa eos sententia Dominus iugulat. [Non quod intrat in os, coquinat hominem, sed quod de ore procedit.] Hic quoque cùm hæreticis res est, qui ciborum delectum à sancta Ecclesia religiosè ex omni antiquitate inductum, ieuniaque stata, falla interpretatione huius Euangelicæ sententia euertere contendunt. Nescio vtrum magis mirer, hominum ne impudentiam incredibilem, an imperitiam singularem. Etenim, si nihil referre ad conscientiam inquinandam, quidvis, & quoquo modo, & quandoeunque vesci, Christus docere vellet, quid (quælo) tantopere alias exhortaretur? [Attendite, ne grauentur corda vestra in crapula & ebrietate.] Quid ipse tam longa ieunia servasset, & suis aliquando seruanda monuissest? Quid Ioannem Baptistam de abstinentia mirifica collaudasset? An putamus gulæ habenas laxare voluisse, qui sciret Esau propter vnam escam perdidisse primogenita sua, vt Paulus loquitur? Num ingluviem sibi laudandam & asserendam Euangelicæ perfectionis magistrum assumpisse putamus? Quàm stultum id, imò verò quàm impium & nefarium? Ergo verissima Christi sententia est, non cibi naturam perse, neque qualitatem suapte naturâ fortes afferre animo, sed præcepti violati vel contemptu vel negligentia in cibo sumendo, id demum contaminare conscientiam. Primi quidem nostri generis parentes &c se & posteros perdidere, pomo gustato vetito: non quod in eo fructu quippiam esset flagitijs aut labis, sed quod im-

3. Quo pa-
tto cibis cō-
scientiam,

Luc. 21.

Matt. 9.

Marc. 11.

Hebr. 12.

rio Dei obsequentes minimè fuere. Ipsi sordida turpisque
cupiditas immoderata exquisitiavi vetiti cibi, ipsa vo-
randi libido inquinat, sordidatque conscientiam, non cibi

Aug. li. 10. Aug. lvi. 31. qualitas & natura. Quamobrem sapienter Augustinus di-
cebat: [Non ego iminunditiam oblonij timeo, sed immu-
nitiam cupiditatis.] Quam ille tantus pater frānando ac

castigando dia, ad eam animi patitatem peruenierat, vt fa-
tetur se iam sic alimenta quasi medicamenta sumpturum
accedere: quæ est plane virijustius, quam gastrimarchiam
sancti Patres appellant, perfecta victoria. Eadem est fa-

Cone. Trid. sess. 25. cris canonibus Patrum expressa sententia de cibi libidine

de ci fallat: qui non ieunat, quod Ecclesia præcipit, vel quod
borum dele- ex professione aut voto suscepit, locum sibi sciat cum diui-

ctu. dist. 41. te epulone apud inferos paratum: qui carnis vescitur
c. quisquis. sine iniusta necessitate, ardebit vna cum illo: qui eas delis-
& c. delitia. cias adhibet gulæ, quibus inflammat scit certò libidinem.
& flagitia multa patrari, cruciatum ignis æterni certum
expediet. Tametsi enim ingluvies per se lethalis non sit
est tamen sine dubio mortifera, cum lethalibus peccatis
administrat alimentum. Neque enim sine causa scriptum

Exod. 32. est: [Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt
ludere.] Quem Iesum idolatriam interpretatur beatus

x. Cor. 10. Apostolus. Summa proinde Christi dictorum de cibi sum-
ptione èòredit, vt non in externa mundicie vel sordibus, sed
in interna affectione vel parvel impura conscientiæ laudé
vitiumve ponamus.

4. In eos qui scandala præbent. Quæ cùm ita sint, merito Christus scandalum ex cælesti
doctrina à Pharisæis arreptum contemnendum existimauit.
Discipuli quidem cōmoti nō nihil, præceptoris dixerunt: [Scis
quia Pharisæi, auditò hoc verbo, scandalizati sunt?] Ille re-
spondit: [Sinite eos, cæci sunt, & ducas cæcorum.] Duplex
scandali genus definiunt Theologi: vnum vocant passinum
& acceptum, quod nulla culpa agentis incurrit, atque hoc
esse contemnendum: alterum actuum & datum, quod ex
facto dictove minus modesto & cauto consequitur, idq; esse
vitandum merito disputant. In priore genere prædicatio
Crucis fuit, quam scandalum fuisse Iudeis, Paulus dicit,

neque

neque propterea tamen omitti debuit. [Vtilius enim scandalum nasci permitti, quām veritatem prætermitti,] Greg. lib. 1.
 rī est sententia notissima. At in posteriori genere nequaquam in Ezechiel,
 dīsimulandum est, cūm fratrī caput ob tuum vel factum homil. 7.
 veldictum periclitatur, cūm excusare atque auertere eius-
 modi occasionem licet. Id fuit Paulus adeo certum, ut affir-
 maret: [Si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in aeternum.] Et de manducante idolothyta severè
 præcipit: [Noli cibō tuo illoro perdere, pro quo Christus mortuus est.] Quod si in ijs, quæ naturā sua mala non sunt,
 propter speciem tanten, ne imbecillitas ignorantium offendatur, ea cautio tēnenda præcipitur: quid erit de ijs, qui aper-
 tis flagitiis oculos animosque infirmos ad similem lapsum impellunt, vel certè status sui atque ordinis contemptum pariunt, notamque non mediocrem inuarent? Dicis qui-
 dem antiquam legem tulit, qua prohibet [ne coram cæco offendiculum ponas,] cumque ratio condemnat, qui pue-
 teum in via fudit, nec puteale tamen opponit. Quod si quis scandalizauerit parvulum quempiam, eum mola asinaria collo alligata in mare deimergi, Euangeliū latius esse di-
 cit. Nonne opportūne & nos exclamabimus hoc loco: [Vx mundo à scandalis,] cūm videamus tot esse Satanæ ministros, quorum munus sit infirmas animas capere veluti la-
 queo, captasque prædari? Sunt enim innumeri, qui castas alioqui virgines ad nefarios concubitus solicitant artibus exquisitis. Quod autem prætexunt futuras nuptias, sce-
 lus est non ferendum. Neque enim matrimonia per for-
 nicationes quærenda sunt, [neque malavillo modo facien-
 da, ut eveniant bona,] si Paulus quidem assentimur. Imo ve-
 ro, quia dissentire sine fiduciā iactura non possumus, severè
 aperteque testamur, vocem esse hæreticam, cuiusmodi con-
 ciliata fornicationem spes futuri matrimonij à crimine li-
 berari. Qui asserat non esse peccatum virginem eo animo
 vitiare, ut mox ad coniugium perueniatur, eum scitote, si
 ex animo ita sentiat, hæreticum esse. Totum igitur hoc ge-
 nus conciliandi nuptias per flagitiosos amores, incestuosos-
 que concubitus, sceleratum est, à Christiana gente, ut pestis
 certissima, extermindum. Infaustæ sunt & male contracte-
 plerunque

Greg. lib. 1.
in Ezechiel.

1. Cor. 8.

Levit. 19.

Matth. 18.

Cor. Trid.

Roman. 3.

302 Fer. III. Post Dom. III. Quadr.

plerunque eiusmodi nuptiæ: quæ pudicitiam, ut inueniret maritum, prodidit, hanc non immixtò prudituram aliquando timete, ut inueniat adulterum. Nam cuipudicitia honoratus non fuit, ei ego etiam vilem futuram puto coningii fidem. Minatur prosector Deus per os Olce Prophetæ: [Fornicabuntur filiæ vestræ, & sponsæ vestræ adulteræ erunt: & non visitabo super filias vestras, cum fuerint fornicatæ, & super sponsas vestras cum fuerint adulteratæ, quia ipsi cum metrictibus conuertabantur, & cum effeminitatis facilius erat: & populus non intelligens vapulabit.] Evidem iam dudu mihi persuasum habeo, pœnam esse peccati, quod in tot flagitijs permulti versentur, eò iam rem deductam, ut eiusmodi impuram & turpem conciliandi nuptias rationem & probent, & autoritatē sua tueantur, qui se & nobiles, & sapientes habent volunt. Sed res est omnino detestanda, quam faciunt, Rempublicā grauissimè vexant ac labefactāt: Deūq; magnopere commouent, ut iracundia iustissima in tales mores desauiat. Parcite igitur vobis, parcite ciuitati vestræ, ac modestè caste q; vestra omnia, ut Christianos decet, peragite.

*In duces cacos & pa-
stores inc-
ptos.* [Cæcus autem sic & co ducatum præstet, ambo insoueiam cadunt.] Apostolus Paulus scribens ad Romanos in eos insuetior, qui se magistros haberi volunt, cum factis precepta destruant. [Confidis (inquit) te ipsum ducem esse cæcorum,

Roman. 2. lumen eorum, qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiæ & veritatis in lege.] Horū quāta vituperatio sit, mox declarat. [Qui ergo alium doces, te ipsum non doces, qui prædictas non sustandum, furaris? Qui in lege gloriariis, per prævaricationē legis Deum inhonoras.] Vereor equidem, ne cōplures eisimo di hodie Magistri simus, ducesq; cæcorū ipsi cæci. Ceterè illud est non leue indicū, q; libet & facile aliorū magisteria præfecturasq; suscipimus, vel potius ambimus & querimus. Nam qui, ea quāta sit res, probè norunt, atq; in alijs dictādis quæ occurrant pericula expendunt, recusant, nimirū, Principatum cathedralē & tribunal valere iubēt. Moyses vix Dei

*Exod. 3. monitis acquiescit, ut populi principatum sumat. Hieremias
Hierem. 1. se infanteū clamat, neque ad docendum idoneum. Saul cum
2. Reg. 10. saperet, se domi abdidit, ne regno præficeretur. Salomon Rex
inunctus*

inunctus diuino consilio, tamen imparem se regno sentiens, sapientiam poscit à Deo. Quid de sanctis Patribus dicam: 3. Reg. 3. Gregorio magno, Ambroso, Augustino, Ioanne Chrysostomo: quorum fuga & tergiuersatio & lachrymæ atque extrema propemodū dixerim desperatio in subeundo onere sacerdotij, ipsorum literis testata posteris sunt? Scribit plane beatus Papa Gregorius plerosq; cū gradu vitæ moresq; mutare, Greg. lib. 6. & ambitione & libidine cæcos fieri: itaq; hæc ipsa Saluato- expos. in 1. ris verba proferēs, ait: [Superbi Pharisæi ab ipsa veritate cæci nominātur: finite eos, cæci sunt, & duces cæcotū. Quæ vtrique cæcitas specialiter libidinosis adscribitur: qd nulla sunt virtus, quæ spissiores tenebras mœti ingerat, quam libido. At nunc plerosq; videas stetisse clericos, sacerdotes corruisse.] Hæc Gregorius. Nos verò, qui nihil sapimus, qui vitiorū mole premimur, cathedras amplas cogitamus, de præfecturis sape contendimus. Heu mores seculi miseri penè despératos. Qui indigni sunt, ambient: qui digni, recusant. Et cum debet ret his vis afferri, illos disciplina coercere, quos pudor non cohibet: cōtra omnino videmus accidere, ut boni cōtemnatur & lateant, inepti & ambitiosi & fraudulentii in altissimo gradu ponantur. Nā quid est, qd tantopere duces fieri aliorum homines cupiunt? Nēpe cæci sunt, nec se ipsos cognoscunt, neque alios: & se subinde perdere & alios parat. Viderint Epi, quibus sacros ordines præbeat, quos nā presbyteros faciant, certe indoctos, certe ineptos, penè idiotas multos cernimus, cū magno huius ordinis dedecore. [Manus citò nemini im- 1. Tim. 5. posueris (ait magnus Doctor) neq; cōmunicaveris peccatis alienis.] Examinēt prius diligenter: Cōcilij Tridētinileges sa Conc. Trid. luitares ac necessariæ nullo modo prætermittendas sibi arbit- sess. 23. & trētetur, reddituri se uero iudici ac Principi magno pastorū ra- cap. 3. vñq; tionē, quos nā præfecerint dominico gregi. Meminerint ab ad 17. Olea dictū: [Quia tu scientia repulisti, repellā & ego te, ne sa Osee 4. cerdotio fungaris mihi.] Quid de ijs dicam, qui confessiones audiunt, nec tam aliena peccata soluunt, quā sua cumulant? homines sape imperiti, festinantes in re maximè feria, abutentes temporū summa corruptione, [qui vivificant animas iuxta Prophetam, quæ nō vivunt.] Viderint Principes, vide Ezech. 13. rint summi consiliarij & senatores, quos iudices conscientijs suis

suis legant, viderint qui impeditas & implicatas rationes contra cœcum negotiorumque habent, à quibus sibi expeditir velint suos nodos. Etenim [Christi sermo (ut Augustinus optimè dixit) terret non solum cœcum ducentem, sed bus c. 10. in etiam cœcum sequentem. Neque enim (ait) cadit infoueam tom. 9. ducens, & non cadit sequens: sed cœcus cœcum ducens, ambo infoueam cadunt.]

Evidem existimo verum esse, quod Ezechiel dixit de plerisque horum, qui duces sibi cœcos querunt: & hos errare, & illos errore ducisse malle. [Propheta (inquit) cum deciperit, ego Dominus decepi prophetam illum. Interrogant immunditiam amantes; & ego (inqsitus) respondebo in immunditia.] Non est exigua Reipublicæ Christianæ pernicies hæc; [Cœci sunt & duces cœcorum.] Finire est animus, si prius apogrum vel fabellam vobis narro: sed apogrum plenum sapientiaz diuinis literis traditum. Ligna olim sylvestria quæsisse sibi Regem referuntur: cumque præcipua adiissent, ijsque vltro imperium deferrent, repulsa sunt, ab oleum nempe, à fico, à vite; suis videlicet fructibus impensè bonis operam dare malebant, quam inutili sylva imperare. Quid igitur consilij lignis ad Rhamnum, hoc est spinam se conferunt, fasces imperij offerunt: accipit illa & libenter & citè, seque regnandi gloria elatam sequi iubet ligna subiecta. Cumque in ignem se coniecerit, & se ynâ & ligna cætera eadem flamma consumpsit. Vtinam qui modò præfunt, tales ne sint. Etenim arbores fractuosas atque præcipuas imperium magis detrectare certum est. Qui facile amplectitur, ne is & se & sibi subiectos perditum eat, exemplo verec formidare debemus. Pastores potius tribuat omnipotens populo suo, ut pollicitus est, iuxta cor suum, qui viam cœlestis patriæ, & ipsi teneant, & alijs fœliciter ostendant.

Hinc. 30. *Si quis omnes fratres tuos dereliquerit, sed non fratrem tuum, qui viam cœlestis patriæ, & ipsi teneant, & alijs fœliciter ostendant.*

FERIA

FERIA QVIN-
TA POST DOMINI-
CAM TERTIAM.

Intrauit Iesus in domum Simonis: socrus au-
tem Simonis tenebatur magnis febribus.

Luc. 4.

SALVATOR noster Iesus Christus ita vir-
ginitatis altiore gradū ornauit & sustulit, ut honorasse
matrimonij tamen statū minimē despicerit, matrimo-
quin potius & decorarit insigniter, & nouo niū, sed celi
gratiae munere cumularit. Eam ob rem batum p̄-
cūm ipse nuptijs, que in Cana oppido Galilæe celebratæ
sunt, interesse voluit, tum principem Ecclesiæ suæ elegit
Petrum coniugatum, quippe cuius in hodierno Evangelio
socrum legamus. Quo exemplo in ipsis ineuntis Ecclesiæ
primordijs frequens visitatumque fuit ex coniugio assume-
re plerosque Episcopos atque presbyteros, quos consta-
bat & easdos esse, & se familiamque suam recte gessisse.
Id similiter volant illa Apostolica Instituta; [Opor-
tet Episcopum irreprehensibilem esse vinis uxoris vitum.] 1. Timot. 3.
& alias, [Filios habentem fideles, non in accusatione luxu-
ritate aut non subditos.] Enim uero id ita intelligendum est, ut
nullo pacto tamen existimemus, Episcopos aut presbyteros
eo tempore in coniugij adhuc opera permanuisse, ut, scili-
cer, dare operam liberis pergerent, uxoribus ve coniugiata-
met si Græci plerique & olim in ea sententia versati sint, & Gratian. d.
hodierno etiam tempore non solum opinione, verum facto 56.c. Cæno
quoque perseverant, simul ordini sacratissimo, simul matri- manensem.
monij legibus interuenientes: quod à Romanæ Ecclesiæ & vnu & d. 31. in
& sententia abest plurimum, quicquid Gratianus & quidam ipso initio.
alij senserint. At Petrum quidem coniugatum fuisse sci-
mus, cum socrum habuisse legamus: sed coniugio vnum,

postquam sequitur eū Christum, neque legimus, nequē
verisimile creditus. Quin potius, si bene sensum Scripturā

Matth. 19. tenemus, vxorem reliquisse probabimus. Ille enim Christum ita allocutus est: Ecce nos reliquimus omnia: quid ergo erit nobis?] Qui si vxorem non reliquerat, sed retinebat vsu adhuc, certe non omnia reliquerat: ut prætermittam, quod in vsu coniugij manentem impossibile erat fortunis omnibus, reque ipsa familiariter penitus exxi. Atque cum fuisse Petri sensum, nisi ego fallor, Christi ipsa verba declarant.

Luce. 18. Vestigio quispe respondit. [Amen dico vobis, nemo est, qui reliquit domum, aut parentes, aut fratres, aut vxorem, aut filios propter regnum Dei, & non recipiat multò plura in hoc tempore; & in sæculo venturo vitam æternam. Inter cetera ab Apostolis relicta etiam vxoris mentio fit à Matthæo, & Luca, tametsi Marcus de ceteris dices, de uxore tacuerit. Itaque Petrus omnia à se relicta asserenti Dominus etiam uxoris mentione facta, eius quoque rei præmium pollicitus est. Neque vero perfecit Christum aliter sequi, aut Petrus poterat, aut potest, quisquam, si modò Paulus vera locutus est, cum in hac causa pronuntias sis:] Qui sine uxore est, sollicitus est, quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, & diuisus est.] Cum requirat igitur perfecitum Dei obsequium gradus sublimis sacerdotij noui & æterni testamenti, nequaquam fationi consentaneum videri potest, Apostolos facultatem tribuisse presbyteris, & Episcopis matrimonij vium retinendi, atque adeo diuisam vitam, ut Paulus loquitur, agendi inter Deum & sæculum, curis varijs distenti, ut cogarentur uxoris affectione, & necessitatibus sacerdribus à religioso habitu sape reuocari, ac negotijs coniugalibus inferuire. Contrà sane præcepit Apostolus, Nemo militans Deo, implicatus negotijs sacerdribus, ut ei placeat, cuius probauit.] Denique matrimonium quidem est honestum & sanctum, sed illius usus nullo modo decet Christi Ecclesiæque sacros ministros.

2. Timo. 2. Lex continentia (ait Leo) eadem est altaris ministris; quæ Episcopis atque presbyteris, qui cum essent laici, siue lectores, licet & uxores ducere, & filios protegare pertuerunt,

Lea. epist. 90. cap. 3. Episcopis atque presbyteris, qui cum essent laici, siue lectores, licet & uxores ducere, & filios protegare per-

tuerunt, sed cum ad predictos pervenerunt gradus, caput
eis non licere, quod licuit.] Eadem sententia statuitur per
plura capita illius distincte. & ex alijs multis constat, pre-
sertim ex Epist. 2. Siricij ad Himerium. De quare commemora-
re complures antiquosque Patrum canones supersedeo,
quod & res est nota, & Ecclesia Romanae filii minimè in
controversia posita.

Iam vero, si vult ipse coniugij per se quidem honestus
& bonus, tamen in ministerio Ecclesie non ferendus, quid
dicam de ijs, qui sacerdotium suum libidinum & fornicati-
onum sordibus pollunt? quis in eos inuehi satis potest,
qui sacrum ornatissimumque, atque ipsis quodammodo An-
gelis gradem superiorem vitæ turpedine flagitiisque com-
maculant? Dici non potest, quam istos acerbè & infestè
Deus accipiat, de quorum in se iniurijs & ignominia graui-
sic queritur: [Et violabunt arcaneum meum, & introi-
bunt in illud emissarij, & contaminabunt illud.] Emissa-
rios vocat impudicos istos, quasi nihil aliud operis haben-
tes, quam fœminis copulari, & instar equorum turpi-
tudini inseruire, à quibus propterea arcanum suum viola-
rum deplorat, & contaminata sancta sanctorum. Abime-
lech quidem ex Davide quæsitus, an se continuisset ipse 1. Reg. 21.
similiter ac socij ab uxorio opere, ut panem illum altari su-
blatum edendum tradetet. Qui panem cælestem sum-
pturus est, qui est panis viuus, nonne oportebit purum
atque ab omni flagitiis labe purgatissimum venire? Et
Augustinus testatur, & complures Patrum canones con-
firmant, in more fruisci illis temporibus optimis, si quis
quam in criminis fornicationis vel semel deprehensis fo-
ret, cum perpetuo à celebrando mysterio altaris relegaret
[Cubilia (ait ille) & impudicitia tam magnum crimine putan-
tur, ut nemo dignus, non modo Ecclesiastico ministerio, sed
ipsa etiam sacramentorum communione videatur, qui se isto
peccato maculauerit. Et recte omnino.] Ita Augustinus hodie
plurima cognoscuntur stupra eorum, quos vniuersa Ecclesia
celebrantes videt. Quis ergo ad tanta Ecclesiastica disciplina
perturbationem non vehementer vel doleat vel indignetur?
Quis ferat non fornicatione solùm semel ac bis ac sapientis

Ezech. 7.

1. Reg. 21.

August. in

Epist. 64.

pollutos, sed in ipso concubinatu non obscurè hærentes rem diuinam facere, ijs manib[us] paucem illum super angelicum contrebare, quibus quotidie pellicem sè dissimam complectuntur? quo ore scòrtum exosculantur, eodem diuinaverba usurpare. Quid non iræ cælestis fulmen metuimus in tanta nostra fæditate, in tantis in Deum facerdotum offendibus, sed de his aliâs fortassis conqueremur vberius. Ad Petri causam redeamus.

2. Febrē spi- [Socrus (inquit) Petri tenebatur magnis febribus.]
ritualē esse Optabat lanè sancta illa matronatanto hospiti in suam domum ingredienti obsequium præstare posse, si non prodigitate illius, at certè pro sua facultate. Impediri verò se febri, id nempe dolebat magis, quam molestia tahta affici, Christus autem non se tam querere obsequium, quam beneficium conferre velle, ipso suo ingressu demonstrauit: itaque illius salutem ministerio necessario restituit. Non decrant planè Angeli, qui ministrarent, domū tamen adit fœminæ non admodum locupletis, & morbo admodum laborantis, vt obsequium suum illius potius esset beneficium. [Deus meus es tu, q[uo]d ea bonorum meorum non indiges.] [Egenus tamen pro nobis factus est, vt nos inopia sua diuites ficeret.] Mihi verò venit in mecenti cuiusdam grauissimæ febris, quam plerique mortalium patimur, ardenter (inquam) concupiscentiam, quæ hominem tam male habet, vt eum conquiescere nullo modo sinat, sed instar æ gri sœna febri correpti, huc iacet atque illuc, ubique diuexet, siti conficiat, denique æsteanti ac furenti ipsum vsum mentis eripiat, ac nihil nisi insaniæ patiatur, Ambrosius ea de re sic scribit.

Ambros. 4. lib. in Lu- [In typo mulieris illius socii Simonis & Andreæ varijs criminum febribus caro nostralanguebat, & diuersarum cupiditatium iræ modicis æstuabat affectibus. Nec minorem se brem amoris esse dixerim, quam caloris. Itaque illa animum febris, hæc corpus inflamat. Febris enim nostra, auaritia est, febris nostra, libido est, eò quod dignitæ sint cupiditates. Vnde & Apołolus ait, si non se continent, nebant: melius enim est nubere, quam viri.] De hac pestifera febre Iacobus dicit: [Inflamat rotâ nativitatis nostræ inflamata à gehenna.]

Jacob. 3. Gehennæ

Gehennæ flammam concupiscentiam appellandam censuit, quod verè tartareus ille ignis sit, quem animis hominum admoet, idque sèpè linguae ope, quod idcirco vitiū linguae inter cætera alia tribuit, quod plerunque homines irretiantur capianturque libidinem excitante lenocinio sermonis. Quam gehennæ flammam appellat Iacobus, hanc sacer *Iob. 31.* Job. ignem nominat usque ad perditionem deuorātem, & omnia eradicantem genitina. Concupiscentiam carnis talē esse voluit intelligi, quæ cuncta demoliat, atque cuertat: qua qui tenentur, eos Christum medicum si adire per se nō possunt, Petri atque Apostolorum respectu ad se vocare ne prætermittant. Aderit bonus ac benignus salutis nostræ amator & custos, neque inuisere pigebit ægrotos. Neque verò magnis nostris expensis, neque acerbis ac diuturnis medicamentis sanari nos oportebit. Imperio illius cuncta subduntur.

Itaque adiungit. [Et stans super illam, imperauit febri.] Beatus quidem August. sententiam quorundam recitat, qui etiam rebus inanimis sensuque carentibus atque substantia, Angelos proprios diuinitus præpositos esse censiere, ut febri, ut fami, ut pesti, & cæteris talibus, quæ ab illis spiritibus administrarentur pro diuini consilij nata, vel in bonum vel in malum humanæ creaturæ. Horum erat explicatio Scripturæ ea, ut cùm narrat Deum vel febri imperasse, vel fami, intelligeretur eos spiritus alloqui, qui earum rerum munus administrarent. Ita illud in Psalmo positum accipi volunt: [Et vocavit famam super terram.] Ita hoc ipsum, quod versa mus modo, [imperauit febri.] Quid est ergo (ait August.) vocavit famam? An fortè ista mala quæ patiuntur homines, habent quosdam præpositos suos Angelos malos? Nà & in alio Psalmo dicit, Immissione per Angelos malos Deum homines afflixisse. In qua questione illud est certum, hasce naturas corporatas, vel potius corporum afflictiones Angelorum ministerio regi: Angelorum (inquam) bonorum, interdu etiā pessimorum, qui ad vindictam disinitus perniciem affere hominibus earum rerum perturbatione faciuntur, ut cùm tēpestates ingruunt, aut pestilentia grassatur, aut sterilitas vastat omnia, id quod David de plagiis illis Pharaoni, totique Ägypto datis sentire videtur illis verbis: Misit in eos iram *Psal. 77.* indigna-

*3. Quid sit
Christum fe
bri impera
re,
August. in
Psal. 104.*

Psal. 104.

indignationis suæ indignationem & iram & tribulationem, immissiones per Angelos malos. [Sunt enim spiritus isti ne quam tanquam diuinæ iustitiæ ministri, carnifices, ac tortores. Nec dissimile est, quod alius Psalmus habet. [Spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius.] Tempestatum, Nimborum, turbinumque farorem spiritibus nimis attribuit, qui Dei imperia exequuntur. Quamobrem Ecclesiam sanctam ceraimus ut isolere exorcismis ad sedandas eiusmodi tempestates, in quibus & preces continentur in Deum supplices, & iussa quædam execratione que in spiritus illos sceleratos generi hominum infestissimos, atq; in nomine Christi imperat potestate mirifica Ecclesia nubibus, mari, ventis, harum rerum praesides compescere volens, ne noceant fidibus. Quæ sane ex veteri disciplina consuetudo & laudanda est, & opportunè usurpanda, cum urget calamitas: atque in eam rem sacras ceras, & lumina, & palmas siue oliuas ritè sacratas adhibere, plenum est & religionis & utilitatis. Tametsi enim elementa ipsa nihil sentiant, sentiunt tamen certi spiritus illi qui ea commouent, vim ecclesiastici imperij, & plebis Christi fidem summopere reformidant. Dedit enim Iesus Christus potestatem mirabilem calcandi super scorpios & serpentes. Itaque imperare possunt, in Christi nomine ministri præsertim Ecclesiae sacro oleo delibuti, neque ullo modo, nisi fides desit, dæmones imperia delata detrectant. Aliquando vero eiusmodi calamitates & infortunia per sanctos Angelos administrantur, ut in subuersione Sodomæ &

Geneſ. 19. Gomorræ Scriptura narrat: tū in clade exercitus Assyrij, cū *4. Reg. 18.* vna nocte centū octoginta quinque millia gladio Dei cōcisi sunt. Belli quoque, & famis, & pestilentia: cū optio esset *2. Reg. 24.* oblata Davidi, isque pestem maluisse, Angelum Dei stricto mucrone ferientem vidisse legitur, atque ita precatus Deum: [Dic Angelo percutienti ut cesset.] Quod si homines pīj vel dæmonibus imperare possunt, vel precari sanctos Angelos, ut perniciem, quam afferunt hominibus, auertant, quanto id Christus Deus, eorumque omnium author atque opifex maiori iure agere potuit, ut impetrans febri, eum ministrum admoneret imperio, cuius opera febris excitabatur. Quæ quanuis improbare cordi non sit,

tamen

tamen quod ad præsentem attinet locum , videtur mihi fa-
cilius & melior Hieronymis sententia dicentis : [Ex hoc lo- Hieronym.
co intelligimus, quod omnes creaturæ sentiant creatorem: in cap. 8.
non errore hæreticorum, qui omnia putant animantia , sed Matthæi
maiestate conditoris, quæ apud nos insensibilia sunt, illi sen-
sibilia sunt] Hoc magis etiam Augustinus probat , tametsi
creatüræ inanimæ nihil sentiant, Dei tamen imperium om-
nia sentire, quemadmodum Apostolus dicit, [Deum vocare Rom. 4.
ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt,] Nulli enim vigo-
rem habent alium, nullam vim, nisi diuinitus communicatam
res omnes: quare Deo subtrahente operationem , protinus
concidunt, Deo præstante, illico vigent. Nutui ergo diuinæ
potestatis obtemperant.

Sequitur, [Et surgens ministrabat illis .] Admirabilis est 4. Salutent
cœlestis imperij vis. Imperauit ventis & mari sauenti , & receptā ope-
continuò facta est tranquillitas magna. Imperauit febri inflārum studio
matræ, atque omnes corporis humani medullas incendio de- demōstrari.
ustanti: subitò versa est in placidum quandam vegetum
que artuum omnium habitum, ossibus nervisque ita non mo-
dò refrigeratis , sed confirmatis sanitatem & robore maxi-
mo, ut exiliret è lecto , & iuuenili alacritate impigra ad
reddenda hospiti desiderata obsequia matrona consolaret.
Neque contenta mediocri officio , omnibus Christi disci-
pulis ministrabat. Quæ erat beatæ illius matronæ deuotio?
quæ Petri gloria, socrum Christo famulari studiose cernen-
tis? quæ cæterorum collegarum gratulatio ? quæ lætitia?
quanta domus vniuersæ felicitas ? quam iucunda omnium Psal. 144.
confabulatio? [Quoniam suavis est Dominus, & omnia ope- Psalm. 32.
ra eius in fide.] At tu, Christiane auditor , qui febrem pesti-
lentem cupidinis passus es, si à Christo es vocatus , si saluti
reditus, si morbo lethali absolutus , signa sanitatis ostendes: surrexit Petri socrus è lecto , in quo iacebat: tum Chri-
sto, Christique discipulis ministrabat Duo, nimirum , sunt
quæ salutem & adeptam probant, & probatain conseruant.
[Recede (inquit) à malo, & fac bonum.] Pristinam consuetu- Psal. 33.
dinē depone, nouis meritis stude. Vis videre vtrūq; Apostoli Ephes. 4.
ca autoritate cōmēdatū? [Qui surabatur (ait) iā nō suretur.]
En prius illud: quid alterum.] Magis autem laboret operan-

do manibus suis, ut tribuat necessitatem patientibus.] Ergo non sat est non furari, nisi etiam vetera farta nouis eleemosynis compenses. *Zachæum specta, Christo dicentem:* [Dimidium bonorum meorum do pauperibus, & si quem defraudaueri, reddo quadruplum.] Meritò cælestis medicus pronuntiat. [Hodie salus facta est domui huic]. [Sicut exhibuistis (inquit) membra vestra seruire iustitiae ad iniuriam, ita nunc exhibete seruire iustitiae in sanctificationem.] Qui vero è lecto quidem surgere videntur, sed alijs non ministrant, valitudinarij adhuc lunt, plenam salutem minimè consit uti. Laborent ergo, si volunt sanari perfectè. Neque sint contenti confessione peccati, nisi etiam nouis magnisque satisfactoriis & meritis veteres maculas eluant. Redibit, mihi credite, febris, recidet morbus, nisi diligenter iustitiae, pietatis, deuotionisque opera exerceatis.

FERIA SEXTA POST DOMINICAM TERTIAM, CONCIO PRIMA.

Venit Iesus in ciuitatem Samaria, quæ dicitur Sichar. *Ioan. 4.*

1. Christi
verbum om-
nibus impar-
tiendum.



ODIERNA Evangelica lectio & prolixia est, & magnis plena mysterijs, quæ cù haud una concione, ac ne multis quidem explicari satis possint, consilijs credo erit minimè inerti à capite exordiri, atque in ijs tantisper insisterre, quæ hora concesserit. Reliqua in aliud tempus differentur, vel certè melioribus, peritioribusque tractanda relinquuntur. Ad sit modò nobis Spiritus sancti auxilium, ut Deo non indigna, vobis nō inutiliæ dicamus. [Venit (inquit) in civitatem Samæ-

Samariæ, quæ vocatur Sichar.] Itineris à Christo suscepti
 causam verbis proximè positis Euangelista exposuerat, ita
 scribens. [Ut cognouit Iesus, quia audierunt Pharisæi, quod
 Iesus plures discipulos facit, quam Ioannes (quoniam Ies-
 sus non baptizaret, sed discipuli eius) reliquit Iudeam, &
 abiit iterum in Galilæam. Oportebat autem eum trânsire per
 Samariam.] Igitur causa in Galilæam eundi, deserta Iudea,
 ea fuit, quemadmodum Cyrus etiam docet, ut inuidiam
 dorum declinaret, quam ex suo baptismo & iectatorum
 multitudine excitata animaduerterat. Docet profectò si-
 bi in ministro Euangelico magis probari mansuetudinem,
 quam animositatē, præferrique honestum voluntarium
 que secessum pertinaci contentioni. Cedere enim, cū opus
 est, vitorix genus est, tametsi homines sibi nimis placentes
 secus interpretentur. Paulus ira locum dandum præcipit, Rom. 12.
 nec defensione nostra inimicos perturbandos. Nec diuina
 Christus, quam quæ egit, docuit. [Si vos (ait) persecuti sue-
 rint in una civitate, fugite in alteram.] Simul commutata Ga-
 lilæa Iudea, illud factum Christinos admonet, non esse sem-
 per in eodem loco consistendum præconi Euangelico, neq;
 magnas vrbes frequentissimæ prouincias nunquam de-
 serendas: sed vt omnibus copia fiat verbi Dei, interdum mi-
 nora etiam oppida præferenda. Charitatis fuit Galilæam pe-
 tere, relieta Iudea. Sunt qui concionari nisi in curia aut in
 copiosis certè vrribus non ferant, municipijs tenuioribus
 prædicationis suæ munus impertiendum minimè putant.
 Sed Christi sectator omnia lustrare debet, ac Solis cuiusdā
 instar radios Euangelicæ lucis quoquo versus offerre. Nu-
 bes sanè diuino imperio actæ non solùm magnos ac fertiles
 agros rigant, verùm etiam exigues & tenues: his esse similes
 verbi Dei ministros oportet, si imitari Apostolos velint,
 quos Elaias nubes omnia peruvolantes appellat. Cū diu-
 tius Christum plerque gentes morari contenderent, respō
 debat. [Et alijs civitatibus oportet me Euangelizare.] Nunc Luc. 4.
 verò, an illud Apostolicum usurpari possit cōmodè, nescio.
 [Alius quidem esurit, alius antea ebrius est.] Alicubi præ-
 dicandi copia pene fastidium facit, cū sint interim plurimi
 alias passim, qui miram verbi Dei penuriam patiantur. Pe-
 Matt. 10.
 Esa. 60.
 1. Cor. 11.

tat ergo Iesus aliquando Galilæam, sit Samariæ conuerten-
dæ dandum vel biduum.

2. Quodnam fuerit prædium Ioseph & quo iure Jacob ob- tinentum. [Venit ergo in ciuitatē Samariæ, quæ dicitur Sichar, iuxta prædium, quod dedit Iacob Ioseph filio suo.] Haud superuacanea censenda est sacri historici diligentia in commemo- randis minutè loci notionibus. Nam, ut prætermittā narratio- nis fidei nō mediocriter proficere, certè quod Augustin⁹ fuit mysterij non nihil inesse ipse circuitus verborū indi- cat. Vrbem, quā Sichar appellat Euangeliſta, quamq; Sichē vocari mault Hieronymus, eam plane esse conſtat, quā filij Iacob euerterunt, bello illato Principi & gēti ob perpetra-

Hierony. in epitaphio Paulæ. tum fororis Dinæ stuprum. Prædium autem datum à Iacob Patriarcha filio Ioseph, cuius ad prælens mentio fit, vetus Scriptura commemorat, tum in Genesi; cùm moribundum

Gene. 34. Ita Chrysos. & Theophy lactus. ſenē filijs Iosephi benedixiſſe refert, tum in libro Iofse, vbi ossa Ioseph ex Agypto deportata, & in eo agro sepulta do- cet, quē emerat Iacob à Rege Sichem, vt Genesis etiā liber narrat. Sed illud interim difficile eſt, quonam modo Iacob

Gen. 48. Iou. 24. Gen. 33. Gen. 48. ipſe dicat, testamento velut condito; [Do tibi (Ioseph filiū alloquebatur) partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo.] Primum eam agri partem centum nouellis ouibus emptam fuſſle Scriptura narrat, atque ita pretio, non armis celsiſſe in possessionem Iacob. Deinde bellum id, quod filij illius, præterim Simeon & Leui, genti Sichem intulere, pater ipſe improbavit, acriter obiurgans audaciam facti. Et quod grauius premit, in

Gen. 49. ultimo testamento eos filios ob id facinus grauiſſime taxat, maleque imprecatur. Sic enim habet. [Simeon & Leui fra- tres vafa iniuitatis bellantia, in consilium eorum non ve- niat anima mea, & in cætu eorum non sit gloria mea, quia in furore ſuo occiderunt virum, & in volentate ſua ſuſſoderūt murum. Maledictus furor eorum, quia pertinax, & indi- gnatio eorum, quia dura.] Verū Scriptura ſibi ipſa mini- mè repugnat, atque hæc conſentiant omnia, quæ diſſidere videntur, modò ordine & reſtè intelligentur. Nam dupli- ci iure obtinuisse Iacob eum agrum, quem legauit Iosepho, tū priore prius, tum bellii iure deinceps, nihil vetat. Illud quo- que bellum, quod gessere filij Iacob aduersus Sichē & Emor &

& vrhem eorum, fuit quidem iustum ex causa propter iniurian
fa tam, Dina inuitis ipsis non modò raptā, & vitiata,
sed etiam retenta nec restituta potestati patris: idem tamen
bellum meritò culpari potuit, cum ob audaciam ac temerari-
tatem, tum maximè ob atrocitatē, & vindicandi nimium
furorem, quippe cùm moderatæ vindictæ excelerint me-
tas. Vtramque culpam pater notavit, illam priorem, recens
auditio facinore: posteriorem in testamento reseruans, ut po-
te graviorem. Fuisse tamen illud bellum iustum, ac iusta ex
causā suceptum, si quis dubitat, facile diuinæ Scripturæ au-
toritate monstramus, quæ sanctam Iudith sic Deum pre-
cantem inducit; [Domine, Deus patris mei Simeon, qui de-
disti illi gladium in defensionem alienigenarum, qui viola-
tores extiterunt in coinquatione sua, & denudauerant
femur virginis in confusione: & dedisti mulieres eorum in
prædam, & filias illorum incaptiuitatem: & omnem præ-
dam in diuisionem sersis tuis, qui zelauerunt zelum tuum,
subueni quælo,] & reliqua. Quibus satis constat, factum Si-
meonis & Lesi iustum, atque ex zelo Dei profectum à san-
cta fœmina Iudith iudicatum, quam spiritu Dei in ea præ-
fertim oratione illustratam non decet in dubium renoca-
re. Quæ propterea paulò altius repetita sunt, quod Ioan-
nes Euangelista mentionem non contentus est facere ciui-
tatis Sichem, sed prædium etiam adiunxit à Iacob datum
Ioseph, & fontem inibi ab eodem Iacob factum. Obiter ani-
maduerti à vobis velim, quām sint diuinæ Scripturæ cōtra-
riæ, incestæ istæ nuptiæ, quæ violatæ prius virginitatis ti-
tulo turpisimo queruntur, ut quod alias fusiis disputauis,
inducatis in animum genus hoc totum connubiorum, ratio-
nemque filias nō ita bene dotatas, venere & cupidine in-
ternuntijs collocandi, si salvi esse velitis, ab vrbe vestra lon-
gissimè exterminandum. Nam, quod ad mysteriū attinet, sci-
tote in eo loco Abraham erexit altare Deo omnipotenti,
tū Iacob semel atq; iterū ex eodem occurrit Melchisedech
summum sacerdotem Abrahā victori, atq; omnibus his cete-
risq; rebus gestis Christū illic fuisse adumbratū significatū-
que, qui & perfectus sacerdos extitit in æternū, & sacrificiū
obtulit omnium gratissimum; quamobrē etiā de adoratiōne

Iudit. 9.

Hiero. de lo-
cis Hebrai-
cis eandem
dicit fuisse
Sichem &
Salem.

Hee ex do-
ctissimo Car-
dinali Tole-
to annotat.
4. in 4. Iaa.

vera.

vera Dei, & de loco & modo adorandi inducta mentio est, ac ipsius demum Christi demonstrata præsentia, religiose quæ ab illa vniuersa vrbe suscepta Saluatoris cognita & explorata maiestas. Itaque ex fonte illo Jacob biberunt nō solum viri, sed & pecora eius: quia secundū altitudinem suę miscordia homines & iumenta saluare voluit, ut propheta te statu^s est.

Psal. 35. 3. *Quantum* [Iesus autem fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontē.] sit beneficium. Hic iam mysteria magna incipere Augustinus admonuit. Mihi, Deum hiverò vel ipsa historia nuda ac simplex pro ingenti mysterio est. Non enim Deo satis visum est fieri hominem, inter homines versari, itinera hominibus queritandis multa capere: sed ea etiam itinera sibi esse molesta voluit, vsque eō ut lassus sitiensq; consistere cogeretur. Magnum plane fuisse beneficium, hominem à Deo vocari: id si Rex in tuis tecum negotijs agat, incredibilis honos atque indulgentia videatur: Deum verò per se venire ad hominem, singularis benignitatis & bonitatis sit, quod Reges ac Principes facere nunquam solent, sed viam & longam & molestam cum summo incommodo, summis laboribus pergere Deum, ut querat hominem proditorem ac perfugam, id iam insanæ propemodum simile appareat. Raphaeli quidem Archangelo,

Tob. 12:

quem esse hominem sui similem mortalem existimabat, Tobias uterque senior & iunior, finita iam peregrinatione, socius fuisse via, negotiisque gesisset eorum, ita gratias egere, ut confirmarent, si se totos illi in servitutem addicerent, non tamen parem fore beneficijs gratiam: simul autem atque esse eum Angelum didicerunt, quem ornabant, tanto sunt miraculo attoniti impensi in se à caelesti spiritu beneficij, ut præ vehementi stupore conciderint. [Si me ipsum tradam, aiebat Tobias iunior, tibi servum, non ero condignus prouidentiae tuæ.] Cùm verò audisset ex illo simul cù patre: [Ego sum Raphael Angelus unus ex septem, qui astamus ante Deum,] tum verò turbati ac trementes conciderunt super terram in faciem suam.

Tob. 9.

Tob. 12.

Heb. 1.

At tu, bone Iesu, [tantò certè melior Angelis es effectus, quanto differentius præ illis nomine hereditasti.] Et illi quidem sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter

pter eos qui hæreditatem capiunt salutis. Tu verò Deus,
cuius thronus in sèculum sèculi, tu rex Angelorum, & vir
ga æquitatis, virga regni tui. Atque Raphael quidem neque
laborabat, neque fatigabatur eundo; tu verò nostra fragili &
imbecilli natura suscepisti, & laboras, & fatigaris, & ludas; &
inflammatus ardore viæ, sitibundus refrigerari desideras.
Itaque sedet sic fatigatus, sic lassus, sic suffulsius sudore, & ve-
xatus sis incedio. Quis non te fatigatum dolenter simul
atque amanter inueatur? Quis vel hominum, vel Angelor-
um non obstupescat ad incredibile diuinæ istius charitatis
spectaculum? Potuerat profectò Deus Angelum mittere
saluti hominum procurandæ; hoc satis, hoc multum erat, ve
nit ipse ipse Deus, sicut per Prophetam dicit: [Quia ecce ego
ipse, qui loquebar, ecce adsum,] atq; idem propheta alias, Esa. 52.
vt Septuaginta, atque antiquissimi Patres legunt. Esa. 63. Et fa-
ctus est eis in salutem ex omni tribulatione eorum: non le-
gatus neque Angelus, sed ipse Dominus saluauit eos, eò
quod diligeret illos, & parceret eis.] O nunquam satis co-
gnitam Dei nostri benignantatem. O profundum charitatis
illius immensa, [in quam demersit iuxta Micheam omnia
peccata nostra. Non legatum (inquit) misit, non Angelum:
ipse venit, ipse suscepit arumnas hominum, eò quod dili-
geret illos. Ecclesia carmen est. [Quærens me sedisti las-
sus, redimisti crucem passus: Tantus labor non sit cassus.]
Peto atque obsecro vos, fratres, hoc carmen animis man-
date, & apud vos intus canite: ac videte, ne vestro virtu-
te frustra laborasse, frustra ludas Christus amator dulci-
simus conqueratur. Nam sicut Beatus Augustinus ait: [Ho-
die fatigat eum inobedientia nostra, fatigat eum infirmitas
nostra.] Augu. serm.
92. de tem-
pore.

I AM verò pudere nos debet socordiæ nostræ ad hoc spe-
ctaculum Christi defatigati. Accusare planè debemus mol-
liciem nostram, qui tam sumus pigri ad laborem, impigri
ad indulgentiam. Iure Chrysostomus in delicias nostras in-
vehitur ex hoc loco: [Christus (inquit) in Samariam acce-
deret, facilem ac deliciosam vitam abiiciens, laboriosam ve-
rò sequens, non subiugalibus utitur, sed ita difficulter ince-
dit, ut ex itinere fatigetur, erudiens nos ita à superfluis alie-
audi.] 4. Exemplo
Christi labo-
res suscipien-
dos.
Chrys. hom.
30. in Ioan.

nos esse, ut multa necessaria abscondamus à nobis.] Quid igitur de scaculī huius moribus dicam, cūm iam pedibus iter sacrē nemo fert, in ipsis urbibus equitant omnes? quid quod equorum iam & mulorum usus parum suavis est? delicati, scilicet, curru sedere, atque ita ferri per vias urbēs, homines volunt. Qui verò homines? senes, credo, & imbecilles, Principes: imò verò iuuenis robustus, & si Deo placet, de communi plebe lectus, dummodò pecuniosior sit, currum sibi subito parari vult, curru vagatur huc illuc desidiosus, ignarus, pene dixerim, fœmina mollior. Utinam non nostram ætatem vaticinium notet. [Effeminati dominabuntur eis.] Adeò molliciem omnem, atque luxuriam ad dignitatem, & principatum facere, stolidi mores interpretantur. Sed scaculares profanique homines valcent, vivant indulgenter ac delicate, vt velint: ministros verò Christi delicias in Euangelio querere, atque animarum salutem suauiter ac sine molestia procurandam sibi putare, id verò ferri non potest. Christus laborat, & fatigatur, & sudat: tu velles easdem merces tam vili emere, vt nihil expendas de tuo? De Christo Propheta scribit. [Pro eo quod labrauit animaeius, videbit & saturabitur: in scientia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multos.] In sudore quidem vultus sui hic secundus Adam cælestis cibum suum acquisivit. Vis scire cibum eius, quo saturatus est? Audi in hodierna lectione Euangelica dicentem; [Meus cibus est ut faciam voluntatem eius, qui misit me, ut perficiam opus eius.] Hoc est autem opus Dei, vt credatis in eum, vt salvatis. Sic plane, sic perficitur opus Dei; sic paratur salus animarum, sic homines eripiuntur è vinculis diaboli, labore, ærumpna, molestijs omnibus pro fide deoratis. An aliter Paulus sentiebat, cūm diceret. [Omnia sustineo propter electos, vt & ipsi salutem consequantur.] At nos aliter certè cogitamus atque agimus. Fructum & quidem copiosum volumus facere concionando, non ieiunando penitentes alios maximè cupimus, ipsi penitentiae pro illis molestias detrectamus. Id, scilicet, causa est, cur tot tantique concionatores, & tamen perexiguis concionum fructus, verbis consequi volumus, quod verbēribus

Ezai. 3.

Ezai. 53.

Gen. 3.

2. Tim. 2.

*Grego. hom.
in Euseb. 37.*

ribus opus est. Quod Christus tam carē emit; vili tibi dare non volt. Nemo sapiens pretiosissimas merces, quas ipse carissime emit, vili alterum habere a quo animo patitur. Atque est omnino verum, quod magnas Gregorius dixit; ad magna præmia perueniri non posse, nisi per magnos labores.

IN EADEM FERIA CONCIO SECVNDA.

Venit mulier Samaritana haurire aquam.

Ioan. 4.



OLENT venatores & aucupes aquarum maximè opportunitatem captare ad tendenda retia: vt cum hauriendæ aquæ feræ atque aues, necessitate premente, confluunt, in casus ignotos citius iincident. Ac Christus quidem more cæterorum viatorū ad fontem quiescendi causa subsedit videbatur: sed occultabat tamen mentem suam, consiliumq; celabat, quasi fatigationis sitique confuleret, qui prædæ capiendæ potius intentus erat. Atque ut artes sapientissimi venatoris non fuisset superuacaneas intelligatis, ecce venit mulier Samaritana ad fontem, ubi ille sedebat, vt hauriret aquam. Hanc ille operiebatur, hanc captabat, ab hac aquam poscebat, vt ipse daret de suo viuam atque cælestem. At indigna præda tanto venatore, tantis ea etiam artibus impar videatur. Quid enim? Vna mulier, eaque Samaritana, vilis seruitute, &c, quod est caput, tam longo ac multiplici pelliculae foddida: eam ne tu prædam à Christo expectatam putes?

i. Quām fit
chara Deo
cuiusvis an-
mæ salus.

illam

illam vel oculos concicere profectò indignum foret: nem-
dum tanta mora & sustinere, & captare, & ad se se magnope
re allicere. Res est, fratres, profunda consideratione dignis-
sima. Etenim illam illam ipsam & sernam & Samaritanam;
& flagitiosam Christus Deus consultò expectauit, collo-
qui dignatus est, magnis mysterijs instruxit, & fastidien-
tem atque auersantem se sustinuit, & notitiam sui imperti-
vit, & omnibus officijs deuinxit, ut faceret suam. Quid hoc
prodigijs est? quid portentum? Nempe cognoscere nos voluit,

Luc. 5.

Matt. 8.

Gene. 18.

3. Reg. 8.

2. Keg. 7.

Ephes. 2.

Rom. 2.

Ephes. 3.

quam illi esset chara salus vel vnius animæ. Petrus quidem
ut à se abscederet, obstupefactus tanta maiestate depreca-
batur, se peccatorem, se tanto hospite indignum clamitans.
Centurio ille sapiens non est passus in suas cedes subire, quod
eas minimè dignas eo honore iudicaret. Abraham sermonem
cum illo suscipere veretur, cinerem se ac paluerem
agnoscens: Salomon non solum templum à se fabricatum,
sed ipsum quoque cælum non esse par illius maiestati pro-
ficitur. David mutire quidem se non audere in eius con-
spectu attestatur. Tamen ille talis & tantus, qui sedet su-
per Cherubim, & iris est in circuitu eius, ecce sedet, & col-
loquitur, sermonesque miscet diu & iucundè cum foemina,
& foemina officij vilis, vitæ vilioris: sed erat tamen anima
vitæ aternæ capax, de salute animæ agebatur. Hoc talis
Christo erat: & quæ salua esse poterat, vilis non erat. Me-
ritò nimiam charitatem appellat Paulus, qua Deus dile-
xit nos: meritò dixitias bonitatis illius extollit: recte
proflus supereminentem scientiæ charitatem Christi ad-
miratur.

Quantus hinc pudor, & quam gravis reprehensio mini-
stris Christi, id est, nobis, qui nisi in magnis audiencijs, fre-
quentibusq; conuentibus concessionari volumus, non tâ Chri-
sti gloriâ, quam nostram auecupâtes? qui cōfessiones plebe-
iorum atq; rudium ægrè ut audiamus, inducimus animum:
nobiles foeminas, delicatas, pulchrasq; libenter fortalsis ac
diu autocultamus, viros Principes etiam ultro inuiteamus.
Quid? Rusticanis imperitisque elementa Christiana tradere
perinolestū, cù viris doctis & illustribus subtiliter de rebus
magnis differere iucundū, vnde sapientiæ nomen cōparemus.

O nos

O nos miseris, & ab Euāgelico munere, quod maxime profiteri videri volumus, alienissimos. Longē certè aliter Paulus, qui à Christo didicerat, vnum Onesimum eumque servum fugitium tanti facit, ut suaviscera appelleret, vt pro eo se ipsum deuoueat, & quod hero fugitiūs & furax debebat, sibi imputari postulet. Atque hunc in vinculis se genuisse gloriatur, & filium sibi charissimum dicit. Ardebat sanè in Paulo charitas Christi, animam vnam mille regnum imperijs facile præferret. Quām bene Chryostomus vel Chrysost. hominius animæ salutem confirmat immensis elemosynarum mil. 3. in 1. largitionibus anteponendam. [Nihil est (inquit) quod anima possit æquiparari, ne vniuersus quidem mundus. Itaque et si immensas pecunias pauperibus eroges, plus tamē effe- ris, si vnam conuerteris animam.]

[Dicit ei Iesus, Mulier da mihi bibere.] Quām humanè, 2. Christus quām accommodatè ad fœminam aquæ ministram. Sic Apo- stolus, se[omnibus omnia factum dixit, vt omnes faceret sal- uos.] Tetrici atque austeri sermones auertunt à se atque alienant animos hominum: suaves & comes mirificè alliciunt. Eum te habitum sumere opus est, si quempiam adiungere ti bi cupias, quem illi gratum intelligas. Qui enim venationi dant operam, viridis ferè coloris vestem induunt, ne prædā inuisitati coloris nouitate deterrent. Qui mulcet, is etiam mulget. Non igitur, quæ tua sunt, consideres, sed quæ aliorum, si allicere & Christo acquirere velis. [Mulier da mihi bibere.] Petit Christus, quod dare vult. Ea quidem lege Au- gustinus se libenter obtemperaturum Deo pollicetur, quic- quid iubeat, si det ipse quod iubet. [Da (inquit) quod iubes, cap. 29. & iube quod vis.] Non egerit Deus pecunia tua, non veste, nō cibo indiget. [Si esuriero, non dicam tibi.] Atqui, Domine, sitis, & potum petis? quid hoc? Potum planè poscit, vt potet ipse, atque inebriet cælesti fluento. [Fidem (ait Augustinus) eius sitiebat, quia eidem Spiritum sanctum dare cupiebat.] Si ergo indiget, eò fit, vt egestate eius tu locupleteris. Ita Paulus disseruit: [Scitis gratiam Domini nostri Iesu Christi, qui cum diues esset, egenus propter vos factus est, vt vos in opia ipsius diuites essetis.] Ergo propter hanc causam proficitur sc̄ & esurisse & sitisse, & nudum & peregrinum & vin-

Pron. 19. Et omnis fuisse: ut pauperibus Christi pascendis ac refrigerandis
caelestes diuitias promereare. Sic Salomon habet: [Funeratur
Deo, qui miseretur pauperis.] Alia longeque diversa ra-
tio est hominum, qui, si quid dant, ideo dant, ut accipiunt ma-
iora. Nam tritum est curia ingenium, negotium ut agas tuū,
alieno inservire: liberalē avaritia facit, munificum devo-
rata spe & opinionē prouincia, vel præsidatus, vel publicum
munus. Abeant cum suis donis eius generis merca-
tores: Christum ego præfero, qui se egere significat, ut me di-
tet: poscit, ut tribuat.

3. Etiam Sequitur deinceps. [Discipuli enim abierant in ciuitatem, alios à se-
mem & sitim voluit Euangelista ostendere. Neque enim ea
gratiam vo quæ necessaria erant, parabantur, nisi cum virgeret necessi-
tas, adeò Christus parum indulgebat corpori, quod euange-
licis laboribus frangebat potius. Itaque veram sitim expri-
mere voluit ob horam iam seram, & viæ fatigationem non me-
diocrem. At cum ad altiora mens Euangelistæ properaret,
subtexxit protinus Samaritanæ responsum, incivile sanè, ac
muliebris cuiusdam audacia non vacuum. [Quomodo tu, Iu-
dæus cùm sis, bibere à me postis, quæ sum mulier Samarita-
na? Non enim contundunt Iudæi Samaritanis.] Erant in orbe
terrarum gentes, quæ diis sicutiis sacra faciebant, & serue-
bant creaturæ potius quam Creatori. Erant Israelitæ, qui-
bus erat Deus verus cognitus, & apud illos magnum nomen
eius. Inter istos daos velut extremè distantes religione, in-
terposuerant se Samaritani novo riti, mutuatis utrinque ce-
remonijs & cultu, atque utroque velut committere & mi-
scere conati. Nam Deum Israelis colebant, circuncisionem,
plurimasque ceremonias ex Iudaico ritu decerpserant: sed
deos nihilominus gentium adorabant, & sacra illorum pro-
phana obseruabant. Sic enim habet Scriptura: [Et cù Do-
minus colerent, diis quoque suis seruiebant iuxta consue-
tudinem gentium, de quibus translati fuerant Samariam, us-
que in præsentem diem morem sequuntur antiquum.] Et
mox. [Fuerunt igitur gentes istæ timentes quidem Domi-
num, sed nihilominus & idolis suis seruientes, Nam & filii
eorum, & nepotes, sicut fecerunt patres sui, ita faciunt in
præsentem

. Reg. 17.

præsentem diem.] Ob hæc rem Samaritanis oppido infensi erant Iudei; non solum quod regionem eorum usurpassent, atque ipsis inuitis tenerent, verum et præsertim quod Iudaicos ritas gentilitijs superstitionibus foedassent. Quapropter tanquam capitalibus hostibus igni atque aqua interdictum esse voluerunt, neque commercij quicquam intercedere inter utramque gentem patiebantur. Samaritanis hominibus Hierony. in die similes haeretici sunt, haereticos quippe Samaritanorum Ezech. lib. nomine intelligi à diuinis literis nos semel affirmat Hieronymus, qui se Christiano nomine censeri volunt, qui Christi se doctrinam tenere profitentur: miscent vero doctrinæ cap. 16. in fidei commentitia dogmata sua, deosque sibi fabricant alios, Hieron. lib. 4. Amos. 2. quos Ecclesia catholica non recipit. Quamobrem excommunicatos, atque omni suorum consilio exclusos peiores Ethnici, atque idololatris merito censet. At Christi clementia etiam hos perditos, si velint resipiscere, admittit, atque ut resipiscant, dat operam, & ipsis vel inuitis veritas se se diuina insinuat atque offert. Itaque nihil tale cogitantes, vltro etiam salutem auersantes, tamen sanantur interdum, & ad poenitentiam sanamque mentem reuocantur. [Cumi 2. Tim. 2. modestia corripiendos Apostolus monet, ne quando Deus det illis poenitentiam, & resipiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur.]

Sunt etiam Samaritani non pauci de gente eorum, qui per vim tracti sunt ad Evangelicam professionem, qui non vocati & inducti, sed compulsi in Ecclesiam ingressi sunt. Tales in novo orbe non paucos de Iudorum gentibus nouimus: tales in Europa de Sarraceno in facile collumiem restare non mediocrem cernimus: qui Christum se colere profitetur, non vestris ceremoniasque Christianas frequentant, ijdem nihiloni-hamemque superstitutionem paternam animo retinent, re, cum possent, exequuntur: deos suos colunt, Prophetam Mahometem suum & quem amplius venerantur. Horum salatem tam etiā pauci curant, ut videantur solo quæstui nostrorum destinati. At Christus ne hos quidem fejicit à sua benignitate: etiam lucem Evangelicæ veritatis impertit: nec gentem abiecat, & sordidam dignatur. Apud hos manet biduum, sui copiam humanissime facit. Ad hos mittendos curat ex Apostolico

*A. 7. 8.**A. 8. 1.**4. Effusa
Dei beni-
gnitas.**Luca. 3.**Aet. 17.**Esaï. 6.**4. Reg. 6.**In græco tex-**tu eadē par-**ticula à ap-**ponitur viri**ret, quis ille sit,**cuius mysterijs inter-**est, dū rei diuinæ astat,**que parti, pe-**cuius verba haurit,**cum Euangelica lectio sonat,**quem allo-**tissem, & de-**quitur, cum preces in templo vel in æde sua fandit, profectò**disset, neque aliter longè se gereret:**gratior esset cælesti munificentia,**dubitatis sen-**reuerentior aduersus tantam maiestatem,**appetentior au-**sum sed affir-**diorque suminorum honorum,**quaæ consequi facile posset.**mæris habet.**Sed habemus planè oculos mentis clausos:**& videntes non**Nibilomi-**videmus, iuxta vaticinium Esaïæ:**optandum esset ut Heli-**nus interpres**sæus aliquis Deum pro nobis oraret ac diceret:**[Aperi, Do-**Latinus per mine,**oculos istoram, ut videant.]**[Si scires, inquit,**donum**particulam,**Dei, tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi.]*

stolico choro præcipuos duos, Petrum & Ioannem. Etiam Samariæ testificari Apostolos suos iubet: atque ex ista gente tam profligata populum habet sibi fidem, quod hominum quidem opinionem superat, sed Dei qui omnium fabricator est ac redemptor, misericordiam minime vincit.

[Respondebat Iesus, & dixit ei; Siscires donum Dei, & quis est, qui tibi dicit: Da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam.] Ioannes Baptista dicebat turbis, [Medius vestrum stetit, quem vos nescitis.] Paulus vero

Atheniensibus: [Cum non longè sit ab uno quoque nostrū: in ipso enim viuimus, mouemur, & sumus.] Christiana plebs in eadē partē certe si sciret donum Dei, & fide viuida & erecta considera ponitur viri ret, quis ille sit, cuius mysterijs interest, dū rei diuinæ astat, que parti, pe cuius verba haurit, cum Euangelica lectio sonat, quem allotisses, & dequitur, cum preces in templo vel in æde sua fandit, profectò disset, neque aliter longè se gereret: gratior esset cælesti munificentia, dubitatis senreuerentior aduersus tantam maiestatem, appetentior au sum sed affir diorque suminorum honorum, quaæ consequi facile posset. mæris habet. Sed habemus planè oculos mentis clausos: & videntes non Nibilomividemus, iuxta vaticinium Esaïæ: optandum esset ut Helinus interpres sæus aliquis Deum pro nobis oraret ac diceret: [Aperi, Do Latinus per mine, oculos istoram, ut videant.] [Si scires, inquit, donum particulam, Dei, tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi.] Non est silens forsitan, veratio pretereundum, cum de petendo dicit, forsitan, apostoli sunt, idque in se: cum de dando, non addidisse, forsitan, sed absolute, dedi verbo petis-set. Quid hoc? Nempe quod ad nos attinet, illud sub dubio fess solūm, ut est, quod simus liberi arbitrij, & bona cognita non cogant, libertate ar- inuitent quidem & allicant, sed tamen minime compellant. bitrij nota. At quod ad Deum spectat, tanta est ille bonitate, tanta munera, quemadmodum fientia, ut certissimè sit daturus, quaæ flagitamus necessaria modum hoc atque opportuna ad vitam æternam. Tu forsitan petisses, & loco Cardina ille non forsitan dedisset, sed omnino dedisset. Vbi illud etiā lis Toletus apparet, quam sit Deus nostræ salutis cupidior, quam nos docet.

ipsum. Præclarè Gregorius Theologus de hac re: [Hoc Gregor. Nam bonum sola voluntate vane tibi proponitur: cupiditatem tianz, orat. ipsam Deus ingentis pretij loco habet: sitit sitiri: bibere eu-
cō. in san- pientibus potum tribuit: cum ab eo beneficium petitur, be-
ficiis afficitur, promptus est, liberalis ac munificus: incun-
dius

diūs dat, quām alij recipiunt. Beatus ille, à quo, ut à Samari-tana, potum Christus petit, fontemq; dat aquæ in vitâ eter-nam salientis.] Hæc Theologus de admiranda Dei benefic-
tia, & amore erga nos. Qui proinde iure expostulat, & con-
queritur de nobis, quod recusemus vocantem, amantē auer-
temur [Quoties volui (ait) & noluisti:] Iure ei gratias agi-
mus ex animo, qui suprà quām petimus aut intelligimus fa-
cit. Ipsi gloria nunc, & in diem aeternitatis, Amen.

*Matt. 23.
Ephes. 3.*

IN E A D E M F E- R I A C O N C I O T E R T I A.

Cmnis, qui bibit ex hac aqua, sicut iterū, qui
autem biberit ex aqua, quā ego dabo ei, nō
sicut in aeternum. Ioan. 4.



E D E O N E M ducem bellum cū Ma-
dianitis gerentem militum suorum vi-
pleri animi
res animosque facto periculo ad fluuiū cupidinem
in maxima siti perspexisse, divina hi-
storia narrat, atque eos, qui ad aquam
hauriendam toto pectore procubuis-
sent, ineptos iudicasse, qui modicè ma-
nu aquam ori instillascent, ijs tanquam
gnauis ac fortibus, militiæ decus contulisse. Vitæ huius la-
bentis tāquam fluuij voluptates & commoda degustare om-
nes mortales necesse est, cùm siti natura lìcet non vrga-
tur, qua gloriam, qua opes, delicias, bona cætera haurire
aueat. Vt enim dixit Augustinus: [ipsum desiderium sitis
est anima.] At ijs necessitatì seruire, superuacanea mil-
ta facere, paucorum ea laus est, fortissimorumque militum
propria gloria. Plerique effusè satiate atque explorere arden-
tem cupidinem malunt, itaque bonis caducis ac perituis ita
inhibit,

*August. in
Psal. 62.*

inhiant, ac si in ijs perfecta felicitas sita sit. Qui vero sapienti satiaris se aquarum huius vite falsarum potu desiperant, fluentia illa vitae aeternae anhelant, quibus dux est David de sancto: [Sicut uita anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam ante faciem tuam.] Et[satiabor, cum apparuerit gloria tua.] Iusti viri & sapientis aquas fideles vocat Scriptura, quod id quod pollicentur, exhibeant: aqua enim quae sitim hausta potius accedit, mendax meritum dici potest. Ergo de aqua sapientiae legimus. [Aqua eius fideles sunt,] cum legamus contra mendacium aquarum infidelium, quales aquae falsae marisque sunt, quae sitim non sedant, sed excitant & inflammant. Hoc cum probet Redemptor nostri generis nosset, ad veras & viuas aquas mortales vocat, a falsis & insalubribus retrahit, in quibus laboris plurimum sit, iucunditatis verae & solidae nihil. Omnis qui biberit ex aqua hac sitiet iterum: qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in aeternam. Ego vero non modo sitim non sedari perpetuo his mundi aquis affirmo, atque iterum necesse esse & bibere & sitire, sed adiungo praterem grauiorem ipso potu ardorem excitari. Nam si de cupiditate pecuniarum sermo sit, certe verum est quod quidem poeta dixit. [Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit,] id prorsus quod Salomon ante dixerat. [Aqua non implebitur pecunia,] de his ergo obtinemus illud, quod poeta quidam verissime cecinit: [Cruerant & opes, & opum vesana cupido: Et cum possideant plurima, plura petunt: sic quibus intuimur suffusa venter abunda, quo plus sunt poteræ, plus sitiuntur aquæ.] Si de libidine, & turpi voluptatis obscenæ ardore agas, eundem Salomonem plus nimio expertum audi, infernum & meretriciam voluptatem equiparantem, atque igni assimilantem, qui tanto excitatur acrius, quanto plus materiae nanciscitur. Iob quoque ignem vorace nominat, qui omnia perugatur atque virtus. Gloria vero cupiditatē humani imperij magnitudinē quis necat mensuras nullas pati, eoque fieri acriorem, quod posterior evadat: Repete memoria magnos illos duces Alexandrum Macedonem, Iulium Cæsarē, Cyrū Persianici Imperij fundatorem, ex bellis bella serebant, verūque de omnibus est, quod de uno nobilis poeta cecinit: [Nil actum reputans, ubi quid superesset

Psal. 41.

Psal. 16.

Esa. 33.

Hiere. 15.

Horatius.

Ecclesi. 5.

Ovid. 1. Fa-
storium.

Prov. 38.

Iob. 31.

Lycanus.

peresset agendum.] Amanus ille Agagites omnia se pro nihilo ducere professus est, quando Mardochæum sibi resistenter non funditus exvertisset. Ea est ratio cupiditatis humanae, ea natura opum istarum fallaciom. [Nunquam oculos visu, nunquam auris impletur auditu. Excitat sanè pruritum, non extinguit aquæ istius poculum. Pulchrè Augustinus hoc loco: [Hydria amorem sæculi huius significat, id est, cupiditatem, qua sibi homines de tenebrosa profunditate, cuius imaginem puteus gerit, hoc est de terrena cōuersatione hauriunt voluptatem, quæ percepta iterum in eius appetitum inardescunt, sicut de aqua illa, qui biberit (inquit) sitiet iterum.] Itaque non iniuria Elaias propheta nos admonet, nobisque succenset, simul amicè inuitat in hæc verba; [Omnes sitientes venite ad aquas: & qui non habetis argentum properate, & emite, & comedite. Quare appenditis argentum, & non in panibus, & labore vestrum non in saturitate? Venite, emite absque argento, & absque villa commutatione vinum & lac.] Hoc Christus vltro offert: [Et dedisset tibi aquam vivam.]

Eccles. i.

August. lib.
83. questio.
quest. 64.

Esai. 55.

[Et fiet in eo fons aquæ salientis in vitâ æternâ.] Aquam vivam Christus distinguit à mortua, neq; solum se aquam daturum vivâ promittit, sed fontem intus manantem, cuius effluxus pertendat in ipsam vitam æternam. Quid igitur sit aqua viua, quid fons iste diuinus, consideremus. Vivere ea Philosophi definiunt, quæ sui motus principium efficiens in se habent: quæ vero extrinsecus tantummodo mouetur, nequaquam viua vocada censem: ita animalia & plantas vivere suo quodam modo dicunt, elementa & corpora inanima, vita expertia volunt. Pro qua vita definitione (ut doctor egregius Thomas ait) similitudine quadam aqua viua illa appellari solet, quæ habet in se principium, unde manet, unde mouetur & fluat, qualis est fontium fluminumque. Aquas porrò mortuas solimus dicere, quæ minimè fluunt neq; manant ex sua origine, sed velut extrinsecus cœlestæ stagnantur, cuius generis sunt lacunæ, paludes, ex impluvijs effectæ. Docet igitur Christus temporalia & caduca bona, quæ homines haurient ex rebus creatis, non esse aquam vivam, sed mortuam potius: illa cœlestia & interna bona ex Deo profecta, aquam vivam

2. *Putas es-*
se & peren-
nies spiritua-
les volupta-
tes: cœtræ car-
nales, turpes
& breues.

S. Thom. i.
contr. gent.
cap. 97.

appellat non immeritò. Primum, quòd non deficiant neque exarescant, nam quæ manandi principium in se se habet, ea semper aqua manet necesse est: quod est proprium aquæ viuæ. Omnes autem creaturæ vanitati esse subiectas, atque ex se se potius deficere, nemo est qui nesciat: Deum perpetuò & esse, & vigere, & inflatur in mentes sui capaces, omnes & quæ norunt. Proinde si quis aquam viuam haurire cupiat, è spiritu Dei petat. [Apud te est (inquit) fons vitaꝝ.] ac de beatis Sanctorum choris: [Non esurient neque sient amplius, sed agnus qui in medio eorum est, reget eos, & deducet eos ad vitaꝝ fontes aquarum.] Eodem sensu alibi: [Foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas: me dereliquerūt fontem aquæ viuæ.] Accedit huc, quòd aqua quidem viua nunquam corruptitur, nunquam putet: aqua vero mortua non solum exarescit, verum etiam putreficit & putrida fit. Itaque id ipsum voluptatis, quod habet, præterquā quòd brevi finitur & evanescit, etiam dum manet, foetet, ac cœno quodam suo grauiter offendit. Non sunt puræ, non syncerae voluptates libidinis atque superbiorum. Experto credere licet. [Inueni (inquit) in omnibus vanitatem, & afflictionem spiritus, & nihil permanere sub Sole:] Idem etiam illud: [Inueni amariorem morte mulierem.] Illud quoque: [Extrema gaudij luxus occupat.] Quamobrem mortiferas voluptates & noxias, & in ipsa sua dulcedine peracerbas Augustinus se confitetur expertum. Boëtius præclarè cecinit: [Habet hoc voluptas omnis: stimulis agit fruentes: Apiumque par volantum, ybi grata mella fudit, Fugit, & nimis tenaci, Fecit icta corda morsu.] Quàm ab ijs diuersa sunt Spiritus sancti delicia? quàm solida voluptas? quàm pura illa & syncera iucunditas? quàm plena, atque omnes sinus mentis imbuens? [Inebriabuntur (inquit) ab ubertate domus tuaꝝ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.] Aquæ istæ putridæ carnis & mundi, fôrdida & male olida animalcula ex se generant: ranunculos, vespas, colubros: illæ verò perennes & salutares, pisces ex se producunt suaves, cœruos volucresque suis fluentis potant. Omnia turpes ac cœnosæ voluptates sues serpentesque decent: Angelorum similes animæ, spirituales amant aquas, hisque fruuntur & quæ salutariter atque

Psal. 35.

Apoc. 7.

Hierem. 2.

Eccles. 2.

Eccles. 7.

Prou. 14.

Aug. 6. con
fess. cap. 6.Boetius de
cōsolat. Phi
losoph. libro
3. metr. 7.

Psal. 35.

atque iucundè. Quæ cùm ita sint, nonne meritò te prope-
ta compellat. [Quid tibi vis, vt bibas aquam turbidā?] nonne *Hiere. 2.*
Christum audite satius fuerit? [Qui biberit ex aqua hac, si-
tiet iterum: qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, nō
sitet in æternum.]

Neque his contentus tam magnis promissis, adiugit: Fiet *3. Gratia*
in eo fons aquæ viuæ salientis in vitam æternam. Nō modò *Dei vim*
aquam tibi (inquit) viuam haurire ex me licet, sed fonte ip-*æternæ vi-*
sum perenniter manantem ad te transferre, tibi indere, tecū *ta parem es-*
quoquo pergas ferre, illius fluxu perpetuò frui, eoq; tanto, *se,*
vt in vita æternæ fastigiū ipsum perueniat. Magna omnino
res, incredibiles opes diuinæ gratiæ: Quid nisi veritas ipsa
loqueretur, fabulæ similia aut somnij tanta promissa vide-
rentur. Sed adeste animis, auditores: rem polliceor egregiā.
Aqua rū natura fert, vt quæ ex suo fonte & origine aliorum
deritantur, tantundem ascendere fluendo queant, quāta est
illarum in suo fonte ac sede priuæua altitudo. Quare videtis
eos opifices, qui ad plateam aliquam aut vicum canales tra-*Athan. li-*
ducere aquæ parant, vt fluant aperti alicubi, metiri primū
loci quod corrisare aquā volunt, celsitudinem atque ei equi-*Apoc. 22.*
parare, vnde petitur aquæ ductus. Aqua quā Christus pollici-*Basil. in*
tur viua & diuina ipse Spiritus sanctus est: vt pleriq; Patres
confirmant, quem fluuij chrystallini specie manantem vidit
Psalm. 45.
Ioannes ex sede Dei & agni: origo illi aquæ nō inferior est
Deo ipso, quippe procedit de Deo Deus. Quo fit, vt cùm ad
fidelium, sanctorumque mentes deriuatur diuinitus, manare
polsit tam altè, & salire, vt Deum ipsum contingat. Finis nā-*Chrysost. ho-*
que principio & quara ratione respōdet. Ita fit, vt operationes *mil. 30. in*
a Spiritu sancto per gratiam & charitatem in viris iustis ex-*Joan.*
citatæ, dignæ sint Deo, & merita ipsa vitam æternā æquent. *Hierony. in*
Nascitur hic mirabilis fons in mente iusti ex Christi dono,*Esai. 55.*
ex Christi merito, ex Christi gratia: & fons perennis, qui
semper influit: quantum enim ex natura quidem ipsius est,*Ambros. li.*
semper ad benefaciendum excitat, nunquam deficit, in om-*1. de Spir-*
nibus abundat, & hic ad vitam usq; æternā quavis sua actio-*tu sancto. c.*
ne sanctificata attingit. Mirabilis est Spiritus sancti vis. De*19. & Au-*
quo Christus dixit: [Qui credit in me, fluminā de vētre eius*gust. tract.*
fluent aquæ viuæ: Iadiungit verò Euāgelista, [Hoc autem di-*15. in Joan.*
cebat

cebat de Spiritu, quem accepti erant credentes in eum. Et ergo gratia ipsa Spiritus sancti animæ infusa, fons est: cuius quidem principium, quoniam ipse Deus est, cum sit consortium quoddam diuinæ naturæ, & semen Dei, idcirco vi & efficacia attingit vitam æternam, hoc est Deum ipsum. Est vero fons hic peregrinis natura sua, de quo suiuina perpetuò manantia prodeunt. Nam quod interdum iustus non iusta agat, neque Deo digna, non ex inopia fontis, sed ex arbitrij miseria procedit. Ipsum enim fontem obturamus atque obstruimus rebus saepe terrenis, nec sinimus influere copiose, & sua agere. Quapropter Paulus nos adhortatur, ut enixè consideremus, ne gratiæ Dei desimus, desamus enim, quæ nostra est infirmitas, per frequenter.

Hebr. 12.
4. *Volutates terre*

Hæc tanta, tamque mirifica cum de sua aqua prædicantem Christum audisset Samaritana, incensa cupidine tam præclaras multo labore aquæ, simul experta laborem atque inopiam illius, quam bore queri, ipsa petebat, studium suum promit, ac vehementer avida acclamat: [Domine, da mihi hanc aquam, ut non sit iam neque Deo ultro veniam huc haurire.] Duo maximè inuitabant mulierem, ad aquam à Christo promissam flagitandam: vnum quod sitim perpetuò restinguerebat: alterum, quod non longè petteretur, sed ita proximè, ut apud ipsum, qui esset bibiturus, fons manaret. Itaq; nullo labore magnas opes sibi promitti animaduerterat. Contrà sanè in ea, quam hauriebat è puteo, fuerat experta. Nam & puteus altus erat, & à domo remotus: quod siebat, vt & longè venire, & multo sudore haurire ex profundo, domumque reportare hydriam onusta cogerebat, quæ omnia illo compendio vitare cupiebat. Nos vero, si lapimus, Samaritanæ mulieris vocem usurpabimus, Domini appellantes, precibusque pulsantes: [Domine da nobis hanc aquam, siquidem apud te est fons vitaæ.] Nam labores esse assiduos, ærumnasque graues, quibus mundanæ voluntates & cōmoda constant, ignorare non potest, quicunque periculum fecit, ut gemere crebrò sub onere cogantur mundi amatores, viasque ambulare, ut ipsi fatentur, difficiles. Bene illi milites Theodosiani, quos Augustinus commemorat, confess. c. 6. exclamabant: [Et per quod pericula peruenit ad grandius Sapien. 5. periculum?] ipsa enim mors animæ plurimis & maximis sudoribus

Aug. lib. 8.
cōfess. c. 6.

doribus comparatur. Id verò, quod mūdus offert, quām bre
ue? quām inane est? Nonne exaudimus Prophetæ vocē ex- Psal. 4.
probrantis. [Fili⁹ hominum v̄squequo diligitis vanitatem, &
quārētis mendacium?] An clausas aures, animosque auerlos
dabimus suauissimè vocanti Dei sapientiæ, atque identidem
repetenti: [Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati
estis: & ego reficiam vos.] Neque enim Samaritanæ soli se
offert Christus: omnes nos alloquitur, omnibus se præbet,
qui modò accipere velint. Voces cælestis sapientiæ, Verbi
(inquam) æterni carne induiti audiamus, Vos quæso, attētis
animis: [Transite (ait) ad me, omnes qui concupisces me, &
à generationibus meis adimplemini. Spiritus meus super
mel dulcis, & hæreditas mea super mel & fauum. Memoria
mea in generationes seculorum. Qui edunt me, adhuc elu-
sient, & qui bibunt me, adhuc sitient.] Quæ sit ipsa, quæ por-
tare & pascere nos vult, mox indicat, [Ego sapientia esfudi
flumina: Ego quasi trames aquæ immēsa de fluvio, ego quasi
flavius Dorix, & quasi aquæduetus exiui de paradiſo.]
Enim uero nolite existimare sapientiæ vocibus Christū esse
contrarium: hic dicit, [Qui bibit ex aqua, quam ego dabo ei, Eccl. 24.
non sitiet in æternum,] illa dicit: [Qui bibunt me adhuc si- Hoc patto cō
ponit & con
cordat Ian-
sen. inc. 24.
tient.] que videntur prima fronte pugnare, sed cohærent mi-
rificè. Nam cū in siti & sit molestia, necessitasque pre-
mens, cum poculum desideratur, & sit dulcedo aviditasque
iucunda, qua porrectum hauritur, prioris generis sitim om-
nino sedat vel tollit potius aqua cælestis, quam promittit
Christus: posteriorem suavitatem bibendi non tollit, sed cō-
seruat auger que mirificè. Itaque fons ille simul expletappe
titum, simul excitat, ut semper quidem bibere delectet, non
ut molestia leuetur, sed ut dulcedo quædam inexhausta ma-
gis ac magis hauriat. Quam rem egregiè Gregorius Pa-
pa explicat his verbis: [Hoc distare, fratres charissimi, inter
delicias corporis & cordis solet, quod corporales deliciae,
cū non habentur, graue in se desiderium accidunt: cū
verò auidè eduntur, comedentem protinus in fastidium per
satietatem vertunt. At cōtrà spirituales deliciae cū non ha-
bentur, in fastidio sunt: cū verò habetur, in desiderio: tātoq;
amplius à comedente esariuntur, quantò & ab esidente
amplius

amplius comeduntur. In illis appetitus placet, experientia displicet. Augentur enim spiritales delitiae in mente, dum satiant: quia quanto magis earum sapor percipitur, eo amplius cognoscitur, quod audiūs ametur.] Hæc Gregorius. Cui similia, siue Augustinus, siue alius fuerit autor: [Longè aberit à siti satietas, longè à satietate fastidium: quia sitientes saturabimur, & satiati sitiemus.] Sic vita æternæ describit dulcedinem. Qua ex re canticum nouum cantare Deo iubentur ijdem ipsi qui cantant æternum: & nouum enim & æternum est, quod semper in ore æquæ suave est. Quas diuinæ sapientiae opes qui cogitat, & se in terra inuia, deserta, & arida positum videt, non potest non toto pectore sitire, & vehementissime anhelare, ac cum gemitu & lachrymis exclamare: [Domine da mihi hanc aquam.] Cuius votis libenter annuit Christus: [Et Spiritus & sponsa dicunt, Veni, & qui audit, dicat: veni. Et qui sitit, veniat: & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis.] Hanc nobis præstet vnigenitus Dei filius, qui cum Patre & Spiritu sancto regnat Deus in secula. Amen.

Apoc. 22.

I N E A D E M F E-

R I A C O N C I O

Q V A R T A.

Vade voca cirum tuum. Ioan. 4.

*T. Castellæ
caute aven-
dum mini.
bro Christi
cū fœminis.*



E aqua cælesti dictum est, quantum satis est visum, ut eius desiderium animis excitaremus. Nuc, quæ in eo congregatu Christi & Samaritanæ lequora sint, percurramus. Flagitanti aquam fœminæ, Christus ipse qui obtulerat, non ita facile cōcedit: sed monet, prius virū ut aduocet. Nondum enim, quod genus aquæ esset, scœmina intellexerat: quare differenda fuit vique dum

dum sciret: ac mysterio quodam occulto id quod videbatur Christus vel negare, vel certè differre, iam iam porrigeret parabat: quippe cum Christi iniecta mentione, ignorantis se ipsum esse ostendit eum, quem expectare se diceret. Quod re veranihil fuit aliud, quām viuam illam aquam ostendere ac præbere, quam foemina expetebat. [Fons enim sapientiæ verbum Dei in excelsis.] Sed hic fons deductus ad nos qui erat in æternitate in sinu Patris, apparuit in tempore in gremio matris: ita visibilis, ita tractabilis, & obuius carni effetus est. Sapere Christum, aquam viuam cælestem bibere est. Interim tamen moralem quandam adnotationem humilem quidem, sed nō inutilem, credo, accipite. Datus enim Christus mulieri quipiam, virum adesse vult. [Vade (inquit) voca virum tuum,] tanquam innueret, non decere Id innuit Theophylactus. foeminam, inscio viro, quicquam vel petere vel accipere, neque se nisi eo sciente ac probante esse daturum. Non erat quidem Christus de genere eorum, qui foeminas etiam abieetas & despicias auersaretur, quin potius Euangelica gratia libenter impartiebat, non veritus Pharisæi illius superbum similiusque supercilium, quibus ipse meretrices præire in regno Dei confirmabat: sed tamen ministrum Euangeli- Lnc.7. cum ita instruebat exemplo suo, ut circumspectum & cautum maximè vellet, in eo præsertim nomine castitatis & pudicitiæ, quod non modò deleri, sed ne offuscari quidem finere par est: idcirco discipulos admiratos accipere non est Matth. 21. Sunt idem Tolet. annotat. 21. in ineptum, quod cum muliere loqueretur. Ita Cyprianus con- Ioan. firmat, qui de hac re agens in libro, quem de singularitate clericorum inscripsit: [Et ut de Apostolis breuiter pro- Cyprian. de bem, quantum eis fluxa familiaritas potuit displicere, qui singularitate compulsi sunt, & de ipso Domino loquente cum foemina dubitare, nisi eos Maiestatis notitia probata compesceret.] Tametsi enim Samaritanæ & vilis foemina conditio alijs admirationis causa fuisse videatur, tamen cum foemina prolixia colloquia, nonnihil mouere potuerant, præter morem & usum Christi: sed erant tamen in publico, sub dio, in loco maximè peruio, hora diei plurima. Itaque quanquam multa scelerati Pharisæi crimina in Christum confinxerunt: tamen, quod ad nitorem superhumanæ castitatis attinet,

net, nūgil vñquam vel comminisci vel obijcere ausi sunt. Ea
Chrysost. de re seruo Dei non solum conscientia est necessaria; sed
homil. 33. etiam fama, vt Augustinus optime sensit. De hoc habere te-
Cyrill. lib. 2. stimonium ab iis qui foris sunt, id est, etiam Ethnici & in-
cap. 97. mici, Episcopum oportere, Pauli sententiam Chrysosto-
August. lib. mus interpretatur, vt ne rumore quidem obscurari se sinat
de bono vi- seruus Christi. Addit verò Hieronymus, vt ne fingendi qui
duitatis, ca. dem fiat potestas inimicis. [Quicquid (inquit) de te proba-
22. 11. q. 3. biliter fingi potest, ne fingatur, ante devita.] Christus ad
c. Non sunt puellam iam mortuam, nisi patre ac matre, tribus præte-
audiendi, & reà discipulis adhibitis non ingreditur. Paulus Timotheum
12. q. 1. ca. instruit, omnes quidem esse verbo Dei & ministerio Eccle-
Nolo, vt ali siastico impertiegos; sed anus vt matres, adolescentulas
quis, ex eodē vt lorores. Nec satis fuit id dicere, continuo veluti superio-
Aug. Hiero rem vocem, vt sorores, vel corrigens, vel exponens, adiun-
nym. in Epi git: [In omni castitate.] Quid est in omni castitate? Quid? vt
stola ad Ne neque gestu, neque verbis, neque munulculis, neque ipso al-
potianum. peçtu quippiam lubricum aut obscuru notari queat. Quid?
1. Tim. 3. vt non sit contentus minister Christi conscientia castitatis,
Luc. 8. nisi etiam fama castitatis eluceat. Quid? vt non solum ipse
1. Timot. 5. castus sit, sed eos etiam atque eas, quas alloquitur, grava-
te & moderatione ad castitatem alliciat ac prouocet. [In
omni castitate.] Qui verò filiam parentes animaduertunt
liberis sedantem vel colloquijs vel spectaculis iuuenum,
eam sibi diligenter custodiendam intelligent. Nec filiam si-
ne matre, nec coniugem sine viro decet occulti quippiā mo-
Ecli. 26. liri cum viro. [In filia (inquit) non auertente se, firma custo-
da, utique diam, & ne mireris, si te neglexerit.] Cäue, lupo oues cōmit-
*at*as. Atque hæc quadam ex parte per strinxisse, sit satis: ad te
liquum Euangelijs cursum reuertamor.

2. Prophe- Respondit mulier Christo iubenti virum accersere,
tia donū cha virum se non habere: cui Christus vera dixisse, ait, quodd
ritati serui- habuerit viros quinque: nunc verò non virum, sed amicum
re: mitiūsq; habeat. Pudorem foeminæ Christus non exagitauit, & vul-
cum peccato- nus tamen aperiendum putavit, vt simili saluti, simul exi-
ribus agēdū. stimationi mulieris consuleret. Neque enim exprobrauit,
neq; asperius inuestitus est in foeminā impudicā, quin etiam
ita vitium detexit, vt laudaret vera dicentem. Hoc (inquit)
vere

verè dixisti. Docet Redemptor, quomodo accipiendæ sint atque tractandæ animæ imbecilles & lubricæ, non asperæ, non superbæ, sed humanæ & benevolæ: deinde peccata sic esse inquirenda & expromenda, ut fiducia potius quam metus excitetur. Quod sane documentum sacerdotibus per necessarium est, qui confessiones excipiunt misericordum: prudenter & charitate multa videntur, ut hominem serues, in omnium latenter aperias, & cures: [Considera te ipsum] (ait Paulus) ne & tu tenteris:] idest, quod tibi in pari causa prospicuum velis, id tu proximo praestes: quod apertius dixit Sapientis. [Intellige ex te ipso, quæ sunt proximi tui.] Mira dexteritate opus est, & Dei consilio propria, ut peccatores vltro virtutem, vitæ que actæ crimina exponant. [Obstetricante manu eius, eductus est colubet tortuosus,] ait Scriptura. Parturienti salatæ suam adsistere, difficultates sublevare, cruciatum gemitumque minuere, denique in lucem dare id quod latebat, præsertim colubri spiras multiplices explicare, id demum magnæ cuiusdam diuinæ que artis est. Quamobrem victa foemina veritatis testimonio, comitatem tanta præcipue delinita, nequaquam refugit, nequaquam difficitur. [Video (inquit) Domine, quia Prophetæ es tu.] Regete sane intellexit Prophetam, cui incerta & occulta sapientia essent manifesta: qui procul posita mente cerneret, ore promeret. Ea est prophetæ vis propria, ut conuincat animalium audientis, ut procumbere ac dare manus cogat. Neque enim resellere potest eam, cui se ac sua non minus quam sibi esse nota peruideat. Eam præstantem prophetæ laude Apostolus magnificè extollit his verbis: [Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis vel idiota, conuincitur ab omnibus, disjudicatur ab omnibus, occulta cordis eius manifesta sunt, & ita cadens in faciem adorabit Deum, pronuntians, quod verè Deus in vobis sit.] Quod Paulus docuit, Samaritanæ factum probat, quæ simulatque rerum suarum occultarum notitia pulsata est, cessit protinus, Christum venerari serio coepit, salutaris monita ex illo quærens de adorando Deo. Omnis enim verius est sermo Pauli, Prophetæ donum ad utilitatem Ecclesiæ diuinus conferit. Omnia quippe Spiritus sancti charismata fidei & charitati seruiunt:

Galat. 6.

Ecclesiastes 31.

Job 26.

1. Cor. 14.

1. Cor. 12.

seruiunt: quorum si profectus sit nullus, vera ea esse charis-
mata existimare non equidem velim. Habuere vetera tem-
pora, habuere nostra prophetissas, neque numero paucas
neque opinione exig uas, quarum detecta tandem est vani-
tas, nullaque alia re magis probari potuit, quam quod exis-
tationi suæ plurimum inservirent, utilitatem Ecclesiæ nul-
lam tanto dignam rumore præstarent. Ad regulam mihi fi-
dei, ad regulam charitatis exigas, atque examines spiritus
istos prophetales & reuelatorios; nullus ita aurum, verum-
ne an falsum sit, lapis lydius demonstrat, atque fidei & chari-
tatis verissimus index. [Siue prophetiam secundum ratio-
nen fidei,] quodam in loco dicit Paulus: idemque alio loco.
[Vnicui que datur manifestatio spiritus ad utilitatē.] Qua-
re ubi nulla est utilitas, quam querit charitas, vera prophetia
non est. Ratio ipsa non patitur, otiosa esse tam præclarado-
na, eaque collata diuinitus.

*3. Que fue-
rit Samarita
niscontentio
cum Iudeis
et Samarita
nos imiten-
sur.*

Occasionem mulier nacta præstantis prophetæ, de re ma-
xima consulendum sibi arbitratur, quæstione ea tempestate
percelebri proposita de loco ad Deū inuocandum idoneo.
[Patres nostri in monte hoc adorauerūt, & vos dicitis, quia
Hierosolymis est locus, ubi adorare oportet.] Narrat Iose-
phus historicus Manassem sacerdotalis generis hominem,
Pontificis summi Iaddus fratrem, vxorem duxisse Isacham
quandam Sannabulat hominis Curhei Samariæ que Satrapæ
filiam. Id factum iniquè accepisse Pontificem, usque eō ut
fratri omni altaris ministerio interdixerit. Id cùm rescisset
sacerdoti coniugiumque filiæ tāquam exteræ Iudaica lege pro-
hibitum eius ignominia causam animaduerteret, templum
magnis sumptibus in monte Garilem (hoc ipso, scilicet, de
quo Samaritana mulier loquitur) ædificandum curasse, ve-
nia ab Alexandro magno obtenta, qui ea tempestate Tyram

*Iosep. li. 11.
Antiquit. c.
7. & 8.*

summa vi oppugnabat. Ei templo præfectum fuisse Manaf-
sem, atque omni pontificali officio ritu Mosaico perfundū;
plurimos verò Levitici ordinis eō commigrasse, connubio-
rum externarum mulierum cupidine captos. Qua ex re lon-
ga temporum serie inimicitæ inter Hierosolymitas Samari-
tasque exortæ pertinacibus infestisq; odijis exercitæ sunt.
Idem verò historicus autor est, quo tempore in Aegypto

regnabat Ptolomeus, cognomento Lagi, ingentem exarsisse inter utramque gentem discordiam de loco legitimo Dei adorandi. [Nam Hierosolymitae defendebant (verba enim Iosephi ascribere placet) dicentes suum templum sanctum esse, & immolationes illuc transmitti oportere: Samaritae vero siue Sichimitae ad Garizim montem destinari iubebant.] Causam porro per se imbecillem, & infirmam ut quoquo modo defenderent allegabant, Patres in eo monte adorasse: quod Samarita a maioribus acceptum, pro patria consuetudine asserenda Christo obijcit. Quia enim templi & antiquitate, & opibus, & maiestate cum Hierosolymitis Samaritae videbant se certare non posse, ad superiora tempora recurrebant, Paratumque exempla opponebant, quod Abrahā, quod Iacob in illo monte adorassent Deū, atque ibi erecto altari Omnipotenti sacrificasset. Quæ plane hæreticorum est consuetudo, ut cum Ecclesiæ autoritate vincantur, superiora tempora dissimilia fuisse causetur. Christus vero quæstioneum sibi propositam ita soluit, ut Samaritanos quidem errare doceat, Iudeos vero non errare & decipi illos quidem, sed tamē perfectos nondum esse: itaque utrosque corrigi oportere, illis veritate patefacta, quam ignorant, hos a figuris ad spiritum doctrina altiore tradueretis. Id fieri, si in spiritu & veritate adorent Deum, quemadmodū in lege Euāgelica, quæ iam emicabat, adoraturi essent veri deicolæ. Num iliud altissimum: Hęc quoniam magna sunt, ac cognita summopere necessaria, paulisper explicanda erunt.

Primum sane Samaritas grauiter errare demonstrat, neque 4. In Dei eum Iudeis villa ex parte debere conferri, quod tamen ipsis adoratione ignorant, asecum potius aliunde colere ritè nō possent, Dei Samaritani plus, quem se adorare profitebantur, lege contēpta. [Vos nis veritate, (inquit) adoratis, quod nescitis, nos adoramus quod scimus, Iudeis spiritus quia salus ex Iudeis est.] Frustra vos erigitis, & cum Hierosolymitis pugnare de religione audetis, cùm religio ipsa & lex, & templū, & sacerdotium, & ordo omnis diuini cultus Iudeo populo diuinitus datus sit: si quid gentes aliae usurparunt, inde mutuarint necesse est. Eam Iudaicæ gentis gloriā Paulus aduersus gentes nimium elatas etiā defendit: [Quid ergo amplius Iudeo est? (interrogat ipse) aut quæ utilitas Rom. 3: tū defecisse.

circumcisionis?] Cui interrogatoriū respondet. [Multū per omnē modū. Primum quidem, quia credita sunt illis eloqua Dei.] Samaritani igitur in eo peccabant, quod Deum non adorarent in veritate. Nam cū malos etiam Deos colerent, nequaquam vnum verum ac solū Deum agnoscebat, quotum cum esset, turpisimus error de Deo, erat cū Iudeis de Deo adorando & quē stulta contentio. At ne sibi nimium Iudei plauderet, Samaritanique despctis se se altius esserent, quasi veri Dei cognitione & lege imbuti, reprimunt istorum quoque arrogantiā, docetque eos esse valde imperfēc̄os, & cognitione Dei non falsa quidem, sed valde crassa præditos, haudquaquam ad id genus cultus, & adorationis peruenisse, quod esset numini maximē gratum, Deoque dignum. Namque eos in umbra & figura Deum adorare, rebus externis corporeisq; signis affixos, cū esset Deus

Ita explicat Spiritus purissimus, quem perfecti adoratores (hos enim ve
Patres: Am
ros adoratores vocat) in spiritu adorare deberent, id est, tam
prof. libr. 3. altē de illo sentientes, ut neque loco, neque signis, nequere
de Spiritu vlla sensibili illam incomprehensibilem mentem circum-
Sancto, cap. scriberent. In quo valde Iudei infirmi erant & imperfecti.
12. Cyril in Nicianū nihil ad perfectum adduxit lex,] quod Paulus
Iōn. l b. 2. ait, sed veloci parvulis pedagogus fuit illi aetati congruen-
c. 93. H̄l. tia loquens, sed quæ falsa non esset, minus tamen, quam de-
2. de Trin. cerer, intelligerentur a pueris : [Umbra enim habebat
Heb 7. lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum.] Ver
Gal. 3. ba Pauli (credo) agnoscitis, caius illa non minus : [Hoc si-
Heb. 10. goficante Spiritu sancto nondū propalatam esse Sancto-
Heb. 9. rum viam, adhuc priore tabernaculo habente statum : quæ
parabola est temporis instantis, iuxta quam munera offeran-
tur, & hostiæ, quæ non possunt iuxta conscientiam perfe-
ctum facere seruientem.] Instabat ergo legis nouæ status,
in quo & Dei cognitio maior ac prior haberetur, & sacri-
ficii offerretur verè propitiatorium verèque expiatoriū :
in quo præcipiūs cultus nequaquam in multitidine exter-
norū signorum ac varietate consisteret, sed pura sincera-
quæ fidei & charitatis studio præstaret fulgeretque religio,
quod Christianæ Euangelicæ quæ legis proprium decus, cer-
taque gloria extitit. Ea lex quoniam iam mundo per Chri-
stum

stum promulgabatur, meritò mulieri Christus dixit: [Venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate.]

Ex qua Christi cælesti doctrina primū Iudæorum peritanax stultusq; error refellitur, qui contendentes præcepta legis ritus ceremonialesque servare, nō modò Deum in spiritu non adorat, sed ne veritate quidē, ita enim præcepit illum cultū tot ambagibus plenum lex antiqua, vt tamen perpetuum non esse cūdem futurum, sed usque præfinitū tempus, perspicue doceret. Nam, vt præclarè Eusebius Casariensis disputat, vno in loco templū esse decrevit: nulquam aliis Deo offerri sacrificia permisit. [C]onstituit enim sicut unicornium sanctificiū suum in terra.] Itaque, quandiu tēplum illud stetit, versis in illud vultibus, vbi ubi gētiū essent, adorare iubabantur. At per prophetā apertissimè dictū est à Deo: [Non est mihi voluntas in vobis, & munus nō fulcepiam de manu vestra. Ab ortu enim solis usq; ad occasum magnū est non ē meū in gentibus: & in omni loco sacrificantur & offertur nō mini meo oblatio mūda, quia magnum est nomen meū in gentibus.] Cū ergo templi ruinæ etiam ipsa perierint, quæ insania est, Deum ea lege adorari velle, quæ vnicum locum præscribit, quem nullum esse iam sciās? Omnino lex ipsa se quodammodo evertit: id est, spiritus legis literam legis emendat: [Litera enim occidit, spiritus ipse vivificat.] Hoc ad Iudæos, sed ad hæreticos quid? contendunt Ecclesiam Catholicam Iudaizare, quod ceremonijs virtutatur, quod ritus factorum certos inducat: quod loca, tempora, modum, signa certa, eaque varia ac multa rei diuinæ adhibeat, hoc esse alienum ab Evangelica libertate & veritate: Christum dixisse, veros adoratores in spiritu & veritate adorare, non loco certo, non his illis ve adhibitis ceremonijs. O præclaros Evangelij præcōnes. Interim isti veri adoratores ventrē cibis omnifariam, vinoq; distendant: egregie pransi & bene potiadarent, adoratrices quoque lvas omni turpitudine imbuūt, carnis libidinem expletant, quantum queunt ita, scilicet, in spiritu, & veritate adorant. Ergo Catholicæ Ecclesiæ iens semper is fuit, non esse quidem Iudaico more cultum veri Dei vni loco affigendum, sed in omni loco licere Deum

*s. Indai re-
darguntur,
& refutant
hæretici.*

*Euseb. li. 1:
de demonst.
Evangel.
Psal. 77.
3. Reg. 8.
Mal. 1.*

1. Cor. 3.

adorare, cū religio Christiana quoquo versus mūdū impleuerit; signa quoq; externalq; ceremonias nō sic esse adhibēdas, vt in his præcipua Christiani cultus ratio ponatur, quæ maximè pura fide, & charitate sincera cōstat. Cæterū templū edificari, vt Deus præcipuo ac peculiari modo colatur, ibi alaria erigi, vbi sacrificium mundum offeratur, actiones eas situsque adhiberi, quæ maximè pietatem decent, maximè iuuāt, dies festos statos, preces etiam certas decerni, cæteraque ex disciplina veteri ab Apostolicis vsq; temporibus ad hāc ætatē perducta, à veris Dei adoratoribus aliena esse velle contendere, nihil est aliud quā copiosissimè insanire. Nū Christus certa verba non cōcipiebat in precibus, cū hymnum cum suis diceret? An Apostoli non templum adibāt ad horam orationis tertiam, & nonam? An dominicæ diei in revelatione sua Ioannes non meminit? An cœnæ dominicæ in Ecclesijs celebrandæ Paulus rationem non tradit? An viros non docuit idem aperto in Ecclesia capite orare, fœminas contrà velato? An Paulus genua non flecebat? An Petrus nō procumbebat, cū preces funderet? Num sacrificij & oblationis mūdæ per vniuersum orbem peragēdæ potest esse alius. Micheæ lensus, quā quem Catholica Ecclesia semper & docuit & tenuit? Sed mittanius insanos homines, totā Ecclesiastici ordinis historiā conuolentes: ad sanos piosq; Ecclesiæ filios orationē cōuertamus. Sic enim habetote (fratres) Deū quidem in omni loco orandum atque adorandum, vt Paulus præcipit: [Volo (inquit) viros orare in omni loco levantes puras manus.] Verū templū ædesque sacras precibus & sacrificijs frequentandas: signa quoque externa ea esse adhibēda, quæ religionem decent, quæque religionem iuvant: sed in spiritu & virtute tunc propriè adorari Deum, cū mente pura colitur, fide quidem bene informata, operibus vero nullo modo à rectâ fide discepantibus. Nam veritate adorat, quatenet de Deo, quod debet; spiritu, qui Deum amat, vt debet. Quamobrem in rationali Pontificis inscripta illa duo verba extabant, [Doctrina & veritas;] vt & de Deo sentiret, vt par esset, & Deum vitæ sinceritate & quæ coleret.

1. Tim. 2.

*Huc sensum
babet S. Th.
in Ioā. c. 4.
left. 2.*

S A B B A T O
POST DOMINICAM
TERTIAM.

Adducunt Scribe & Pharisei mulierem in adulterio deprehensam. Ioan. 8.

I Missæ hodiernæ officium attentè audi distis, facile potuisse animaduertere Christi de duas esse mulieres de adulterio accusatas, ambas divina sententia absolutas, accusatores vtriusque non modo causa excidisse, sed etiam sceleris ipsos esse convictos. Verum ut causa fuit longè diuersa, ita absolutionis ratio oppido dissimilis. Etenim Danielis historia quæ pro epistola lecta est, Susannam pudicam & sanctam matronam à sceleratissimis senibus adulterij falso insimulatam sic narrat, vt iusto ve roque iudicio per os Danielis pueri divinitus instincti innocentia defensa sit, malitia confutata atque punita. At Sancti Euangelij lectio mulierem affert adulterij non falso accusatam à Pharisæis, cædem Christi misericordia liberatam. Atque in utroque sanè facto se magnum ac mirabile Deus declaruit, & innocentem à scelerato iustitia etripiens, & reum poena commerita per misericordiam liberans: sed posterius hoc magis Deo gloriolum magnificum que, cum id totum quod fit, ipsius proprium existat, nihil hemo ibi Dei partes adiuuet, propterea quod perditio ex nobis, auxiliū ex Deo fit, vt ipse in Osea loquitur. Ob eam causam, [miserationes] Domini super omnia opera eius.] Et superexaltat misericordia iudicium.] Nā si punit & vindicat, id nostris noxiis veluti coactus agit, quarum se magnitudine ad iracundiam commoveri contra suum ingenium queritur. [Ad iracundiam (inquit) me prouocavit Ephraim in amaritudinibus suis: &

Dan. 13.

Osee. 13.

Psal. 144.

Iac. 2.

Osee. 11.

- sanguis eius super eum veniet.*] Cūm ignoscit & liberat, id
vltro ac libenter facit. Quia [volens (inquit) misericordiam
est.] Quare in alio propheta nos rogat. [Nunquid voluntatis
meæ est mors impij, & non magis ut convertatur & vi-
uat?] Iminensa proflus diuina charitatis amplitudo, mirabilisque dulcedo. Hoc esse ingenio Christum quoniam Pharisæi & Scribæ probè nouerant, quibus superbia & crudelitas magis cordi erat, insidias illi paradas, vt sancti Patres sen.
Amb. epist. 58. & 76. tiunt, ea arte putarunt vt muliere adulterij recētis convicta
in medium allata, cogeretur Christus vel mansuetudini suæ
Aug. tract. 33. in Ioan. 3. in Greg. 1. Mo ral. c. 6. Eu thymus hic. clementiæ que deesse, atque eo modo popularē opinionem
fauorēq; minuere, vel certè dū mansuetus esse pergit, iusti-
tia resistere, legemq; cōuellere. Sed frustra iacit rete (ait
Sapiens) ante oculos pennatorum,] vidit enim diuina sua Sa-
pientia cœlestis Magister, quemadmodum misericordiā iu-
sticiæ inungeret, clementiam in noxios cū legis obliterantia
copularet. Apud Ezechielē depingitur pulchritùe Cherub ha-
bens simul leonis, simul hominis faciē: Cherub idein libro
3. Reg. 7. Regum describitur habenas tenens hinc bouis, inde leoni-
nis, quibus Scriptura indicat prudentiæ esse severitatē cum-
benignitate coniungere, atque ita frœnare & vindictę asper-
ritatem & indulgentiæ remissionē, vt nihil altera alteri no-
ceat, simulq; sapientiæ legibus rectum iter incedat. Quam-
Psal. 44. laudem præstantissimam Christi Beatus Propheta carmine
suo egregio celebrat. [Speciosus forma (ait) præ filijs homi-
nūm: diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te
Deus in æternū. Accingere gladio tuo super femur tuum
potentissimè. Specie tua & pulchritudine tua intende pro-
spere, procede, & regna. Propter veritatem, & mansuetudinem,
& iustitiam, & deducet te mirabiliter dexter tua.] Il-
lius diuinæ dexteræ mirabiles ductus in conflictibus cū ve-
ritatis aduersarijs initis, hodiernus dies declarat, in quo die
mansuetudo est oppugnata, iustitia pulsata, veritas invicta,
atque viætrix, & mansuetudinem, & iustitiam æquè tutata,
omni disiecta aduersariorum machinatione.
- 2. Pudori* [Hæc (inquiunt) mulier modò deprehensa est in adulterio.] Quæ tunc fuerit illius foemina perturbatio, velim con-
peccatoris pycendum. sideretis, qualis facies, oculi depresso, rubore ex yerecundia,
pallor.

pallor ex metu, cōspectus totius populi, accusatores acriter
instare, mulier tāti iudicis sententiā malē sibi cōscia, severis-
simā expectare. Hic ego vos quāso illud cogitetis, si cōditio
illi fœminæ offretur, vt sola apud solum Christum crimen
cōfiteretur, impetratura sine dubio veniam, quā esset liben-
ter conditionem receptura, quas etiam gratias legem eā fe-
renti actura? O nos ingenti profectō beneficio affectos, qui-
bus reatus cōscientiæ omnes apud sacerdotem Dei, sola con-
fessione expiare concessum est. O absurdam nostræ ingrati-
tudinis tantæ socordiam, qui etiam ad confessionem pigrī
sumus, neq; Deo pro tanto munere gratiam habemus: [Dic-
tu iniquitates tuas prior vt iustificeris,] ait Esaias, Dauid ve *Iuxta 70.*
rò de se. [Dixi confitebor aduersum me iniustitiam mē Do *Esat. 42.*
mino, & tu remisisti impietatem peccati mei.] Paulus autē, *Psal. 37.*
[Si nos metiplos diiudicaremus, non vtiq; iudicaremur.] Ma *1. Cor. 11.*
gna Dei benignitas in nos quibus ita mentis salutem procu-
randam præcepit, vt pudori simul nostro summoperè con-
suleret. Cōscientiam quidē sanari vult, sed famam labefacta-
ri nō vult, siquidem potest occulto remedio recuperari sa-
lus. Bene eam rem Diuus Leo in quadam sua decretali episto-
la docuit illis verbis: [Ne de singulorum peccatorum gene-
re libellis scripta professio publicè recitetur, cum reatus
conscientiarum sufficiat solis sacerdotibus indicari confes-
sione secreta,] ac mox, [sufficit enim illa cōfessio, quæ Deo
primum offertur, tunc etiam Sacerdoti, qui pro delictis pœ-
nitentium paccator accedit.] Quam Ecclesiæ Catholicæ se-
cretę confessionis consuetudinem aduersus Nouatorum im-
pudentiam Sacri Tridentini Concilij decreta defendunt at-
que assertunt. In lege veteri imperatum est, vt qui ven-
tris onus positurus se le extra castra cōferret, vna secum pa-
xillum cingulo appositum gestaret, quo eas fœces quibus
releuatus esset, ipse terra eruta circum tegeret: additq; Deus
eius præcepti rationem quod cum esset sanctus & mundus,
castra quoq; atque habitacula populi sui munda esse meritò
vellet. Hic si litetæ corticē solammodò spectamus, sanè pue-
riliſ ea lex videri queat, neque Dei maiestate vlo modo di-
gna, quæ de paxillo gestādo, & stercoribus occultādis præci-
piat: sin spiritum ea humilitate literæ inclusum intuemur,

*Leo epistol.
80. de pœ-
nit. d. 2. cap.
quauis ple-
nitudo, & d.
1.c. sufficit.*

*Cone. Trid.
Sess. 14. ca.
5. & can. 6.
Dent. 23.*

salutare grauitatisque plenum consilium capimus, ut si animi fortes ita homo purget, ut neque alios horrore offendat, neque se ipsum ignominia deformet. Quod si in taliis peccatis eluendis procurandisq; ea te formam tenere lex vult, quid in alienis procurandis expediat, facile videris, cum alie-

Ifidorus lib. ni honoris & famae nullum penes te ius sit. Antiquum Patruin
3. de summo consilium est, [oportere non solum oculos castos ternare,
bono ca. 38. sed & linguam: nec quid in cuiusquam domo agatur, alia domas per nos unquam nouerit.] Sed Pharisei & Scribæ vi po-
16. q. 1. Ex te superbi atque inhumani neque salutem foeminae stupro
merito. perditæ curabant, neque pudori ignominiaeque parcebant.
 Tempus potius locumq; captant, quo res manifestior fiat, in templum adeunt, Christum concionantem interpellant, populum à concione ad infame spectaculum auertunt. Pro-
 fusi inepti & importuni. Quid enim templo sacro cum foro
 criminali commune? Quid suggestio concionantis cum tri-
 bunali iudicis? Sed ferus & crudelis animus inusitata & noua
 ad vindictæ furorem magis probat.

3. Crimen adulterij graue. [In lege (inquit) mandauit nobis huiusmodi lapidare.] Certè verum. Ad adulterum atque adulteram nec dari lex imperabat, estque lex ea iustissima. Nam si profuso & rapina vita eripitur nocenti, longe maiorem mæchi offensam pa-
Levi. 20. ri suppicio vindicari non erit planè iniquum. Salomon qui-
Deut. 22. dem ita hæc criminis inter se confert, furtique praे adulterio
 leue in esse noxiam censet, ex eo quod lex Mosis furè nequa-
Prov. 6. quam morte multaret, sed quadruplum restituere iuberet:
Exod. 22. adulterum autem non nisi capite luere posse. Nam & marito, & liberis, & ipsi Republicæ fit iniuria, quam omnes Re-
 publicæ quanvis barbaræ capitali poena dignam censuere.

Adulteros Apostolus excludit à regno Dei, soletque in
1. Cor. 6. hac etiam vita agentes diuina iustitia grauiter plectere eodem saepere peniso auctoque danno, quod in Davide aperi-
2. Reg. 31. tilissime intuemur, cui obcepitam Vræ coniugem mina-
 tus est vxorum foedam constuprationem, eamque plane
 inurendam notam, quod re ipsa est passus ab ipso filio inau-
 dita ignominia incestu nefario violatus. Tu (inquit) fecisti
 occulte: ego autem faciam verbum istud in oculis solis huius.] Nulla ratio patitur, ut tu fidem tibi ab uxore tam stricte
 seruari

seruari velis; idem sollicites, & perficias, ut alterius uxoris viro
suo fidem obseruet nullam. Iob te ipsum eidem poenæ addi- Iob. 31.
ci volebat, si lapsus esset, ita enim loquitur. [Si deceptum est
cor meum super insulare, & si ad ostium amici mei insidiatus
sum, scortum alterius sit uxor mea, & super illam incuruen-
tur alii.] Hoc enim (attendite laneti Iob verba) nefas est, & ini-
quitas maxima: ignis est usque ad perditionem deuorans &
omnia eradicans genimina.] Fadum vitium quo fortunæ euer-
tuntur, quo honos atque existimatio fædatur, quo vita ipsa
perilatur, & perditur, & quod fortassis amplius extimu-
let generis propagatio maximè tollitur. Res est certa; mæ-
chos progeniæ posteritatis abrumpere: cuius sunt rei testes
tot Imperatores Romani, tot Cæsares, quorum propter ne-
faria adulteria posteritas vel nulla vel perexigua fuit, ut vix
patri incessisse in imperio filius reperiatur: testis etiā He-
rodes qui Philippo fratri eripuit uxorem, ipse liberos hære-
des regni nulos reliquit. Illud verò vel ridiculum, vel intole-
rabile potius, quod tam leueri in uxores mariti sint, sibi ipsis
id criminis leve ducant, quod hodierni Pharitæ iactabant,
ipsi in omnem libidinem effusi, aduerius miseram foeminam
fragilitate peccantem tanta acerbitate inflammati, cuius de-
buerant potius misereri & tegere lapsum.

[Iesus autem inclinans se deorum dito scribebat in
terra.] Dissimulabat Dominus, nolens mortis proferre ten-
tentiam. Facto ipso docens ministros suos caulam sanguinis,
quanois iastam quoad licet defugiendam: quod Ecclesia in
viris sacris seruat, quod sacerdotium Christianum plenum
lenitatis esse deceat: magisque perfugium patere miseris,
quam vindictare eos uirgini, religiosa dignitatis sit. Simul illo
mirabili atque inuisitato factio scriptio eo tempore, &
loco significare voluit, ut Hieronymo, & Ambroso placeat,
eos homines de illorum esse numero quorum spiritus Dei
in terra nomina scripta doceat, non in cælis quemadmodum
Apostolorum, cæterorumque clætorum. Legem quidem
Deus scriperat in tabulis lapideis, quam corda illa dura, & sa-
xæ tenebat litera, sine vita spiritus. Eam minime ab illis ob-
seruari, sed proculari potius obliterarique vestigijs ut
ostenderet, dito scribebat in terra. Utinam scribat in cor-

4. Quorsum
in terra Chri-
stus scripse-
rit. Fanet

Euthymius.
August. 4.

lib. de cœsen.
Euang. cap.

10. Ambro.
Epist. 76.

& Hieron.
lib. 2. contr.

Pelag. illud
Hieremie

17. Recedē
tes atque in
terra scribē-
tur, volunt

hac scriptio
ne Domini

significatum:

aduersus
Phariseos.

Lnc. 11.

Hier. 3.1. de, quod per Hieremiam promisit, neque in tabulis lapideis
i. Cor. 3.1. sed in tabulis cordis carnalibus, ut Paulus loquitor, Dei man-
 data insculpta gestemus.

5. Superbos. [Qui sine peccato est vestrum primus in illam lapidem
 proprijs vi- mittat.] magna Christi gloria superbū confundere, infir-
 mitis confun- mū & pusillū de illius furore eripere. [Conuertetur dolor
 dendorum. eius in caput eius.] & [Sagittæ tuæ acutæ in corda inimico-
Ps. 7. rū eius,] & [eripiēs inopem de manu fortiorum,] & [parcer
Ps. 44. pauperi & inopi,] & [humiliabit caluniatorē.] Et [tu humi-
Ps. 34. liaisti sicut vulneratū superbū,] & [Disperge superbos in fu-
Ps. 71. rore tuo, & respiciēs omnē arrogantē humiliā.] Et [qui ap-
Ps. 88. prehendit sapientes in astutia sua.] Innumerabilia sunt testi-
Iob. 40. monia sacrarum literarum, quæ Deo propriam gloriā ascri-
Iob. 5. bunt in contūdēda superbia, malitiaq; refellenda hominum
3. Corin. 3. corum qui se iactant, præ se alios despiciunt atque cōculcāt.
 Est verò præclara diuinæ sapientiæ ars, ipsūm accusatorem,
 iudicem in pari causa sui facere, vt reum le & quæ agnoscens, si
 se absolutam velit, absoluat pariter alterum, aut si condemna-
 re pergit, eidem se pœnæ astringat. Neque enim ratio pati-
 tur, quorum est causa par, disparem esse lententia, cùm Deus
 acceptor personarum non sit. Ergo qui in alterum paratus
 est dicere, vitio ipse vacare debet. [Qui alterum iudicas, te ip-
Rom. 2. sum condemnas.] Dicit Apostolus, & verissimè dicit. [Eadē
Deut. 25. enim agis quæ iudicas. Existimas autem o homo qui iudicas
 eos qui talia agunt, & agis eadem quod tu effugies indicium
Prov. 20. Dei?] V. etabat iustissimè lex ne quisquam duo pondera,
 duas ve mensuras haberet: idque esse Deo abominabile Sa-
 lomon confirmat. Nemo igitur sibi persuadeat diversa se mē-
 sara, diuersa alios esse metiendos. Facilè blanditur sibi quis-
 que atque ignoscit: in aliena peccata difficultis & severus. Ne-
 que verò ea est iustificandi se ipsum probata & secura ratio,
 aliorum criminis desplicere & notare. Magna est nimurum hu-
 manæ mentis cæcitas, magna in iudicando temeritas, in alios
Horatius. censura severa, in nos ipsos remissa. [Cùm tua peruidreas
 (dixit commode in satyra ille poëta) oculis mala lippus
 inunctis, Cur in amicorum vitium tam cernis acutè?] Quod si censores esse capimus, à nostris vitijs censura in-
 choetur, neque nostra vitia manticæ quæ à tergo est com-
 mittan-

mittamus, aliena à fronte pendenti ut vetus paræmia monet. Namque ut misericordes atque mansueti, & modesti & humiles esse dicamus, sinit nos Deus bonus sæpenumerò in fæda atque indigna prolabi, magisque eos probat medicos animarū, qui vulneribus suis alienis mederi cū humilitate didicerunt. Si alium peccare molestè fers, tui ipsius prior habeto rationem. [Qui sine peccato est primus in illam lapidem mittat.] Hac vñica diuina sententia iudicæ omnia temeraria comprimuntur. [Quis enim gloriabitur castum se habere cor? aut quis est qui dicere possit, Non peccauit?]

Pren. 20.

Audientes autem hoc vñus post vnum exibant.] Incre
dibilis est conscientia extimulantis vis. [Traducent ait sa-
piens, illos ex aduerlo iniqüitates ipsorum.] Psalmus etiam Phariseos
non secus. [Existimasti perperam vel iniqüè, quod ero simi-
lis tui? Arguam te & statuam te contra faciem tuam.] Quām
turpis & execrandus conspectus cum cogitur celestus sui-
met esse spectator? Quām fæda facies quām ipsis sui amato-
ribus intolerabilis? [Ponam abominationes tuas in medio
tui,] ait Deus in Ezechiele. Acutè Seneca dixit, [sceleris Seneca lib.
in scelere supplicium esse, & hanc poenam sequi, timere
semper & expauescere :] Mala etiam facinora conscientia
flagellare, & plurimum illi tormentorum esse. Coar-
guit enim eos conscientia & ipsos sibi ostendit. Conuicti
igirur flagitorum conscientia, capite demisso, facie sus-
fusa eadem regrediuntur via, qua venerant, tumidi illi &
præferoces accusatores. Homines latere se putabant: oculis
Dei abscondi non poterant. Ergo deferunt causam, quam ip-
si dicere iubebantur: de actoribus se in reos versos ferre nul-
lo modo potuere. Alias nundinas petunt, qui eas sibi tam ma-
le procedere animaduerterant, capti ipsi, qui capere Christum vellent.

6. Conscien-

tia vittos

cessisse.

Sap. 4.

Psal. 49.

Ezech. 7.

Seneca lib.

16. Epist.

98.

Cardin. lib. 30. manu. 10. folio 103

7. Quomodo

Christus ab

soluat à pec-

catis.]

[Vbi sunt quæ te accusabant? Nemo te cōdēnauit? Nemo
domine. Neq; ego te cōdēnabo. Vade in pace & amplius no-
li peccare:] Felix adultera quæ à se ipsa condemnata, à Do-
mino absoluitur. Pharisei idonei iudices esse non pos-
sunt, qui non minora peccarint, ideo non condemnant; ne
seiplos vñam condemnent. Christus idoneus iudex qui nihil
vnquam:

- Psal. 24.* vñquam peccauit, absoluuit ream, quia reatum mortis trans-
fert in se. Misericors prouersus & iustus. Per misericordiam ig-
noscit, per iustitiam se ipsum addicit: vt Dominus remittit
debitum, vt Redemptor soluit pro debitore, & quam plenè
soluit: pro homine moritur Deus. [Dulcis & rectus Domi-
nus, propter hoc legem dabit delinquentibus in via.] Quæ-
Pron. 31. nam lex ista? [Et lex clementiae in lingua eius.] Si de Ecclesia
id, multo magis proprium Christo. [Vade in pace, noli am-
plius peccare.] Præterita condonantur: futura caue, neque
Rom. 6. enim in peccato manendum, vt gratia abundet. Misericordia
præterita mala tollit, non concedit futura. Gladium si capu-
lo accipias, vsui est: sin aciem premas, perniciem assert: sic se
habet misericordia Dei, si eam ad præterita cogitas, prodest:
sia ad futura committenda inuertis, nocet. [Vade in pace,
sed noli amplius peccare.] [Vt vltra iam non seruiamus pec-
Rom. 6. cato, scientes quia vetus homo noster simul crucifixus est.]
I. Pet. 4. Sufficit enim præteritum tempus ad voluntatem gentium
consumandam his qui ambulauerunt in luxurijs, desiderijs,
vinolentijs, comedationibus, potationibus, & cætera quæ
Petrus adjungit. Præclarè Augustinus in hodierno facto
August. ser. Christum (ita) misericordiam ostendisse ait, vt peccati licen-
47. de ver- tiam cohiberet. [Intendant (inquit) qui amant in Domino mā-
bis Domini. suetudinem, & timeant veritatem. Etenim dulcis & rectus
dominus. Amas quod dulcis est, time quod rectus est. Qui
modò sustinet peccantes, indicaturus est contemnentes, lar-
gitur tibi spatum correctionis, sed tu plus amas dilationem
quam emendationem, sed expectas & de misericordia Dei ti-
bi plurimum polliceris, quasi ille qui tibi poenitenti promi-
fit salutem, promiserit etiam longam vitam. Vnde scis quid
pariet dies crastinus?] Et post nonnulla: [Propter illos qui
desperatione periclitatur, promisit indulgentia portū. Prop-
ter illos qui spe periclitantur & dilationibus illuduntur, fe-
cit Deus diem mortis incertū. Quando veniet ultimus dies?
Ingratus es qui hodiernum habes in quo corrigaris. Sic er-
go ad istam mulierem. Nec ego te condemnabo sed facta se-
cura de præterito, caue futura. Deleui quod commisi, ob-
serua quod præcepi, vt inuenias quod promisi.] Hæc Aure-
lius Augustinus. Itaque omitti non debet ordo dñigæ sapiæ

ritæ in absoluenda rea muliere, Primum inimicos illius compescit, ne ipsi condemnent miseram, [Vbi sunt qui te accusabant? Nemo te condemnauit? nemo Dominus,] [Si enim Deus pro nobis, quis contra nos? Deus est qui iustificat, quis est qui te condemnat? Iesus Christus qui mortuus est pro nobis qui etiam resurrexit.] [Vbi sunt qui te accusabant?] Quā dulce verbum afflīt̄ & animæ, cūm se erectam ex inimicorū insidijs & vi cognouerit. [Cum placuerint (inquit) Domino Proh. 16. viæ hominis, inimicos quoque eius conuertet ad pacem.] De inde sententiam suam Christus promisit, [Neque ego te condemnabo.] O saustum fortunatumque iudicium, cuius existens is sit quem optare vix posset. Sed hanc Domini gratiā, qua non imputat culpas, qua delet & tollit, pax sequitur admirabilis, suauitatisque conscientię. [Vade in pace.] [Beati quorum remissæ sunt iniquitates & quorum tecta sunt peccata. Beatus cui non imputavit Dominus peccatum, neque est in spiritu eius dolus.] Vera enim pax est conscientię de venia impetrata, sed in futurum magna cautela. Noli amplius peccare, vt misericordia Dei proficiat in bonum, & peccatum destruatur, & gratia abundet in Christo Iesu Domino nostro. Amen.

DOMINICA QUARTA IN QUADRAGESIMA CONCIO

PRIMA.

Unde ememus panes ut mēducēt hi. Ioan. 6.



VOD in alijs Christi factis non adeò vñstatū est, vt idē omnes quatuor Euangelistæ ex professō narrent, id ia hac mirabili historia cernimus, quam sacerorum Euangelistarum vñaliquis que quasi propriam materiam distinctè perscritur. Nam & res ipsa iucundissima atque illustrissima est,

1. De tripli ci pane dico ē dum.

& my,

& mysterium sine dubio magnum insinuat. Ac nos quidem in oratione Dominica divinitus edocti quotidie panem nostrum perimus a patre. Est verò triplex panis genus quod à nobis postulari in oratione dominica, cum dicimus: [Panem nostrum quotidianum da nobis hodie,] Patres interpretantur.

Aug. defer. Augustinus præsertim ita scribens: [Oportet ut Domini in coniuncte accipiantur omnia tria, ut scilicet quotidianū panem simul petamus, & necessarium corpori, & sacramentū visibile, & inuisibile verbū Dei.] Est panis corporalis, est spiritualis, est etiam sacramentalis. His tribus panibus indigemus, quorum omnium largitionem ac distributionem non absurdè hodiernū Christi factū repräsentare mihi videtur. Ita que de singulis non nihil etiam dicere opera & pretium dicimus: sed de spirituali & sacramentali dicemus hodie; corpora lē in aliud tempus commode referuimus.

*2. Panē esse
verbū Dei.*

Matt. 4.

Ecc. 15.

*Ambros. in
Lac. lib. 6.*

*Nicetas in
oratione
Gregor. in
sanctam Pē
tecossem.*

Amos. 8.

Psal. 101.

Panem quidem spiritualem, ut hinc exordiamur, verbū Dei esse constat: ut enim materiali pane corpus alitur visusque recuperat, sic animus Dei verbo sustentat ac resuscitat. Non frustra Christus dixit. [Non in solo pane hominem videre, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.] Sapiens quoque non dilsimiliter de iusto afferuit, [Cibabit illū pane vitæ & intellectus.] Rectè protius Ambrosius hoc Christi miraculum explicans: [At verò hic panis, inquit, quem frangit Iesus, mysticè quidem verbū Dei est, & tertio de Christo qui cum diuiditur, angetur.] Nicetas quoque Nazianzeni vetus interpres, quinque panum allegoriam ad doctrinam de Deo ex sensibus ac naturali cognitione partam acommodat. Cuius panis divini inquam verbi inopia vel potius neglectus homines conficit, atque ad extremam perniciem agit. Duras proinde minas ac non mediocrem iram Dei accipere debemus, cum per Prophetam sic prædictit: [Emittam famem in terra, non famem panis, neque siti aquæ, sed audiendi verbum Domini: ac deinceps. In die illa deficiunt virgines pulchræ, & adolescentes in siti.] Nam quo pacto vel state poterit, vel Dei mandatorum viam ingressi, qui salutari pane Dei verbo carne rit? Nempe id præclarè David confebat, cum expertus de se confiteretur: [Ossa mea sicut crenum aruerunt, quia obli-

oblitus sum comedere panem meum.] O quam illi felices habendi sunt, qui in domo Dei abundant panibus, tum verò audiē & cum voluptate veluntur, qui & audiunt libenter & secum meditantur, & cum alijs quoque suaviter communicant eloquia cælestia. [Verbum Christi abudanter habitet in vobis:] aiebat Paulus. Vix est reliqua spes eorum sa- Cor. 3,
latiss, qui doctrina Christi carent: at eorum certissima despe- ratio existit, qui oblatam vltro fastidiunt rei ciuitque. [Om Psal. 106:
nem escam abominata est (inquit) anima eorum.] quid planè sequitur? Appropinquauerunt usque ad mortem,] Feretro inferri in tumulum narrat, eismodi cibum omnem spiritale pertælos. Quid igitur sentire par est de istis hominum ocio sicut gregibus, qui cùm habeant concionatores Dei & multos & præclaros, omnes vituperant, neminem probant, nemini aures accommodant, in nūgis tempus omne vitamque transfigunt? Istos ego tanquam deploratos extrema clade perituros minime dubito.

Quemadmodū verò diuini huius panis largitio fiat, quem 3. Verbum admodum infinitis hominum turbis erogetur, pulchre nobis Dei multi- hodierni conuiuij ratio declarat. Christus quidem Philippū plicari interrogat, [Vnde ememus panes, ut manducemus hi?] Si quis au- star horum tē consideret in numeros in Ecclesiam hoc ipso die conflu- tium ceteris, eosque omnes cœlestis doctrinæ avidos ab ynis ore pendere, meritò queret, vndē tot millibus idonea ali- menta suppeditari possint. Centenos & quinquagenos discu- buisse illos Euangelistæ referunt: at hodie milletos ac de- cies millenos in templis diuini verbi conuiuio intelle- cernas. Quād incundum spectaculum atque magnificum? Prædicatores instar Apostolorum de manu Christi sacra ali- menta verbi capiunt, eadem populis circumfusis distribuūt. Ex paucis illis panibus cibi multiplicati tot millia satiarunt: ex uno atque eodem hoc pane Euangelij innumerabiles conciones, atque tractatus sunt. Quot de eadem re commen- tationes? quot exhortationes? ex que quād variae? quād pulchræ? quād mirabiles? Quisnam, quæso, tantam copiam ex modica semente afferat? Nimirum manus illæ, quæ panem hordeaceum in deserto ita multiplicarent, vt nullibus tot iussiceret, ab eisdem panis verbi diuini incre- menta.

menta fascipit tam magna, ut ipsi etiam qui alijs partiu-
tar & portigunt, admittentur, sic enim, se res habet cum su-
mit codicem doct or, inuenit aliquid, cum cogitat quomo-
dò populo exponat, amplius occurrit, in ipso vnu scribendi
& docendi mirifice augetur & crescit. Id de se Augustinus

August. lib. 1. de doct. Christiana, cap. 1.

egregius diuini panis dispensator ingenuè confitetur. Ita
caim scribit. [Illi quinque, & illi septem erant panes, ante-
quam inciperent dari elurientibus, quod ubi fieri caput, co-
phinos & sportas satiatis hominū tot millibus impleuerunt.

Si cum ergo ille panis dum frangeretur accreuit, sic ea quæ
ad hoc opus aggrediendum iam dominus præbuit, cum dis-
pensari cæperint, eo ipso suggestente multiplicabuntur, ut in
ipso hoc nostro ministerio nō solùm nullam patiamur ino-
piam, sed de mirabili etiam abundantia gandeamus.] Hęc Au-
gustinus, in quibus illa vox consideratione dignissima est,
[Ille panis dum frangeretur, accreuit:] cui congruit Ambro-
sias dicens, eum panem verbi Dei dum diuiditur, augeri.
Meritò enim sanctus Pater id quod ad diminutionēi panis
pertinere videbatur, id est fractionem, potius incremento
inservisse commendat, ut panis spiritealis vnum eo exemplo
explicaret, qui tanto vberior fit, quanto amplius comuni-
catur.] Dominus dabit verbum Euangelizantibus vi: tu: e:
multa Propheta decantat. Manus ergo divina multiplicat
panem, cui benedicit.] Etenim benedictio Domini dñites fa-
cit] iuxta Sapientis dictū. De uno ergo atq; eodem hoc Eu-
gelio vel hoc ipso die cōciones tot tamque vberes & pra cla-
ræ fient, in alijs atq; alijs Ecclesiasticis audientijs, vt agnoscat
pius Dei cultor, cœleste esse miraculum, cœleste conuiuū,

Psalm. 67. Pron. 10.

4. Verbum Dei per mi-
nistros distri-
bus ordina-
tis & suffi-
cienter, ut itē qui & acciperent ipsi, & alijs darent. Quorsom hęc? Pri-
mum ut intelligatis, ordinem Deo placere in Ecclesia: ne-
que omnium esse omnia agere; sed alios esse oculos iux-
ta Apostolum, alios pedes. Et ipse (inquit)] Dedit quosdam

Ephe: 4. quidem Apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero
Euan-

Euangelistas, alios autem pastores & doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi.] Dionysius quidē in sua illa Ecclesiastica Hie- Dionys. cap.
 rarchia triplicem gradum ponit instar cœlestium, purgantium, illuminantium, ac perficiendum: cui respondent corū hierarch.
 qui purgantur, & illuminantur & perficiuntur diversi ordines. Babylonis sanè princeps, id est, diabolus apud hæreticos omnia miscet atque perturbat. Deinde illud docemur, debere sacerdotem ac prædicatorem à Deo accipere, quæ populo habet tradere. [Conuisij enim ut ait Cyrillus, princeps Cyrill. li. 3.
 Christus est, atque cœlestibus & diuinis disciplinis, conuiuas in Ioh. cap.
 accipit suos, idque non per se ipsum, sed ministerio Aposto- 18.
 lorum gratiam eius nobis ministrantium facit.] Quod cum ita sit, lectione diuinarū Scripturarum opus est, nec lectione nuda ac ieunda, sed meditatione in Deū intēta, oratione, plixa & ardenti, si fructuose docere volumus, si latiare hominū desideria, si explere esurientium famam. An oblii sumus cōsiliū Apostolorum: [Nos verò (inquiunt) orationi & ministerio verbi instantes erimus.] Orationem verbi ministerio necessario coniunctam arbitrati, ut orando diuinitus acciperent, quod prædicando, alijs prodeßent. Ex Dei cōspectu ipi ritum atque ignem salutarem mens capit. [In dextera eius, ait Moyses, ignea lux: & qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius.] De qua re eximij doctoris Au- Act. 6.
 gustini præceptū singulare illud est: [Agat noster eloquens, Deut. 32.
 vt intelligenter, vt libenter, vt obediente audiatur: & hæc Aug. lib. 4.
 se posse, si potuerit, magis pietate, magis orationum, quam de doctrina
 oratorum facultate non dubitet: ut orando pro le ac pro illis Christ. c. 15.
 quos est allocuturus, sit orator antequam dictor. Ipsa hora iam ut dicat accedens, priusquam exerat proferentem lin-
 gham, ad Deum leuet animam sicutem, ut erudit quod bi-
 berit, vel quod impleuerit fundat.] Quo præclaro Augustini præcepto, si ecclesiastici doctores paſsim vterentur, vbe-
 riores sine dubio suarum cōcionum fructus essent relaturi.
 Tertium iam hinc documentum capere licet, quo pacto di-
 uini verbi alimonia sumenda sit. Sedere iussit Christus atque ordinatè discubere eos, quos pascere volebat. Amat vide-
 licet quietos ac mansuetos auditores doctrinae Dei: non cu-
rioſos,

Iacob. 1.

riosos, non arrogantes, atque audaces.] In mansuetudine (aī Jacobus) [suscipite insitum verbum, quod potest salvare animas vestras.] Omnibus providet ille magnus pater familias, neminem contemnit, aut præterit: vnicuique id maximè tribuit, quod commodissimum nouit. Accipiat igitur quod sibi quisque diuinatus oblatum videt. Nulla est tam vulgaris abiecta que concio, in qua non sit aliquid quod saluti tua proficer possit. Id tibi accipe ac ferua, desine porro vel concionatori detrahere, vel alias carpere, in quos illum dicere intelligis. Perinde enim placuisse euenit auditoribus, atque per ruris solet in ientaculis, qui in cibos socijs datos oculos intendunt, suos negligunt, aliorum partibus inuident atque obloquuntur. Ita neque suis fruuntur iucundè, neque alios frui sinnunt. [Quid ad te tu me sequere,] ait Christus, Petru de Ioāne per quairenti [Quæ præcepta sunt tibi illa cogit a semper.] Ergo in cælesti conuiuio suas quisque partes accipiat, studio se quod ad se pertinet, animo memorięque commendet. Iam cōsideratione minimè vacat, quod diligipulis præcepit Christus colligere fragmenta quæ superfuerunt, collecta vero sunt multo plura quam fuerant expensa. [Reliquæ, inquit David, cogitationis diem festum agent tibi.] Ea quæ alijs Euangelicus dispensator erogat, sibi ipsi profutura sciat, si se collegerit, si conseruare in corde didicerit beatissimæ Virginis exemplo Dei verba, quæ tractat. Ita non modò penuria non patietur ullam, qui cælestes thesauros erogat, verū etiā largiendo ditescet. Quin etiam Augustini sententia, illa sacerdotibus reseruantur, quæ populus minus percipit. [Quæ sunt (inquit ille) fragmenta, nisi quæ populus non poterat manducare? Quid ergo restat nisi ut secretiora intelligentiae quæ non potest capere multitudo, illis credantur, qui donec sunt & alios docere valent, sicut erant Apostoli: vnde & duo decim cophini impleti sunt.]

*Ioan. 21.**Ecli. 3.**Psal. 75.**Luc. 2.**Aug. trah.**14. in Ioan.**5. Sacramē talis cōuiuij nē hoc con- uinium.*

Hactenus de pane spirituali, nūc de spirituali & corporali simul, idest, sacramētali pauca dicamus. In quo genere vide fuisse imaginē nēpe est excellētius multo miraculū eo ipso quod hodie Christus patrasse memoratur. Nā si quis attente scripturam Euangelicam legat, inueniet planè occasione huius conuiuij in deserto acti de illo altissimo Eucharistiæ conuiuo ser-

sermonem esse institutum à Christo apud hunc eundē Ioan-

Ioan. 6.

nem, qui in eodem capite Christum Iudeos alloquentē ita inducit. [Quæritis me non quia vidistis signa, sed quia manducatis ex panibus & saturati estis, operamini non cibū qui perit, sed qui permanet in vitam a eternam, quem filius hominis dabit vobis.] Quisnam porrò ille panis sit, mox aperit illis verbis, [Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita.] Hunc ergo panem corporis Christi nos petere in oratione Dominica Cyprianus scribit his verbis: [Panem nostrum vocamus, quia Christus noster, qui corpus eius contingimus, panis est. Hunc autem panem dari nobis quotidie postulamus, ne qui in Christo sumus, & Eucharistiam quotidie ad cibum salutis accipimus intercedente aliquo grauius delicto, dum abstenti & non communicantes à cœlesti pane prohibemur, à Christi corpore separemur.] Quin etiam Alcuinus grauis autor & perantiquus idè mentionem festi paschalæ à Ioanne factam notat, ut cœnz dominicæ quædam insinuatio fieret. Vide iam, quām sit longè maius miraculum quod quotidie frequentat Ecclesia. Illic de panibus quinque saturati sunt homines quinques mille: hic de uno eodemque pane vescuntur infinita millia fidelium. Quin potius ab initio nascentis Ecclesiae usque in diem hodiernum, atque ex hodierno in ultimum usque diem, & sufficit & sufficiet omnibus panis unus. Fragmenta vero quis non miretur, ubi fractus panis nullo modo minuitur, sed integer manet, & quæ in toto & quæ in partibus habens? Nonne audisti scilicet carmen cœlestis, [Sumit unus sumunt mille, Quantum isti, tantum ille, Nec luctus consumitur.] Propterea mysterium fidei appellatum est, ubi quod certò credis Christiane, sensum omnino superat, neque dubitas tamen, neque metuis dispendium. Atque erant quidem panes illi hordeacei, sed manibus Christi attracti, ac cœlesti benedictione donati, omni ambrosia dulciores effecti sunt, omni regia placeta pretiosiores. An id in Eucharistia non sit, ut panis terrestris ac communis veniat ad altare, ubi vero Christi manibus & verbis, id est, sacerdotali consecratione mutatus fuerit in panē plusquam Angelicum ac supersubstantialem

Cyprian. in
exposit. ora-
tion. Domi-
nic.Alcuin. in
catena San-
cti Thomæ.

Amb. lib. 4. tialem euadat? [Panis communis est, inquit Ambrosius, ante de sacramē. verba sacramentorum: vbi accesserit consecratio de pane fit caro Christi.] Hic est panis de cælo descendens, vt si quis ex ipso manducet non moriatur in æternam. Est nouum manna omnem habens saporis suavitatem.

*Ioan. 6.**Sap. 16.**1. Cor. 11.**Luc. 12.**Psal. 147.*

Iam in hodierno cōmūnū Apostoli & sumebant à Christo panem, & alijs ipsi porrigeabant: Apostolorū functionē sacerdotes obeunt accipientes simul ac prēbentes diuinās epulas: quibus sic congruit vt sumāt & dent cæteris. Quomodò autem aceperit populus Iudæorū illos panes, tenetis: discubere in fœno iussi sunt, si meministis, & sic quieti & cōpositi expectare suū cibum. Sui ipsius cognitionem accuratā postulat mensa cælestis, vt fœnum suū cogitet homo non p̄tereunter, sed diu veluti insidendo. [Probet se ipsum homo (clamat Paulus) & sic de pane illo edat.] Neq; verò pro voluntate cuiusq; panis porrigebatur, sed pro Apostolici arbitrii censura, vt puerο portio minor viro robusto maior attri bueretur. Non omnes eadē mensura metiendi, vt det illis in tempore tritici mensuram. Apertius dicam, quidā commenī care, vel quotidie vel frequentissimè volunt, neq; de præparatione idonea cogitant: alios sic agere obtēdant, quorū ipsi puritatē, virtutisq; præstantiā minimē querunt. At nō in multo vſa sed in bono vſa sacramentorū vis salutisq; est. Omnes quidē cupere debent, omnes item accipere, sed pro manus Apostolicæ distributione, id est iuxta spiritualis patris consiliū & facultatē. Deniq; panis ille omnes expleuit, omnes pauit, omnes saturos, letosq; præstisit. Nū simile quippiā noster hic panis sacrolanet exhibeat? Quin potius ḥ panis omni laude superior: ḥ ineffabilis dulcedinis epulū, tu tu mēti intus expone quā sapias, quā votis omnibus satisfacias: ut rapias animā guslu suavitatis æternæ. Eas (inquam) mentes, quæ sæculo relicto per desertū pœnitentiae vitæq; laboriose Iesum sequuntur: quam beatas, quā plenas omni bono relinquis? Quales de te voces edūt? quemadmodū diuinās laudes totæ resonat? Quinā hymnus ille quo se inuicē in diuini amoris igne succēdunt? Lauda Hierusalē Dñm, lauda Deū tuū Sion: quoniā confortauit seras portarum tuarū: benedixit filij suis in te. Qui poluit fines tuos pacem, & adipe frumenti

mentis satiat te. Frumentum quidem electorum est, frumentum
vero adipe atque medullate pascit Christus, neque id mali-
gnè aut parcer, sed ad satietatem usque ut plenus diuino edu-
lio, de Deo viuas, & viuas Deo.

IN E A D E M D O- MINICA CONCIO SECUNDA.

Unde ememus panes ut māducēt hi. Ioa. 6.

*Mira Dei
liberalitas.*

SIC V T in superioribus quadragefi-
mæ sanctæ Dominicis, quanvis multa
occurrit vitæ Christianæ opportuna
documenta, tamen singulæ videntur ha-
bere proprium aliquod ac præcipuum
argumentum, ut prima de ieiunio, secū-
da de oratione & contemplatione, ter-
tiæ de peccatorum confessione potissi-
mum dici quodâ suo iure postulent; sic mihi videtur hodie
na dominica, quæ quartæ est, habere etiam ipsa suâ materiâ
peculiarem, eamque esse maximè eleemosynam. Quid enim
aliud egregia illa Christi liberalitas in pascendis tot hominū
millibus egit, quam ut intelligeremus & ipsi esse curæ pa-
peres inopesque, & in horum necessitatibus tibi blandis de-
bere nos ipsius consilium atque institutum sequi? Quam esse
sententiam beatissimi Cyrilli Alexandrini, ut cognoscatis,
eius verba recitabo: [Maximum atque utilissimum illud est
(quarebat nempe huius dianî miraculi utilitatem atque ita
sequitur) liberalitas enim nobis hoc miraculo cōmendatur,
& quasi magna voce dicitur. Quanto plura dabis liberaliter
atque misericorditer, tanto tibi plura largius confluent. Fac
ergo libenter quod scribitur, Frange elurēti panem tuum.] Ita Cyril. lib. 3;
Cyrillus & De liberalitatem, & nostram ex ea doctri-
na, ex hoc Christi facto commendat. Quas dicas res si
in loan. cap. 18.
sermone

sermone apto persequamur, non leve opera pretium factum
ri profecto sumus. Ergo quemadmodum cælestis Pater sub-
iectæ sibi familiæ prouideat, quemadmodum Princeps ille
sempiternus huic vniuersa Republica a se conditæ alimen-
ta ceteraque necessaria subsidia suppeditet, considerare di-
gnissimum atque utilissimum erit. Ut enim ex monte subli-
mi circumfulsat multitudinem Christus primum prospex-
xit, deinde indigentium turbam lastè pauit, ita putare debe-
mus tanquam de illa pæcella eternitatis arcè omnes crea-
turas vndiq; contueri, ac subiectas oculis miseria omni egesta-
teque leuare, porrecto deluper suæ misericordiaæ subsidio.

Cyrrill. lib. 3. in Ioann. cap. 13. Id significari montis illius celitudine Cyrillos idem inter-
pretatur. [Spiritualiter (inquit ille,) dicimus quasi ex alto
monte præscientię suę omnes qui ferventi fide illum exqui-
runt, prævideri. Nec enim occidet fame animam iustum,
sed se ipsum panem apponet, omnia vita necessaria suis pæ-
parans. Ergo ex illo montis vertice ex illa specula omnes
conspicit.] A sæculo usque in seculum respicit,] ait sapiēs.

Ecli. 39. Sap. 6. Matt. 6. Matt. 10. Sap. 11. [Pusillum & magnum ipse fecit: & qualiter est illi cura de
omnibus.] Quomodo enim obliuiscetur hominum, qui pas-
serum memor est, [Nonne duo passeres asse vaneant, &
vnum ex illis non est in obliuione cōram patre vestro,] Ver-
ba sunt Domini. [Sed & capilli capitis vestris omnes nume-
rati sunt.] Nouit igitur quibus egeant, potest vero omnibus
præbere remedium, [cui subest cū voluerit, posse.] Qui enim
ex materia inaificibili, id est ex nihilo cūm cæla condidit, potest
ex eadem materia que desunt subministrare, neq; opus est il-
lalijs cellarijs, ne que indiget horreo locupletiore, sic enim
cogita, cū nihil ipsum exhaustum finitumque sit, tunc Deo
defutoram beneficiendi, largiendique materiam.

At nouit quidem nos egere, potest etiam indigentibus
subvenire: sed fortasse non vult. Durus est, & nihil alieno
malo mouetur, nihil in opia nostra, scilicet, commiseratio-

Psal. 110. ne tangitur? Inò vero misericors & miserator Dominus es.
Psal. 135. tam dedit timetibus te.] Suavis Dominus vniuersis, & mul-
Psal. 146. tum misericors. Qui dat escam omni carni.] Itemque alias.
Scribunt Ari. [Qui dat iumentis escam ipsorum & pullis coruorum inuo-
stel. 9. de cantibus te.] Qui coruos pascit, non pascet homines, qui
relictos

relictos a parentibus pūlos coruorum crocitanēs culicibus histri. ani-
immissis vltro in os alit, atque eorum veluti tutela suscepta ma.c.31. &
coruorum vicem ipse suplet, quonam modo animas diuinæ Plinius lib.
vitæ capaces, sua ipsis imagine insignitas, si viderit egeret & 10.cap.12.
esurire, contemnet? Quam summam Dei nostri prouidētiā cornos abige
ac liberalitatem creaturæ omnes expertæ, ad vnum illum ac re nido pul-
currunt, ab uno sibi remedium openique omnem expectat. los; & tota
Locul (inquit) omnium in te sperant Domine, & tu das illis regione pel-
escam in tempore opportuno: aperisti manūm tuam & ina-
lere. Cornos ples omne animal benedictione.] Rectè Beatus Pater Fran- nō alà parē
cileius, vt Bonaventura narrat, Deum magnum Eleemoly- tibus, usque
narium vocare solebat, quod beneficia tam ampla in tot dñ plumes-
pauperum greges perpetuò conserret. Vidisti sapientia egeno cāt, & nigri
rum cateruum, foribus diuitum ac præpotentium adstare: fīat, scribut
si quando ex testamento stipendiis corruganda est in plurimos, multi, ut
nōtis quanta pauperum frequentia atrijs hæredum circum Greg.li.30.
fusa eleemosynam præstoletur, ut nuditatei, ut inopiam, se moral.c.15.
nectatem, plagas, deformitates omnes ostentet? Quamobrē itaque va-
ut stipendis minutæ particulam accipiat, & nos igitur Dei atria gātūr pulli
frequentemus, miseriām omnem nostrā exponamus oculis in nido &
cuncta videntis, non recessuri omnino, nisi necessario sulcep crocitāt. Ob
to beneficio. Non deerit (michi credite) inuocantibus se: neq; hoc David,
maslupum sibi exhaustum causabitur, [qui diues est in mi- & Job dicunt
sericordia, dives in omnes qui inuocant illum,] qui ipsum da clamare ad
te beatum putat, qui quantis magnam accipiendi cupidita- Deū & in-
tem, largiendi voluntate longissime superat. uocare cum

Talis sanè Dei misericordia, tā effusa liberalitas est, cuius pullos coru-
veluti indicū nonnullāq; imaginē hodierno epulo pposuit, rum.
quo bonus Dñs ac pius pater famelicos tot benignè accepit, Psal. 144.
illud maximè agens, vt ex ipso disceremus quēadmodū libe Ephes.2.
rales esse oportet in pauperes, ut eleemosynę studiū nullis Rom. 10.
difficultatibus cedat. Erat quidē multitudo hominum maxi Act. 20.
ma, cella Christi pertenuis & exhausta, locus planè desertus, 2. Deeleemo
& sterilis, omnia difficultatib⁹ plena. Rogatus Philippus vn syna facienda
de panes comparari posset, de re tota desperat. [Philip. maximè à
pe vnde enim panes ut manducent hi? Ducentorum de- prælati.
niorum panes non sufficiunt, ut vnu quisque medicū quid
accipiat. Vnde istos potest quisquam hic saturare panibus?] Z 4 Quid

Quid Andreas? [Habet vnuis quipiam panes quinque, verum hoc quid inter tantos.] Ille nihil, hic propter modum nihil. Talia hominum consilia sunt de facienda elemosyna. Pauper, se non habere quod det: diues, esse filii familiam amplam, multas expensas, filias natu grandiores, qua collocari non nisi multa dote numerata queant. Sexcenta eiusmodi. Nam [vbi multæ sunt opes, esse multos quoque qui comedant eas.] Iam vero contra mendicorum tum multitudinem tum improbitatem plerique declamant, qui sibi peritiores politicæ rei videntur: & græferunt tot monasteria esse, tot hospitia pauperum, tot valetudinaria, tot pias stipendia cogenda rationes. Grauati immoderate rem publicam, ferri non posse tantum oneris, patrimonia ampla tantis rebus curandis minimè sufficere. Hæc vox est filiorum huius saeculi, hæc sententia Philippi dicto simillima, [Vnde istos quis saturare polsit.] Cæterum isti ipsi qui ad pauperes alendos aut elemosynæ quipiam tribuendum, tot difficultates obtendunt, qui æs alienum, qui filias nubiles, qui sumptuum magnitudinem narrant, isti inquam ipsi, simulatque collibit, in aleam multa millia nummum dare, aut turpi obscenoque meretricula amori inferire, aut vero vanitatis spectaculo preciosam vestem proferre de novo, denique libidini & iactantia ut obsequantur, insanos sumptus facere minimè verentur, neque ullis aut æris alieni, aut familiae amplæ difficultatibus retardantur. Et tu mihi famulos, filias, clientes, cum de elemosyna mentio sit, apponis, dicisque, Quid haec inter tantos? Quanto melius Tobias senior juniorum instituit, [Quomodo potueris; ita esto misericors, si multum tibi fuerit, abundantiter tribue, si exiguum tibi fuerit, etiam id libenter impartiri stude.] Sa- reprænæ illius vidua mementote, quæ Elia petenti cibum, respondit non sibi superesse plusquam pugillum farinæ ex qua placentulam faceret, vt ipsa simul ac filiolus vescerentur, ea finita famem tolerandam usque ad interitum. Ita inquit ille, [Verumtamen primum mihi facito ex ipsa farinula subcineritum panem parvulum, & adfer ad me. Tibi autem & filio tuo facies postea.] Quid ais Elia? tibi primum, mox sibi & filio factura est vidua cibum? ut videlicet viuaciuilla filiusque

Tob. 4.

3. Reg. 17.

filiusquē eius continuo pereant? Imò verò ita vident & diu
vident, si seruum Dei prius aluerint. [Hæc enim dicit Dominus, Hydria farina nō deficiet, nec lecythus olei minuetur.] Pulchre factum vidua Cyprianus depingit: [Nec obtimpore Cypria. tra-
rare, inquit, illa dubitauit, aut Heliæ filios mater in fame & etata de ope-
egestate praeposuit. Prompte ac libenter, quod petebatur, re, & ele-
offertur: nec de abundatia portio, sed de modico totum da-
tur.] Verè id experiuntur omnes & eleemosynę studiosi, opes
non distrahi Christo dando, sed augeri & cumulari. Nullas
igitur patiamur angustias: nunquam deest quod dent. Suas
omnes fortunas vidua Evangelica in Dei gazophylazium Lue. 21.
misit alacris & læta. Nihil enim beatius, nihil diuinius. Deus Jacob 1.
qui dat omnibus abundantius. At desertum est, sancti turbæ
innumerabiles, nihil est in penu reliqui. Quid ad hæc Chri-
stus? Date illis vos manducare.] *Vos qui estis presules Ecclesie* ab amicis
clarum, qui Apostoli, qui capita Reipublicæ, qui principes - 3. 3. 3. 3.
*populi, vos (inquam) date illis. Audiant hanc vocem Episco-
pi, audiant Rectores Ecclesiæ, audiant magistratus & iudi-
ces, quorum nonnulli, si dictum esset, exigite, extorqueite,
rapite, non possent diligentius facere. Propheta sane excla-
mat in tales. [Qui comedierunt carnem populi mei, & pelle
corum desuper excoriaverunt, & ossa eorum confregerunt
& conciderunt quasi in lebete.] [Nōne greges à pastoribus Mich. 3.
pascuntur? Verum pastores semetipsos potius pascabant,] Ezech. 34.
ait illi Propheta. Non ita Christus: sed date (inquit) vos illis
manducare.*

Sed videte modò Dei magnificentiā, qui Apostolos præcepit, ut turbæ darent, quo vescerentur, ipse te sciebat Apo-
stolis ipsis daturū, sed daturū ut darent. Est enim sine dubio eleemosynæ certissima merces non in futuro solum, sed in præsentietiā Dei verbum est, [Date & dabitur vobis.] Sant illa Scripturæ certissima testimonia. [Fœneratur Dño, qui miseretur pauperis.] Et alias. [Honora Dñm de tua substancialia, & de primitijs frugū tuarū da pauperibus: & implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia tua redūdabüt.] Item illud, [Anima quæ benedicit, impinguabitur, & qui inebriat, ipse quoque inebriabitur.] Nunquā egent qui egen tibus subueniunt. Eleemosyna nō minuit sed munit & angel 3. Reg. 17.

opes. Testis est hydria illa Sareptana viduæ, testis lecythus olei: in summa penuria expellex, facile copiolam vbertatem retulerunt, [secundum diuinæ pollicitationis fidem (ait Cyprianus) multiplicata sunt viduæ & cumulata quæ præstiti: farris & olei vasa completa sunt. Nec filijs abstulit mater, quod Heliæ dedit, sed magis contulit filijs, quod benigne & pie fecit.] Sicut semper avarus eget, ita semper liberalis abū dat. Ex quinque panibus & saturati sunt quinque millia hominum, & superfluerant fragmentorum cophini duodecim.

Cyrill. libro 3. in Ioan. cap. 18. Idem planè miraculū, ut hoc loco Cyrillus sapiēter animaduertit, eleemosyna operatur. Avari certè diffidunt & vidēt: verū viri fideles ac misericordes quotidie rem esse, certam experiantur. Ego non tam charitatem desidero, quām fidei defēctum queror. Quare is ipse, quē toties libenter nominō

Cyprian. de Cyprianus: [Quid facit (inquit) in domo fidei perfidum pe- opere & e- stus? quid qui Christo nō credit, appellatur & dicitur Chri- leemosyna. stianus? si putas quia Christū pälcit à Christo ipse nō pascitur.] Tenemus enim Deū ipsum fideiūsorem, qui pro pau- peribus satis dat non in saturum modō, sed in prælens etiā: ipsius scripturas ac chirographa illi ostendere possimus. Quid igitur dubitamus? quid hæremus? quid diffidimus? om- nino fidem nostrā prodimus, qui fidē Deo tam aperte, tam sēpe pollicenti minimè habemus. At que illud quæso te, mihi attende, quod ab eleemosynia faciētate reuocat, id maxi- mè inuitare atque allicere debet. Quid enim caularis, ne lar- gas eleemosynas facias? Habeo, inquis) familiam, habeo libe- ratos: vereor si multa dem, ne illos in egestate relinquam. Imò vero da plurima, si vis filios locupletes relinquare, ut possis honeste filias virgines collocare, esto largus in porrígenda eleemosyna. Rides? collige te parumper, & serio Spiritum sanctum audi. Ita David testatur. [Iunior fui, etenim fensi, & nō vidi iustum derelictū, nec semen eius quærens panem. Tota die miseretur & cōmodat: & semen ipsius in benedi- ctione erit.] Experientia multorum annorum se didicisse nar- rat, iusto nihil defuisse, ac beneficiendo nō solum sibi, sed fi- liis ac posteris stabilisse diuitias. [Tota die, inquit, miseretur & cōmodat. Quid hoc est? Nunquā à beneficiendo,] à dādo, à cōmodando retardari potest. Qui igitur semper dat, nōne

tandem

tandem exhaustet arcam, & ad fundū inanem veniet? Quin potius quanto plus largitur, tanto posteris plura accumulat. Et semen illius in benedictione erit, hoc est in abundantia, in prosperitate, minimè egens, minimè mendicum. Si meam orationem contemnis, Cypriani nō contemnes: is ita loquitur. [Sed enim multi sunt in domo liberi, & retardat te numerositas filiorum, quo minus largiter bonis operibus instas: at quin hoc ipso operari largius debes quo multorum pignorū pater es. Plures sunt pro quibus Dominū de preceris, multorum delicta redimenda sunt. Si ergo verè filios tuos diligis, si eis exhibes plenam & paternam dulcedinem charitatis, operari magis debes, ut filios tuos de iusta operatione commendes. Deo alsigna facultates tuas, quas hæreditibus seruas: ille sit liberis tuis tutor, ille curator. In tuto hæritas ponitur, quæ Deo custode seruatur. Hoc est futuris hæreditibus paterna charitate consulere secundum fidem scripturæ,] & adiūgit Cyprianus testimonium ex Psalmo, quod iam produximus. Abi nunc & thesauros tuos reconde auare, quos diripiāt ac prædetur hostis. Nonne occurrit Nabalis illius duxi & inclemoris exitus, qui de regio coniuicio ne fructulum quidem Dauidi postulanti dare voluit, idem ira contempti ducis iusta nuntiat a præ paurore misere perij? Quanto prudenter, quanto etiam felicior vidua Sareptana pauper & liberalis Nabale diuite & avaro? Apostoli quidem manu erogabant, sed cophinis colligebant reliquias: quinque panes distribuerunt, sed duodecim cophinis reportarunt. Est enim eleemosyna instar fontis, qui eo plus manat, quo largiores ex se aquas deriuat. Neque exiccatur beneficentia suo ductu, sed redundat amplius & crescit.

1. Reg. 25.

3. Reg. 17.

Est verò animaduersione dignissimum, contra atq; volūt 4. Avaris & opinantur, avaris tenacibus euenire. Ideo non largiūtur, tam etiam ut habeant, propterea, retinent, ne egeant. Sed misericordia fortunis ipsa vertitur in contrarium. Sapienter Salomon velut enigma proponit. [Alij diuidunt propria & ditiores sūt: alij rapiūt nō sua & semper in egestate sunt.] Verè dictum à Sapiente. Propterea. Eccles. 5. Qui amat diuitias, fructū non capiet ex eis.] Aggæus Propheta cōpellat & clamat. [Ponite corda vestra super vias vestras. Comedistis & non estis saturati, bibistis & non estis inebriati,

inebriati, seminatis multum, intulisti parum, operuisti vos, & non elliis calefacti respexitis ad amplius, & ecce factum est minus.] O vera vox, quam velint, nolint, confiteri veram coguntur avari & duri homines, in quibus illud proverbij videre est. Quod non capit Christus, rapit fiscus. In-

Cyprianus.

uehit copiose atque eleganter in avaros beatissimus martyr Cyprianus in eadem de eleemosyna oratione ad hunc modum: [Audiebat (inquit) Christū Pharisæi, qui erat cupidissimi & irridebant eum. Quales nunc in Ecclesia quoddam videamus, quorū p̄æclosa aures & corda cæcata nullū de spiritibus monitis lumen admittunt. Quid tibi in istis ineptis & stultis cogitationibus plaudis, quasi metu & solicitudine futurorum ab operibus retardans? Quid umbras & p̄æstigias quoddam vanæ excusationis obtendis? Pecunia tuæ captiuus & seruus es: catenis cupiditatis & vinculis alligatus es: seruas pecuniam, qua te seruata non seruat: patrimonium cumulas, quod te pondere suo grauius onerat. Quid diuitijs tuis solus incubas? Quid in pœnam tuam patrimonij pondus exageras? Reditus tuos diuide cum Domino Deo tuo, fructus tuos partire cum Christo,] & multa alia in eandem sententiam. Et ante hæc idem. [Metuis ne patrimonium tuum forte deficiat, si operari ex eo largiter cœperis, & nescis miser, quia dum times, ne res familiaris deficiat, vita ipsa & salus deficit: & dum times, ne pro te patrimonium tuum perdas, ipse pro patrimonio tuo pereas.] Hæc ille sanctissimus & eloquentissimus pater. Iam vero arte quadam divina fit, ut qui pauperibus dare in vita nolant, pauperes habeant hæredes etiam inuiti. Mirū videatur, nisi lob tam antiquus testis ita esse confirmet. [Hæc est, ait ille, hæreditas violentorum, quā ab omnipotente suscipient. Si cōportauerint quā terrā argentū, & sicut lutū p̄æparauerint vestimenta, p̄æparabit quidē sed iustus vestietur illis, & argentū innocēs diuit det.] Hoc in eorū bonis s̄æpe cernimus, qui sine testamento deceđūt! Cōplures liberis ac posteritate diuinitus orbati in xenodochia pauperū, aut in monachorū domicilia bona distribuūt, cū iā ad mortis cōspectū relinquere omnia coguntur inuiti. O quanto melius & tertiū in vita dispendere, quā in morte relinquere Christo, quādo ideo datur fortunæ, quia retineri

Iob 27.

retineri non possunt. Quę si vera sunt (fratres mei) nobis ipsi tempestivę benefaciamus, & quod habemus boni communiceamus alijs, vt nobis maneat vel potius crescat in vita hac, vbi centuplum promissum est, & in illa futura, quam æternā beatamque diuino munere expectamus. Matt. 19.

IN EADEM DO DOMINICA CON CIOTERTIA.

Abiit Iesu trans mare Tyberiadis. Ioan. 6.



IRABILEM Dei prouidentiam in eos præsertim qui diuinis præceptis obsequuntur, magnopere declarat atque illustrat hodierni facti commemoratio. Est quidem latè patens atque in omnes sibi subditas creaturas diffusa diuina prouidentia, quam celebrat David nonnullis psalmis egregie, illo maximè centesimotertio, cuius initium est: [Benedic anima mea Domino: Domine Deus meus magnificatus es vehementer.] Illic post calorum elementorum quę fabricam atque opera narrata, cùm venitur ad hominum genus varijs animantium partibus enarratis, sic canitur, [De fructu operum tuorum satiabitur terra. Producens foenum iumentis, & herbam seruitu hominum, vt educas panem de terra, & vinum lætificet cor hominis. Ut exhibaret faciem in oleo, & panis cor hominis confirmet. Saturabuntur ligna campi & cedri Libani, illic passeris nidificabunt.] Narrat nempe velut à prouido patrefamilias omnia opportuna & ad viuum, & ad voluntatem homini à Deo procurata. Foenum quidem atque herbam pabulo iumentorum quę homini inferiunt. Ipsi homini ad viustum, vberem panem, ad potum atque lætitia vinum egregium,unctioni salutari oleum, domui extruendæ am-

1. Praeclaræ Dei prouidentia in omnes creaturas.

Psal. 103.

plam sylnam lignorum, voluptati qui cantu modulato seruant, pastores atque aviculas varias, simul venationi & lusui feras syloestriaque animantia. Denique post sextenta talia admirabundus exclamat vates: [Quam magnificata sunt operata tua, omnia in sapientia fecisti.] In alio itidem psalmo, idē argumentum versans. [Plallite Deo nostro in cithara. Qui operit cælum nubibus, & parat terræ planiam. Qui producit in montibus foenum & herbam seruitu hominum. Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum.] Adeò nullam creaturam à Deo relictam, nullam obliuione præteritam dicit, ut vel foedorum animalium abiecos fœtus, pullos inquam coruorum, ipse soueat, ipse alat, atque se veluti nutricem substituat proli coruinæ. Quid hac Dei indulgentia in creaturas suas celebrari potest vel mirabilius vel dulcius? Atque ex hac generali Conditoris summi prouidentia in res etiam rationib[us] expertes, optimus præceptor noster Christus discipulos exigit ac confirmat, ut si b[ea]tū certò persuadeant, ampliorem futuram patris cælestis curā in filios sibi obsequentes & charos, nihil ut illis nulla ex parte deficiat. Quæ sanè Christianæ atque Euangelicæ pietatis vel præcipua pars est. [Dico vobis (inquit) ne solliciti sitis animæ vestre quid manducetis, ne que corpori vestro quid induamini. Respicite volatilia cæli, quomodo non servunt ne que metunt, ne que cōgregant in horrea: & pater vester calestis pascit illa Nonne vos magis pluris estis illis? Et de vestimento quid solliciti estis? Considerate lilia agri,] & cetera. Denique conclusionem statuit. [Nolite ergo solliciti esse dicentes, Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester quia his omnibus indigetis. Quarite ergo primum regnum Dei, & iustitiam eius: & hæc omnia adiacentur vobis.] Hæc summa Euangelicæ perfectionis est.

2. Christū sequentes minime destituiri omnibus opportunitis.

Quam sanè doctrinam Christus non verbis modò asserendam putauit, verum etiam insignibus factis illustrandam ac commendandam, cui rei seruit vel maximè hodierna narratio, ut rebus ipsis perspiciamus Deo curæ esse seruos suos, neque lequentes Iesum ab ipso deseriri: quain potius in somnia penuria esse copiam, in extremis angustijs latissimā anno-

nam

nam suppetere Deo, ut suos alat. Id enim præclarū Dei opus est, quemadmodum habet psalmus, [Vt alat eos in fame.] *Psal. 32.*
 De hac peculiari paternaque prouidētia Dei in suos magnificè philosophatur David ita canens: [Gustate & videte *Psal. 33.* quoniam suavis est Dominus, beatus vir qui sperat in eo. Tis-
 mete Dominum omnes sancti eius: quoniam non est inop-
 pia timentibus eum. Dives eguerunt & esurierunt: in-
 quirentes autem Dominum non deficient omni bono.] Nec
 prætereundum est quod nos legimas, diuites haberi in He-
 braico leones, ut insinuet iustos tanquam oves à Deo palec:
 impios & avaros præda inhiantes sāpe spe sua votisque
 frustrari. Itaque Augustinus hunc versum explicans, [Quan- *August. in*
 tum habuit (inquit) quidam, & quis illum latiauit? sic mor- *Psal. 33.*
 tuus est egens, quia plura volebat acquirere quam tene-
 bat.] Basilius quoque contemendas dicit divitias, quæ in- *Basilius in*
 stat vndatum, huc illuc fluant, ac defluant. Deum verò ti- *Psal. 33.*
 mentis in tuto esse res omnes. Nimirum experiendo me.
 Iūs discitur isthac ea lexis prouidentiæ amplitudo, quā spe
 culando & ratiocinando. Quæ sit patris suavitas in filios:
 quemadmodum diligenter prospiciat, ne quid desit, ut lex-
 penumerò ditissimi rerum egeant, pauperium abundant,
 Deo utrisque instam vicem reddente. Huc eodem pertinet
 sapientis consilium sic dicentis, [Respicite filij nationes *Eccles. 2.* &
 hominum & scitote quia nullus speravit in Domino, &
 confusus est. Quis enim permanxit in mandatis eius & de-
 relictus est? aut quis invocavit eum, & despexit illum? quia
 pius & misericors est Deus, & remittit in die tribulatio-
 nis peccata, & protector est omnibus exquirientibus se in
 veritate.] Overba omni melle dulciora, & iucundissimam
 diuinæ prouidentiæ ac plusquam paternæ in suos indul-
 gentiæ commemorationem. [Quoniam sicut miseretur pa-
 ter filiorum, ita misertus est dominus timentibus se.] *Ex Psal. 102.*
 hac tanta Dei cura & prouidentia bene perspecta sancti vi-
 tri singularem fiduciam sumunt, qua res difficillimas, Deo
 fredi, securi aggrediuntur, atque in medijs periculis tuti, in
 summa inopia copiosi locupletesq; sibi videntur. Quæ prof-
 fectio de Deo fiduciam, mirificè sacra literæ extollant. De
 Abraham quidē Patriarcha qui relista patria ac lare proprio
 obnupt in lon-

- Hebr. 11.* in longinqua atque ignota profectus est, Paulus Apostolus dicit cum magna laude; [Obedivit in locum exire, quem accepturus erat in hereditatem, & exiit nesciens quo ieret.] Jacob pene nudus ex Syria in Melopotamiam peregrinatur, adeo rebus omnibus destitutus, ut se in baculo suo, id est omni alio praesidio vacuum transisse Iordanem memoret. Verum ita se habuere pacta conuenta cum Deo, ut cibum ac vestem suppeditari sibi dignitus, se vero seruitati Dei non deesse. Neque frustratum se sua spe condens testamentum referr illis verbis: [Deus in cuius conspectu ambulauerunt patres mei Abraham, & Isaac, Deus qui pascit me ab adolescentia mea usque ad presentem diem, Angelus qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis.] En qualem Dei curam erga se beatus Patriarcha fuerit expertus. Quid huius filius Ioseph? In seruum venundatus est, ait David, donec veniret verbum eius. Eloquium Domini inflammanit eum: misit Rex & soluit eum. Constituit eum Dominum domus suae, & principem omnis possessionis suae. Hic in ipsa seruitute durissima clarissimum principatum adeptus est. De magno illo duce Ioseph quid attinet dicere? quem simul atque immensi exercitus in vasta eremo curam agere iussit, ita alloquitur Deus.
- Deut. 31.* [Non dimittam te neque derelinquam.] Quia ex pollicitatione Paulus, mores esse debere sine avaritia confirmat, oportere enim contentos esse presentibus, [Ipse enim dixit, ait Paulus, non te deseram neque derelinquam.] Infinitum esset ire per singula, omnis diuina pagina testimonium fert hinc quidem de prouidentia Dei, inde vero de fiducia iustorum. Actus Dei veritatem & fidem in subsidio ac premio quod pollicetur praestando, iustorum autem in Dei legge servanda, studium operamque commemorat. Atque hoc est quod pactum suum, & foedus, & testamentum, & si qua est alia ijs aequa vox, Deus in sacra Scriptura toties nobis narrat, atque identidem repetit. [Sequebatur, inquit, Iesum multitudine maxima,] & sequebatur per deserta & ieiuna loca, oblita comedentias sui, famem ultra tolerans, ut Christi sermonem ac praesens frueretur. Verè beatata turba ex Deo tota pendens, sui ipsius immemor: neque penuriam suam neque loci sterilitatem cogitans. Itaque non est frustrata spe sua, nullum ex sequendo
- Genes. 28.*
- Genes. 48.*
- Psal. 104.*
- Iosue. 1.*
- Hebr. 11.*

sequendo Deo detrimentum passa. Mihi credite fratres, in modo
Deo credite, nemo Iesum sequitur, etiam per ardua deferta-
que loca, quoniam bonis omnibus abundet. Si patriam, si larem
suum, si dulces familiare sive epulas reliquit, si delicias omnes,
& nudum nudus sequetus est, inueniet in deserto manna di-
vinum, excipietur a celesti conuivio, de ipsa petra mel susget,
oleumque de saxo durissimo.

Contrà plane evenit ijs qui propter commoda temporalia,
Deum deserant, cibum corporis saluti animæ præferentes,
quorum poena iustissima est, ut detrimentum potius ex ijs
ipsis quæ peruersæ quæ sunt, etiam reportent, pro compen-
dio, ac tunc maxime indigeant, cum se plurimum abundare
sunt arbitrati. Non enim fidelibus aquis vtuntur, sed infide-
libus iuxta prophetam. Itaque vel in medio cursu, rerū cha-
raram præsidio destituuntur, quod illi diviti avaro accidit,
qui se multa bona habere putabat, cui de ampliandis horreis
e cogitanti est dictum. [Stulte animam tuam hac nocte à te re

Luc. 12.

petent, & quæ parasti, cuius erunt?] Vel certè in ipsa tanta
copia miserrimam experintur inopiam, ut inter volupta-
tes dolcent, in magna opum facultate indigeant, pleni, &
inferti dapibus amplius esuriant. Quid enim aliud prophete-

Agg. 2.

ta significat, cum istos admonet talium. [Ponite corda ve-
stra luper vias vestras, comedistis & non estis saturati, bi-
bistis & non estis inebriati. Quamobrem dicit Dominus.
Quia vnumquisque vestrum in domum suam festinatis, &
domus mea deserta est.] Cauete proinde fratres mihi chal-
lissimi: cavete ex peccato cibum querere: nolite vitam ex

morte sustentare. Et si enim ad præsens lucrum, quod cum
Dei offensa paratur, dulce sit, breuitatem summi acer-
bitatem extremamque inopiam assert. Audite Salomonis
sapientissimum proverbiū, audite consilium salutare:
¶ Suavis est (inquit) homini panis mendacij, & postea in-
plebitur os eius calculo.] Tale sanè est peccati edulium,
quod primo gusto sapiat, sive carnis libido expleator flagi-
tio, sive avaritia nefarium quæstum in fraude alterius fa-
ciat, sive ira per contumeliam inimici mos geratur, sive
quacumque alia ratione votis præ posteris satisfiat: suavis
quidem ille panis mendacij est, & [aquæ surtiuæ dulcio:

Prou. 20.

Prou. 9.

res sunt, & panis absconditus suauior,] ut idem dixit Salomon: at non est ea dulcedo diurna, cito in acerbum tormentum vertitur adumbrata suauitas. Arenam & calculos & lapillos se manducasse perspiciet, qui paulo ante incundè se epulari, putabat. Quales obsecro calculi illi sunt ex remorosa amaro conscientia? quam saui metus atque terrores? Quos cruciatu ex breui delectatione miseri patientur? quam diurnos? quam vehementes? Non potest concoqui panis iste calculis plenus. Vultis scire quinam sint, quibus panis mendacij dulcis sit? Nempe mercator est, qui plus credita quam numerata pecunia merces vendit: qui vlarum ex matuo querit: qui feaudibus auget rem. Nempe is est iudex & cognitor, & scriba qui præter taxata lege capit, iustitiam vñalem habens. Nempe is est qui Ecclesiastica præbenda simoniaca pactione potitur, sunt in hoc numero plura que foeminae, quæ se reginas haberunt, fastu & delicijs: quemadmodum verò ex libidine occulta faciunt, quarum est gressus non exiguis in hac urbe. Neque à pane mendacij abstinent: quæ internuntias se gerunt, adolescentium divitium amoriibus conciliandis, atque ex eo munere & vestem pretiosam, & lautam mensam sibi parant. Pane mendacij etiam vescitur aleator qui per occultam artem pecuniam corradit, ac se patricij luxu & ornatu æquare contendit. Quanta Deus bone, eorum qui ex peccato vitam sustentant, multitudine: quæ copia eorum qui mendacij pane vescuntur? Sed sentiēt, sentient breui qualis is cibus sit; quam fallax, quam durus, quam ad intima viscera crucienda efficax. [Quem fructum habuistis, ait Paulus, in quibus nunc erubescitis.]

Rom. 6. 4. Panem At longè alius est panis Christi, quo sectatores suos pacificare, hordeaceus quidem ille est, atque initio primoque aspectu asperior apparet: at mox ut faucibus ventrique imoluccedit, melle dulcior, ambrosia omni suauior sentitur. [Ut scirent (inquit) filij tui, quos dilexisti Domine, quia non natitatis fructus paleant homines: sed sermo tuus qui in te credunt conseruat.] Altius verò idem sapientia scriptor hanc paleendi iustos atque impios differentiam describit illos verbis, [Pro quibus tormentis bene dispositi populum tuum, quibus dedisti concupiscentiam delectamenti sui nouum

Sap. 16.

Sep. 16.

nouum saporem escam parans eis orty gometram . Ut illi
quidem concupiscentes escam , propter ea quæ illis ostensa,
& missa sunt , etiā à necessaria concupiscentia auerterentur.
Hi autem brevi inopes facti nouam gustarunt escam .] Nihil igitur fratres , Christi pane suauius , nihil salutarius . Se-
quamur Christum per deserta quoque & remota atque ari-
da loca , si quidem ipse pastor est noster , [ipse reget nos , & Psal. 22.
nihil nobis deerit . In loco pascuæ nos collocauit . Super
aquam refectionis educavit nos :] famem in faciem ver-
tit . Paravit quippe mensam in conspectu nostro , ut hostibus
nostris nos superiores ac fortiores diuino suo coniuicio red-
dat . Sic à se alacres lœtosque dimittit : sic regum se Regem
præstantissimum probat , qui non à subditis sibi populis ve-
tigalia ac tributa exigat , sed suis expensis subiectas gentes
alat , reficiat , ac bonis omnibus cumulet . [Memoriam abun-
dantiae suavitatis tue eructabunt , & gloriam regni tui lo-
quentur in sæcula .] Psal. 144.

IN EADEM DO- MINICA CONCIO QUARTA.

*Abiit Jesus trans mare Galilææ , quod est
Tyberiadis : & sequebatur eum multitu-
do magna .* Ioan. 6.



Cessionem discessus huīus , quem Ioannes re- 1. Christum
serit , alij Euangelistæ scribunt , quod Aposto- Apostolorū
los ex varijs locis receptos , atque Euangelicæ quieti con-
prædicationis munere perfundetos , quippe sati- saluisse hoc
gatos longiore labore , recreare tantisper Chri- secessu .
stus voluerit , atque à turba & frequentia hominum abstra- Mar. 6.
ctos , quietem agere , ut reficiat ad visitatos labores valen-
tiore redirent . Verum secedentem ac veluti fugientem

Cant. i.

Christum turba sequitur, neque quiescere patitur. Mirò enim modo quos relinquebat: amplius alliciebat, imò rapiebat ad se. Currebat enim in odorem fragrantiam vnguentorum, vt sponsa de se confitetur, & trahebantur post illū, sine quo neque vita neq; voluptas esse potest animæ experientia iam diuinæ suavitatis gustum. Et certè quiescere Deo est, inquietas animas sua præsentia reficere ac recreare. Simil intelligi voluit, discipulos ita otium Sanctum cupere debere, vt negotium salatare, vbi cumque de Dei gloria ageretur, hominumque salutem propriæ commoditati & voluptati quanuis iustæ, & honestæ anteponerent: quemadmodum ipse docimèto erat, qui cibum suum dicebat, opus eius perficere à quo missus esset. Paulus sanè tunc se viuere profitebatur, cùm suos stare in domino, videret. De quare Augustinus præclare. [Otium sanctum querit charitas veritatis: negotiam iustum suscipit necessitas charitatis.] Ita igitur requiescere velle debemus, vt tam oblatos pro Christo labores, cùm animarum saluti seruiunt, non detrectemus.

2. Per mandatorū Dei obseruantiā ad Dei intelligentiam perueniri.

Matt. 14. Marc. 6. Psal. 76.

[Abiit (inquit) Iesus trans mare Gallilææ quod est Tyberiadis, & sequebatur eum multitudo magna.] Christus qui dem nauigio venit, turba verò pedibus sequebatur, oram nimirum lacus illius legens eodem peruenit, quo Christus, ita enī natrāt Matthæus & Marcus. Neque id vacat mysterio. Etenim Dei vestigia in alto diuinæ suæ sapientiæ pelago sequi non possumus: neque consilia altissimi scrutari datur. Immensum est profundum illud, neque vias Domini persequi inbecillitas humani ingenij potest. [In mari (inquit) via tua, & semitæ tuæ in aquis multis: & vestigia tua nō cognoscuntur.] Quam profundum sit mare illud, Paulus ostendit cùm exclamat, [O altitudo diuitiatum sapientiæ & scientiæ Dei, quām incomprehensibilia sunt iudicia eius, & investigabiles viæ eius. Quis enim cognovit sensum Domini?] Verum alia via, pedestris certè itinere eodem profecto peruenire possumus, datur mortalib[us] terrestre spatiū emensos Dei ipsius institutum assequi. Quonā pasto? rogabis. Dico breuiter, viā mandatorū Deinō solū tenere, verū & percurrere possumus, atq; hac optima ac tutissima via ad illā celitudinem peruenire, quam investigatione intelle-

Rom. 11.

intellectus, quæ est navigatio quædam difficilis, asse qui nullo modo licet. Non enim tam disputando & ratiocinando, quam obediendo & amando Deum inuenimus, quod est sane Scripturæ salutare consilium. [In pluribus eius (inquit) operibus ne fueris curiosus: sed quæ præcepit tibi Dominus illa cogita semper.] Prædestinationis æternæ pelago equidem cōmittere me neque audeo neque volo, qui probè sciā in tanto aquarim gurgite me defecatur. At qui inuestigādo prædestinationem meam, Dei consilium asse qui nequeo, eundem scopum alia via, terrestri nempe & facili & expedita, certissimè teneo. Obedientia nimirum legis diuinæ, obseruantia mādatorum Dei. Nam si que mihi præcipit Deus, quæque per illius gratiam seruare possum, ea teneo atq; obseruo, ad beatitudinem illam, quæ est prædestinationis æternæ scopus, sine ullâ dubitatione perueniam. Relinquamus ergo Deo viam maris profundi, terrestrem & planā nos infistamus, certi ac securi, conspectu illius aliquādo fruituros, quem fide modo absentes querimus. [Quandiu enim sumus in corpore peregrinamur à Domino. Per fidem enim ambulamus non per speciem.]

Eccl. 3.

[Quia videbant signa quæ faciebat super ijs qui infirabantur.] In infirmos & miserios miracula sua Christus edebat: Christi proinde discipuli habendi non sunt, qui omnia sua opera, omnia miracula in bene sanos & dixites conferūt: mos sublē miserios & inopes auersantur. [Pupillo non iudicant, & cauſa viduæ non ingreditur ad eos.] Nostis querimoniam Dei apud Elaiam, neque ignoratis credo Iacobum similiter increpantein: [Vos autem exhonoraſtis pauperem.] Magorum Pharaonis potentia & vis enīuit in colubris, & sanguine, & ranis, Pharaone præſente: at vbi ad minutos cyniphes ventū est, ibi Moses superior apparuit, ibi Magi confiteri Dei dignum ac virtutem compulsi sunt. Non mediocre signum diuinæ virtutis est in pauperes & abiectos glorioſe operari: atque inter cætera præclara signa illud ponitur. [Pauperes Euangelizātur.] Quo loco Hieronymus: [Præmissis non minus est, pauperes esse euangelizatos, pauperes spiritu, vel certè opibus pauperes, ut nulla inter nobiles & ignobiles, inter diuites & egenos in prædicatione distantia sit. Hæc ma-

3. Christi

exempli in-

opere & infir-

mos sublē

miserios & inopes

auersantur.

Exod. 7.

Exod. 8.

Exod. 8.

Matt. 11.

Hierony. in

11. Matth.

gistri rigo rem , hæc præceptoris comprobant veritatem , quando omnis apud eum qui saluari potest , aquilis est .] Sed rurum est , id quod Hieronymus probat . Quantum , Deus bone , miraculum foret , si quot homines ad comediam spectandam in theatrum confluunt , totidem in visendis , adiuuandisque ægrotis valetudinarium frequentarent?

*4. Omnia à
Deo conspi-
ci.*

*Cyrill. lib.
3. in Ioann.
cap. 13.
Gen. 49.
Dent. 33.
Eccli. 39.
Heb. 5.
Mattb. 10.*

[Subiit ergo in montem Iesus & ibi sedebat cum discipulis suis .] Montem eternitatis cogitate , ex quo omnia latè circumpicit dominus . Quæ sunt , quæ fuerūt , quæ mox ventura sequentur . Præcientia diuinæ celitudinē illius motis fastigio atq; prospectu significari Cyrillus animaduertit . Colonos eternos Scriptura cōmemorat , verticem motis altissimi subiectū Dei pedibus , qui sedet super Cherubim . Inde uno intuita omnia simul aspectat . [A saeculo enim usque in saeculum respicit : neque est quicquā mirabile in cōspectu illius .] [Omnia autem nuda sunt & aperta ipsius oculis ,] qui etiam capillos capitum cuiusq; hominis habet enumeratos : tam acutum tam perspicacis intuitus est . Ne ergo latere se credit homo quanvis in multa turba depresso . Neque opus illi est , ut succedant paulatim rerum imagines oculis sempiternis , qui seit futura ante quam fiant . Eo autem amicos suos ac prophetas euhebit aliquando , ut inde despiciat infima hæc , turbamque in obiectis tumultuantē aut palantem circūspectet . Scito homo te in oculis Dei ac sanctorum versari : qualis sis late re illū non potes , qui cūta superne intuetur . Præclare Boësol . Philos . tius . [Manet spectator desuper cunctorum præscius Deus , lib . 5. prosa ultima . visionisq; eius prælens semper æternitas cū nostroru actuum futura qualitate concurrit , bonis præmia , malis supplicia dispensans . Auersamini igitur vitia , colite virtutes , ad rectas spes animum subleuante , humiles preces in excella porrigit . Magna vobis est , si dissimulare non vultis necessitas indica probitatis , cūm ante oculos agitis iudicis cuncta cernenatis .] Hæc Boëtius ex persona diuinæ sapientiæ .

*5. Deī ig-
norantiā no-
strā vñdo-
cere .
Esaï. 40.*

[Dicit ad Philippum , unde ememus panes , ut manducemus hi ?] Esaias quidem huic facto dominis sententiam suam oppone videtur , cum queritur . [Quis consiliarius eius fuit , & ostendit illi cūm quo iniit consilium ?] Paulus verò eadem intelligit .

repe-

repetens cūm scribit ad Romanos, vbi dixit. [Quis consiliarius eius fuit,] etiam adiungit. [Ant quis prior dedit illi?] En Dominum cum Philippo consilium ineuntem: en ab Andrea panes accipientem, quibus populū pascat. At neque consilium vt instruatur rogat, neque auxilium petit, vt adiuuetur, sed præ immensa illa sua bonitate creatureas suas sapientia sua ac potestatis participes facit: atque cum ijs comunicat consilia, non vt ipse instruatur, sed vt eas magis instruat, operam quoque vel opem ab ijs postulat, non quo indigeat, sed vt cohonestet & decoreret operationis diuinæ administras & cooperatrices efficiens. Itaque Paulus ipse alias eandem sententiam prossens, apertius explicat ad Corinthios scribens. [Quis cognovit (inquit) sensum Domini? quis instruat eum?] Prophetæ quoque verba dilucida sunt, si omnia recitetur. [Quis adiuvavit (ait) spiritum Domini? aut quis consiliarius eius fuit & ostendit illi?] Cum quo iniit consilium, & instruxit eum, & docuit eum semitam iustitiae, & erudiuit eum scientiam? Itaque consilium petit, vt det: interrogat, vt doceat Deus. Socrates sane Philosophus optimum docendi genus existimabat, auditorem ordinem interrogando ad veritatis cognitionem perducere. Nam vel ex ijs quæ scit & confitetur, ea quæ ignorat, scire at fateri cogitur, si bene & ex arte interrogetur. Plato in Alcibiade sive de natura boni, inducit Socratem se nihil dixisse assertem, sed tantum interrogantem, vera dicere Alcibiadem cogentem atque ita docentem. Item in Cratylō sive de recta nōinīnum ratione refert Socratis sententia, eum qui reāc interrogate nouit, rectè etiam respondere scire atque hunc gubernandi scientiam tenere. Id igitur præstat summus Magister hodie, vt discipulos rudes rogata sententia instruat ac doceat. Quo in genere lèpe diuinaprouidentia, sit, vt Doctores illi constituuntur, qui quæ docere alios parant, ipsi discere primum cogantur. Aliam quoque rationem Euangeliſta attulit: [Hoc (inquit) dicebat, tentans eum, ipse enim sciebat, quid es et factius.] Voluit exiguum Philippi sensum prodi, vt Chrysostomus cenſet, voluit iug. marum & crudem argui, voluit inopiam consilij ipsi exploratam fieri. Andream vero fiducia vacuum adhibuit consilio,

Rom. 11,

1. Cor. 2.

Plato in
Alcibiade.Chrys hom.
41. in 16a.

*August. ser.
72. de tem-
pore.* ut cognitis suæ mentis angustijs in summa rerum penuria; altius de diuina potentia sentire disceret. Opportunè enim Augustinus admonet, [Tētationem Dei non id agere, vt ipse aliquid cognoscat, quod ante nesciebat, sed vt illo tentante, id est interrogāte, quod est in homine occultū prodatur. Nō em̄ sibi homo ita notus est, vt creatori. Sūt in homine occulta ipsi homini, in quo sunt, & nō procedūt, neq; aperiuntur, neq; insuviūt, nisi in tētationibus. Si Deus cessat tētare, magister cessat docere, sed Deus tentat vt doceat, diabolus tentat, vt decipiāt. Nescit se homo, nisi in tētatione dis-
cat se.] Bene prorsus, atque vt dixi opportunè hāc Augu-
stinus. Sic enim se res habet, vix aut nihil cognoscit homo
ignorantiam suam, nisi cūm de re necessaria deliberare co-
gitur, facultatis suæ tenuitatem non sentit, nisi cūm ad
opus omnino veniendum est. Facile omnes, cūm res non po-
stulat, & sapiunt & res præclaras gerunt, & rem publicam
bellè administrant, & ubi belli nihil est, fortiter congregan-
tiuntur, & vincunt, & triumphant. At cūm ad rem ipsam
ventum est, & re non verbis agendum, continuò uinibus
illa cōmentitia scientitia euaneat. Quamobrem nos Deus
in angustias coniici sinit, vt quām de nobis exiliter sentire
deceat rebus ipsis intelligamus: tum enim ad diuinam la-
pientiam, diuinumque auxilium toti libenter occurrimus.

2. Cor. 1. Id dicebat Paulus: [Ipsi in nobis met ipsi responsum mor-
tis habuimus, vt non simus fidentes in nobis, sed in eo qui
sufficit mortuos, qui de tantis periculis nos eripuit.] Sic

Daniel. 14. Danieli inter leones prandium Abacuch ab usque Palestina,
Exod. 16. sic filiis Israel AEgyptia farina consumpta, manna in deser-

3. Reg. 17. to, sic Eliæ panem & carnes ex ore corui in summa fame ad-
ministravit. Vnde ergo panes Philippe? certè ei qui panis
est vitæ, panes deesse non possunt. Verum id minus haec e-
nus intelligebat Philippus, qui ducentorum denariorum pa-
nes non sufficiatos responderit: nondum etiam assequeban-
tur Andreas, qui panes quinque ad tantam cateruam nihil
esse arbitraretur.

*6. Deo obla-
ta crescere,
aliter collo-
cata perire.* [Accepit ergo Iesus panes; & cum gratias egisset, distri-
buit discubentibus.] Quid miramur fratres de quinque
panibus & piscibus duobus quinque millia hominū pastos,
qui

qui videmus quotidie infinitam animantium multitudinem diuinitus pasci? Illæ certè manus de paucis panibus cibum copiosum tot convivis produxere, quæ de nihilo & panes ipsos & convivias & vniuersum hunc mundum protulere. Si vis igitur panes tuos multiplicari, si rem familiariter augeri, si opes crescere fortunatisq; omnes, tradito, mihi credere, ista hæc omnia in manus Domini Iesu. Quo pacto tradam inquis? da pauperi, confer in Eleemosynam. Si mihi minus credis, crede Chrysostomo intrepide adhortanti, ac dicenti, [Sic pauperibus erogemus, quasi deponentes ea in manus Domini, scientes quod quæcumque accepit manus eius, eanon solum reddit, sed multiplicatione a iterum nobis largitur.] Itaque opes teas subijce libenter diuinæ voluntati: ipsius legem omnia metire: ex praescipto timoris Dei omnia facito, omnia obito; perspicies sine dubio mirabilem frugum tuarum prouentum. Paulum audi acclamantem. [Qui autem adiminet 2. Cor. 8. strat semen seminanti, & panem ad manducandum praestabit, & multiplicabit semen vestrum, & augebit incrementa frugum iustitiae vestre, ut in omnibus locupletati abundet Gen. 39. 2. Reg. 6. tamen ædes Obededon Gethæ creuere tantopere opes hominis: quid æquum est sentire de Iesu, cum illius præsentia tenetur, cum manus illæ diuinæ panem nostræ fragilitatis sumunt? O plane felicem panem qui in eas manus perductus est. Id verò nō de materiali & externo pane tantum accipi: quin potius de verò & spirituali pane, id est, de bono ac fructuoso opere, multo magis intellige. Quid hoc nempe bona tua omnia Deo ascribe, annumer, attribue: inde tibi cuncta bona prodisse crede, inde proditione confide: nihil tibi proprium priuatumque velis. [Sunt iusti, ait Salomon, atque sapientes & opera eorum in manu Domini.] Bene iusti & sapientes quorum opera in manu Dei, nam in manu hominem forent profecto caduca & vana. In manu Iesu sunt tuta, sunt illustria, sunt modis omnibus cumulata. Quid verò est, quod panis plenisque minuitur, & vix ad stomachum pervenit? Quænam causa est tantæ calamitatis iacturæque quantæ apud plerosque proceres, nobilesque videmus, quos cù ceteri

Chrysost. in
Genes. ho-
mil. 55.

Aug. ser.
72. de tem-
pore.

sum per grādē in bōnis numerēt, semper tamē & egere & vā-
dimonia quāritare cernimus, & ære alieno opprēssos respi-
rate. vix posse? Vnde hæc tanta calamitas? Dicam equi-
dēm Panem suum haud quaquam Christo in manus dant:
dant potius diabolo in manus, dant parasito, dant aleatori,
dant cytharistriæ, dant pellici, dant comœdo, dāt largitori,
dāt leurræ, dant farritori, dant dehinc satanæ ipsius satelliti
bus. Ita omnia funditus euertuntur. Ipsi ad extremam ino-
piam redigūtur. Sic Deus per Elaiam monet. [Pascetur pri-
mogeniti pauperum, & pauperes fiducialiter requiscent: &
interit efaciam in fame radicem tuam, & reliquias tuas inter-
ficiam.] Nimirum peccato consumi atque exuri diuitias,
quauis magnas tum divina scriptura, tum quotidiana expe-
rientialia abunde declarat. Iore proinde hic exclamat Ioānes
Chrysostomus. Quaenamira quavindicta non dignissis,
cum in meretricem eroges, mendicum verò expellas? spolia-
tis orphanis & viduis impiorum luxuriam foues: considera
igitur, quis te ignis, quod te supplicium maneat.]

Chrisost.
hom. 41. in
Ioan.

7. Ex conui-
nio deserti
ad patriæ ca-
lestis conui-
nium prono-
ctatio.

2. Reg. 13.

Bernar. ser.
1. de septem
panibus.

[Distribuit discubentibus, similiter ex pīscibus quan-
tum volebant] Dignum Dei sapientia & benignitate conui-
niū, quod in hac vita iustis dāt. Panes quidē hordeacei sunt,
pīces verō minutū: sunt quidē epulæ, pro loco, pro gente,
in deserto, turbæ. Agimus in exilio, absentes à patria, non-
dum illi diuinæ mēnsæ datur accumbere. Absalon lauto
conuiuo excipiens Ammonem, ne cē parat. Tales sunt mū-
di fallacis epulæ: Hordeaceus panis & atrior & asperiore est,
sed salubris & ardorem refigerans. Eiusmodi p̄enitentiæ
cibus, qui à patria extorres decet. Nam panem p̄enitentiæ
Bernardus agnoscit. [Nec mireris (inquit) quod laborem
aut lacrymas panem dixerim, nisi forte excidit tibi quod
in prophetalegisti. Cibabis nos pane lacrymarum] & rursus
[labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es & be-
ne tibi erit.] Hic igitur panis hordeaceus est simul pungit, si
mul pascit nos sermo diuinus, sed vere satiat, vere expletus p-
ſæ lacrymæ omni melle dulciores sunt: ipse fletus iucundus
animæ quārenti Deum. Quod si lacrymæ dulces, quid erit ri-
sus? quid complexus Dei atq; oscula? si panis hordeaceus di-
uina, manu porrectus tam suauè sapit, quid sapiet adeps ille
ſymmenti?

i frumenti quid Ambrosia illa cœlestis conuiuiis gloriæ apposita,
vbi ipse Iesu accinctus ministrabit? Quæ erit illa dulce-
do? quæ deliciæ si in fœno deserto tam dulce conuiuiū; quid
erit inter amæna ciuitatis Hierusalem cœlestis? si pauci hodie
pisciculis & pane hordeaceo, Prophetæ acclamati, regem salu-
tant, & eo rege regnare se putant; quæ erit illa æterni conui-
uiij lœtitia? quæ iucunditas? qui cantus & voces Deo & Chri-
sto immenso gaudio gratulantium atque dicentium? [Mag. Psal. 47.
nus dominus & laudabilis nimis: & magnitudinis eius nō est
finis.] Illie plane. [Magnificentiam sanctitatis loquentur, ibi Psal. 144.
mirabilia eius narrabunt. Ibi memoriam abundantè suauita-
tis eius erubebant, & iustitia illius exultabunt. Gloriam reg-
ni eius dicent, & potentiam Dei loquentur.] Regnum deni-
que tuum, Christe, Regnum omnium sæculorum.

F E R I A S E- C V N D A P O S T D O M I N I C A M Q V A R T A M.

Prope erat pascha Iudeorū & cetera. Ioa. 2.



ON semel, sed bis apud Euangelistas 1. In quedam legimus Christum ea severitate vsum, peccata seu ut negotiatores vi, ac verberibus ex iuri agendū. templo pelleret: quod factum ab illis mansuetudine, ac modestia admirabili abhorre videri poterat plurimum. Atque hoc quod modo Ioannes narrat in ipsis fere prædicationis ini-
tijs contigisse, illud alterum, quod Matthæus, ceterique scri-
but, in exitum maximè incidisse constat. Nihil autem ab eo, qui sapientia ipsa erat, gerebatur sine magna causa. Itaque, velim sic existimetis quædam esse vitia, quæ non satis verbis emen-
dentur, verberibus potius ut agendum sit. Ea præsertim quæ

quæ consuetudine, & diutinitate inueterarunt, atque à ministris Dei, vel religionis prætextu perpetrantur. Tale fuisse peccatum hoc, ob quod Christus ciecit flagello homines

1. q. 1. Qui studet.

Anaclet.

Epist. 2.

Pius Epist.

1. Iulius in obiurgavit,

Epist. pro

Athanasio

ad orienta-

les.

Greg. hom.

17. in Euan-

gel.

1. Reg. 2.

Gal. 5.

Col. 3.

Prov. 29.

Ecli. 33.

2. diuini cultus totērum, vel negligentiam nullo modo ferendam.

Deuct. 14.

sacerdotes facientes docentes. Nam sacerdotes fuisse istos, quanvis Euangelium non doceant, affirmant tamen viri gravissimi, sanctissimique Pontifices, Anacletus, Pius, Iulius,

Gregorius Magnus. Heli quidem sacerdos filios in templo, multa flagitia, ac nefaria facinora admittentes, verbis tantum

obligauit, ne que apud impudentes, & effastos quicquam prosecut. Quam disciplina remissionem indignatus Deus

nō sine stomacho seni exprobauit. [Honorati filios tuos plusquam me.] Itaque & illi miteri capti, atque occisi ab hostibus, & ipse senex infeliciter tristissimo nuocio perijt. Se-

uerè Deus animaduertit in eos, qui illius cultum vilem habent, qui sacra profanè tractant. Id verò in ijs vitijs, atq; pec-

catis maximè videre est, quæ ex avaritia proficiuntur: quā Apostolus definiuit seruitutem quandam Idolorum. Atque

seruorum iam proprium est, vt ingenui accepti deteriores fiant: verberibus plusquam verbis corrigantur. [Seruus, ait Salomon, non potest verbis eruditus, quod enim dicis, intelli-

git, sed obedire contemnit.] Item illud. [Cibaria, & virga, & onus asino: panis, & disciplina, & opus seruo.] Ergo seruilia

ingenia ad eum modum tractanda: vitiorū seruitus asperius accipienda: neque desistendum Ecclesia præpositis, neque cessandum à disciplina severitate in procaces, & profanos id sibi nempe voluit flagellum Christi. Id idem factum semel, atque iterum sub initium, & finem Euangelicae præ-

dicationis usurpatum.

Ceterum hæc, ac dubitate quodam modo cogit nos authoritas legis, quæ magis probare videtur hoc factum, cū Deuteronomium habeat, eos, qui pecora ipsa non habeant,

quæ offerre domino debent emere ea oportere in loco Domini. Mosis verba recitabo. [Cum autem longior fuerit via,

& locus, quem elegerit Dominus Deus tuus, tibique benedixerit, nec potueris ad eum hæc cuncta portare, vendes om-

nia, & in pretium rediges, portabisque manu tua, & profici-

ceris ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, & emes ex eadem pecunia, quicquid tibi placuerit sive documentis,

sive

sive ex quibus.] Quæ emere sacrificaturi iubebantur, ea profectò vendere ad officium potius, ac religionem pertinere videbatur. Verum non actio à Christo, sed locus actionis minimè congruens vituperatur. Nam quæ in foro fas erat agere, ea in templo ferenda nullo modo existimavit. Atque hinc nōs admoneri voluit, quam subtiliter de divino cultu, & honore decernere oporteat, neque vlla ratione ferendum, quod existimationi, & amplitudini, & dignitati rerum sacrarum obesse videatur. Videmus nobiles, & procères indignissimè ferre, si plebeio more tractentur: Quod res ea ad existimationem, honoremque pertineat. Quare in ministros Deus negligentes, & sordidos apud Ezechielem Prophetam acerrime inuehitur in hæc verba: [Sacerdotes eius contemperunt legem meam, & polluerunt sanctuarium meum, & interpolatum, & mundum non intellexerunt: & à Sabbathis meis auerterunt oculos suos, & coquinabar in medio eorum.] Non hæc negligenter audienda sunt, tam grauia, tam plena doloris, atque iracundiae. Se se inquinari Deus sacerdotum peccatis queritur, leges suas contemni, prophana fieri sacra: quod scilicet non dijudicarent sancta à prophanicis: quod res sacras vulgari modo tractarent. Quid Gregorius hac de resentiat, audire est operæ pretium: [Nullum (inquit) puto fratres charissimi ab alijs (natis) præjudicium, quām à sacerdotibus tolerat Deus, quando eos, quos gel. ad aliorum correctionem posuit, dare de se exempla prauitatis cernit: quando ipsi peccamus, qui compescere peccata debuimus. Plerumque quod est grauius sacerdotes, qui dare propria debuerant, etiam aliena diripiunt.] Audiant hæc qui ludibrio exponant dinina, qui missas indecorè, ac inimicè pene celebrant, qui sacerdotia vel indigni aucupantur, vel indignis conferunt, qui vñalem, & ad quæstum compositam Ecclesiasticam rem arbitrantur. Dicam, quod omnes miremini, quodquæ ipse sàpe miratus sum. Inter peccata grauissima illius ingratii, & scelerati Regis Hieroboã, qui vitulos aureos, id est, idolatria populo Dei inuexit, illud summopere vituperatur in scriptura Diuina, quod sacerdotes constitueret pretio accepto viles, & plebeios. Et erant tamen sacerdotes idolorum, sacerdotes vitulorum ab ipso.

Ezech. 22.

Greg. hom.

17. in Euhan

gel.

ipso futurorum, sacerdotes non Dei, sed Satanæ. Et tamen quod sacerdotale nomen tenerent, viles eos, pretioque factos scriptura vehementissimè incusat. Ipsa verba sacræ historiæ recito. [Post verba hæc non est reuersus Ieroboam de via sua pessima, sed è contrario fecit de nouissimis populi sacerdotes excelsorum. Quicunque volebat, implebat manus suam, & siebat sacerdos excelsorum.] Videte, quid sit vñalem habere Dei cultum, vñale sacerdotium. Neque verò minus utilitati nostræ Deus consulere putandus est quam honori suo, cùm in ministros indignè sacra tractantes severè animaduertit. Nihil enim perinde nos à Dei religione resocat, atque ministrorum turpitudo: nihil magis conciliat animos quam decor, & ornamentum sacrorum. Eam ob rem in filios Heli indignatus dicit: [Erat autem peccatum puerorum grande, quia retrahebant homines à sacrificio Dei.] Neque diuersum ab eo Malaclias aduersus sacerdotes nequam. [Vos autem recessistis de via, & scandalizastis plu rimos in lege, irritum fecistis pactum Leui.]

3. In sacerdotiū vitia. Iam mihi dicite quæ sois, si in eos, qui vendebant oves, & boves in templo Christus sic animaduertit, quid ageret, si ementes, & vendentes beneficia, & sacerdotia in Ecclesia inueniret? & sacerdotia quidem, ac præsulatus nequaquam publicè vñeunt, neque mensæ apponuntur, ut æs numeretur, verum quo pacto obtineant ipsi, qui obtinent, probè norūt. Alioqui dicant mihi, velim, vnde tam laeti vivant, tam opipare epulenturij, quorum res tenuis est, & stipendia publica admodum parua. Vix militis stipendum habent: fastu vñrò, luxumque plusquam Regium ostentant. Vnde ista miracula? [Pecunia tecum tua sit in perditionem.] Hæres in Simoniacam sacri Canones nominant, quod de Spiritu sancto infideliter, ac nefariè sentire videntur, qui pecuniae Spiritum sanctum æquant. Quod si atria templi, ac porticus occupari ebus vñalibus pecuarijs Christus talit indignè: quomodo dic mihi feret ipsa sancta, & sanctuaria mille sorribus impleri? Quomodo (inquā) feret sacerdotes, qui Dei sunt sacra ria negotiationibus, litibus, turpique questu perpetuo di-

Affor. 3. Gregor. ha mil. 7. stineri. Nanque vti Gregorius dixit, Spene nulla est sculpi actio, quam non sacerdotes administrent. Et iacent per misere-

nisterium operis , & honorari volant de imagine sanctitatis.] Ergo ne æquo animo ferret Episcopos , ac maiores Ecclesie proceres sacerdibus negotijs per annos complures operam dare? Interim Ecclesiarum cura vel neglecta , vel ad speciem vicario commissa . An Deus ista boni consulet , qui neque sacerdotem , neque principem contaminari à ciuibus lege lata edixit? Qui interpellatus à quodam dilete cum fratre decidenda , [Quis me (inquit) o homo , iudicem constituit inter vos?] Paulus quidem Episcopū optat neque litigiosum , neque cupidum . Pergam rogare amplius . Si pecora in atrijs templi Christus non fert : qui latarum putatis , si videat in ore , in manib[us]que eorum , qui ipsius corpus , & sanguinem tractant , idola Asmodæi , Adonisque , & Priapi ? Credo vos intelligere , quod me exprimere non audere videtis , impedit enim pudor . Heu lasciviam , heu procaces , & petulantes mores sacerdotum . An isti scelerati , ac nefarij tot flagitijs compaculati non extimescant durissimum flagellum Dei ? an ad illius indignationem , & iracundiam non expavescant? Exclamat in istos Oseas : [Quasi facies vitorum latronum , par. 0see.6. ticeps sacerdotum in via interficiunt pergentes de Sichen : quia scelus operati sunt in domo Israel .] In Esaï.65. hos Esaias inuehitur : [Ius prophanum in vasis co-
rum .]

Nam quod cathedras vendentium columbas euertisse Do-
minum narrat Ioannes , illud significare Gregorius vult , *cam labem*
quod dignam suo scelere pœnam fiscipient amissa dignita-
te , & sede sacerdotali , qui illam in negotiationem , & lucrum *uinitus* ple-
vertunt . [Qui in templo Dei , inquit , columbas vendere *tti.*
præsumplerant , eorum Deo iudice cathedræ ceciderunt .] Greg. lib.4.
Idem Beatus Papa alias sic loquitur : [Qui sunt in templo epist. 51.
Dei hodie , qui columbas vendunt ? nisi qui de impositione Greg. hom.
manus pretium accipiunt . Columba ergo venditur , quia manus
impositio per quam Spiritus sanctus accipitur , ad pre-
tiū præbetur . Sed redēptor noster cathedras vendētū colu-
bas euertit , quia taliū negotiatorū sacerdotiū destruit . Hinc
est enim q[uod] sacri Canones simoniaçā hæresim dānant , & eos
ipri uari sacerdotio præcipiūt , q[uod] de largiēdis ordinibus pretiū
quæ-

1. Math. 7. quærūt. Itaque legimus in libris Machabæorum miserè, & turpiter interisse impium Alcimum, qui Pontificatum pretio redemerat. Ac penites nomen ipsum, & decus Pontificium excidisse scimus apud Iudeos, posteaquam, & venalia, & annua summa sacerdotia esse cœperunt. Id quod Ecclesijs Orientis, & Græciæ plurima ex parte contigisse historiæ tradunt. In eum abulum, moremque depravatum licita-

Greg. lib. 4. titium Ecclesiastica sacerdotia scribens Magnus Gregorius regist. epist. ad Virgilium Archiepiscopum Arelatensem, quoniam eas labes in Gallia passim grassabatur, ita denuntiat. [Flens dico, gemens depuntio: quia cum sacerdotalis ordo intus cecidit, fortis quoque diu stare non poterit.] Quod vaticinum nostrum tempora quam sit verum, satis probarunt.

5. Malè parata malè dilabita. Numinulariorum effudit æs, & mensas subvertit. Ita planè in auaros pecuniarum congregatores diuina iustitia vindicat, ut uno momento effundi, atque verti videant, quod longissimo tempore coaceruerunt. Nam vel magistrati, & fisco agente iudicium subeunt bonorum, vel publicani soluendo non sunt ingente ære alieno oppressi, vel infortunio aliquores perit. Si nihil horum, certè mors ipsa cuncta diripit, eaque sape inopinato veniens fortunas omnes obruit, & dissipat, quas diuturno auarus labore congesserat. Qua-

Hiere. 17. de re Hieremias eleganter. [Perdix souit, quæ non peperit, fecit diuitias, & non in iudicio: in dimidio dierum suorum derelinquet eas, & in novissimo suo erit insipiens.] Quæ locum tractans Hieronymus ex historia naturali refert, perditis eum esse morem, ut aliena oua suretur, iisque incubet, & cum excluserit tanquam sua, tunc à pullis dignam furaci rependi vicem commentitiam matrem naturali quodam instinctu deserentibus. Ita diuitias male partas auaris, rapacibusque dominis derelictis ægriè solere illudere.

Lue. 12. Quid enim aliud diuiti illi accidisse putandum est, cui de suis copijs apud se glorianti dictum est, [Stulte hac nocte animam tuam repetent ate, & quæ parasti, cuius erunt.] Hæredes quidem facile dilapidant, quæ alieno sudore parta, parvo ipfis constitere. [Et in bonis eius ait sapiens, alias luxuriabitur.] Itaque effusa in terram pecunia, ac calcata cernitur saepe numero ab hæredibus, quæ idoli instar altari positi ad-

to adorabantur à dominis, vel à seruis potius miseritam
seruitutem seruentibus.

Nolite facere domum meam domum negotiationis. Si do-
mus Dei negotiationis domus esse nō debet, quo pacto Dei
domestices negotiatores esse licebit? Paulus aperte prohi-
bet: [Neque turpis lucri cupidum.] Hieronymus præclarè
ad Nepotianum, [clericum negotiatorem, & ex patre di-
uite in ut peste fuge.] Sed quid illud est quod de Christo
prædictum Apostoli aliquando tandem intellexerent. [Ze-
lus domus tuæ comedit me?] Liceat mihi nunc dicere esse
aliud de zelo domus Dei comedere, aliud verò à zelo do-
mus Dei comediri. Sunt enim qui de zelo domus Dei come-
dunt. Quinam illi? Vidistis episcopum, vidistis vicariū, vel
iudicem ecclesiasticum inquirentem in criminolos: mulctan-
tem, punientem scelera, eximio, ut apparet zelo, in flagitio-
los, aut negligētes vindicātem? At ea omnis mulcta ad vnum
ipsorum valet, poena pecuniaria alios plectunt, se ipsos au-
gent. Hos ego dixerim potius de zelo domus Dei comedere,
quā comedī à zelo domus Dei. Ille verò certè comedens
erat à zelo domus Dei, qui dicebat: [Tabescere me fecit ze-
lus meus, & super inimicos tuos tabescerem. Perfecto odio
oderam illos.] Nolo Dei zelatores esse pingues. Nolo zelo
crassescere, macilento ac tabidos cupio cernere. Nā qui ex
visitacione, ex praefectura, ex subsidijs dilectis, qui pinguis,
ac bene nitens discedit, eum nemo putare debet zelo Dei
comedens, nisi stultissimus sit. Qui verò sua magis erogat,
quam aliena aggregat, qui pauperior, quam ierat, redit ex
prætura, aut parochia, hunc zelo Dei comedens rectè existi-
mare debemus. Talis revera Paulus erat, qui scribit vera de
se: [Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandaliza-
tur, & ego non vror?] Hoc tantum est divina charitatis indi-
ciū, ut Chrysostomus intrepidè afferat, [sex cēta mihi narra
miracula: nullum cum isto cōparandum afferes.] Quid illud,
quod idem Paulus spondet de se? [Ego autem libentissime
impendam, & superimpendar ipse pro animabus vestris.] O
si tales habent etiam nunc domus Dei ministros. Tribuat ille,
qui potest, qui zelo salutis nostræ in crucis igne arsit, acto-
rus exustus est.

*6. Quid fit
zelo Dei co
medi.
Tit. 1.
Hieren.*

Psal. 118.

Psal. 138.

2. Cor. 11.

2. Cor. 12.

IN FERIA TER-
TIA POST DOMINI-
CAM QVARTAM.

*Jam die festo mediante ascendit Jesus in tem-
plum. Ioan. 7.*

I. Quā mi-
rabilis Chri-
sti sapientia.



V O D sāpe in concionibus Domini accidere necesse fuit, id modō peculiarter declarat Ioannes, Iudæos admiratos inter se dixisse: [Quomodo hic literas sic, cūm non didicerit:] Naturaliter eximia quādam sapientia patit admirationem, in quoconque illa cer-
natur: sed multò vehementius, cum il-

lius causæ penitus latent. Est enim res pér se admirabilis sapientia, adeo ut Job dicat: [Excelsa, & eminentia non memorabuntur comparatione illius.] Adiungit verò vir sapientissimus è vestigio. [Trahitur autem sapientiade occultis.] Vultis scire, quām sit occulta, atque ab hominum sensu remota origo sapientiæ. [Fons sapientiæ ait, verbū Dei in excelsis.] [Deus erat verbum, & verbum erat apud Deum.]

Quod si exigua quādam gattula illius præcessi fluminis ita implebat, ita rapiebat homines admiratione sui, quid erit cum fons ipse plenio ductu manaverit, atque in animos beatorum influxerit? Quadruplicem scientiæ in Christo Theologi, ac Theologorum decus præcipue S. Thomas rationem ponunt. Fuit enim scientia diuina cum esset Deus, atque ipsa sapientia Dei: in quo omnes thesauros sapientiæ, & scientiæ recöditos Paulus dicit. Fuit scientia beatifica, qua præstantissima illa anima ex ipso suæ creationis exordio personæ verbi vñita statim diuinæ visionis radijs illustrata, impletaq; est. Fuit scientia illa infusa, quam Spiritus sanctus cōmu-
nicat Prophetis, qua Prophetas omnes lōgissimè excelluit.

[Spiritus Dominisuper me (apud Esaiam ipse loquitur) eò
quod

Job. 28.

Ecclesi. 1.

Ioan. 1.

**S. Tho. 3. p.
quaest. 9. per
totam.**

Coloss. 2.

Esaï. 61.

quod vnxerit me.] Christus innactus ea est sapientia omnium excellentissimè. Atque hæ quidem rationes sciendi non erant illi nobiscum communes. At quartum genus cōmune iam est, quo nos sensi, &c vnu rerum discimus, ac sci-mus. Id cūm esset versus, naturalisque homo Christus similis nostri, deesse minimè potuit. Vt videndo, audiendoq; etiam rerum notitias caperet. Enim verò quod plerisque nostrum solenne est, vt literas à præceptoribus discat, id nullo modo Christum decuit. Itaque scholas literarias ingressus est nunquam. Literatores, atque magistrum penitus ignorauit, artificio potius fabrili adolescentiam, etatemque illam priuata omnē exercuit. Neq; enim mundi præceptorē, atque hominum omnium magistrum, qui tanta, ac talia esset mortalibus cœlestis doctrinæ instituta traditurus, eum literas discētem videre par erat. Quamobrem mirati omnes homines, ac stupore attoniti, cūm copiose, prompte, apte, diuinè denique sacras Scripturas proferentem, multaque præclara docētem audirent, quærebant inter se, vnde literas sciret, qui nūquam didicisset. Præclarè prorsus, perinde ac si fonte, qui erat operatus, patefacto, rusticus quæreret. Vnde aut quibus canali-bus aqua illuc influat? Cui recte responderit quispiam, solum esse fonti canales quærere, illic quippe locus ipse, atque origo est aquæ.

At Christus non vult ad se referri sapientiam suam, [Mea 2. Nō esse doctrina, inquit, nō est mea, sed eius, qui misit me.] Benè hoc de sapientia loco Augustinus philosophatur doctrinā Christi esse ipsius, quod ipse esset sapientia Dei. Eadē doctrinā non esse ipsius, quod ab alio illā hauserit, atq; accepérat, nēpe à patre, vt em nō est à se, sed à Patre, ita neq; habet à se sapientiā, sed à Patre. Paulo credimus ita docēti: [Qui cū sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius.] Omne enim verbum dicentis est verbum. Nā de sapientia increata, & diuina id dictum intelligūt plerique Patres. Quod si de sapientia etiam creata, quam vt homo habebat, Christus loquitur, quod Ambrosius accipit, vtrouis modo verū est Christi doctrinā à Deo esse acceptā. Quia ex re illad admonitos nos esse voluit, gloriā nobis non esse tribuēdū, sed illi potius, à quo bona nobiscūcta pueniat. Nam si is, cui sapientia ipsa propria naturalisque est adeo, cap. 3.

ut si is ipsa sapientia: tamen illius laudem minimè sibi usurpat, vultque potius in patrem, vnde profecta est, integrum, plenamque redire. Quid sentire par erit hominem, cui sapere tam exiliter datum, idque ex alieno, & precario concessum? omnino stultissimum est de sapientia, & scientia gloriari hominew. [Quid enim habes homo, quod non acceperisti? Quod si acceperisti, quid gloriaris, quia non acceperis?]

1. Cor. 4.**1. Cor. 8.****Arist. 2. Me-****taph. c. 3.****Rom. 1.****1. Cor. 8.****Prov. 30.****Iansen. in:****expos. c. 30.****Aug. epist.****49. q. 5.****Beda pro-****cer. 30.****3. Dei no-****tebri****magis****nebri****scitum****ma-****nebri****scitum**

Itaque iure Paulus nos admonet: [Qui putat se aliquid scire, nondum cognovit, quemadmodum cum oporteat scire.]

Modum sciendi ante scientiam requiri Philosophus vult.

At Paulus eum qui scientiam iactet, ne modum quidē sciendi attigit contendit. Itaque duplo insipientior est. [Putan-

tes (ait) se esse sapientes, stulti facti sunt.] Revera quos sapien-

tia præstare videmus, eos humilitate præditos constat. Au-

gustinam ego dubitare solito: verum sapientiorem, an humili-

orem existimem. Thomam admiror, non quod tanta &

scierit, & docuerit, sed quod ita modestus extiterit, ut se nul-

li unquam prætulerit. Nam quæ inflat scientia, eam inanē,

ac vanitatis plenari censere oportet. Salomon, (vt ex sacris

literis documenta petantur) de se pronuntiat: [Stultissimos

fum virorum:] quem tamen Dei iudicio omnibus, & lope-

rioribus, & mox secuturis antelatum nouimus magnitudi-

ne sapientiae. Neque enim placet quorundam sententia, ea

verba Salomonis esse negantium, eadem Agit nescio cui, tri-

buentium. Magisque Augustinum, Bedamq; sequimur, imo

vulgaræ editionis autoritatem Salomonis scribentem: qui

doceat hominem, quantò sapientiorem, tantò humiliorem

esse debere. Si enim respiciat ad te homo, quanvis doctus,

eruditusque sit, iure se imperitum, & ignorarem iudicabit.

Quod si ad eum verticem oculos tollat, vnde omnis sapien-

tiae laus manat, nihil sibi usurpabit, totum refundet eò, vnde

deriuatum est, ita solidè, stabiliterque sapiet. Ut enim lucis

radios cum primum ex ipso fonte luminis amputatus obte-

titiam magis nebre scit, & perit, ita laus sciendi, si non tribuatur Deo, cu-

gis bene agere ius est propria, continuo vertitur in deformem stultitiae no-

do, quæ di-

cam. Ergo qui sapit, se nihil sapere putare debet, quod Socrate

sputando patet de se profiteri solebat.

rati.

Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscet de do-

ctrina

Aetina mea, utrum ex Deo sit. Magna, mirabilisque sententia, ac fractus pretiosissima. Vitijs, & peccatis prohibitos Iudeos Christi doctrinam cognoscere, recte Cyrilus, *Cyril. li. 4.* Chrysostomusque declarant. Contrabene agendo ad Dei & *c. 43.* Chrysostomusque declarant. Non paratur Christi doctrinam scientiam peruenire. Non paratur Christi doctrinam literaria exercitatione, nec tam libris legendis, *48.*

quam mandatis Dei seruandis. Fides, & obedientia praecipue valent, non a quæ studium differendi, & gariendi. Qui operatur, is est verè sapiens; qui Dei voluntati obsequitur, is doctrinam Dei assequitur, ac voluntatem Dei & probat, & perspicit. Ita se edoctum David canebat. [A mandatis tuis intellexi.] Idem cæteris ita evenire commemorat. [Intelle-

ctus bonus omnibus facientibus illum.] Bene Nazianzenus ait. [Intellectus bonus non prædicantibus, sed facientibus eum.] Et idem David (communis est cum filio Salomone sententia). [Initium sapientiae timor Domini.] Neque ab eo dissentit Iob. [Ecce timor Domini ipse est sapientia, & recedere a malo intelligentia.] Quid Esaias? Omnino con-

sentit. [Divitiae salutis sapientia, & scientia. Timor Domini ipse est thesaurus eius.] Quantò igitur mens, affectiones, studiaque sua omnia Dei voluntati amplius & cognoscendæ, & implendæ dederit, tantò in diuina scientia progressus est factura maiores. Neque enim amat hæc scientia diuina discipulos curiosos, aut garrulos, sed humiles, & obsequentes,

qui silentio, & quiete si uantur diuinæ contemplationis thesauro, in eaque splendorem iminenſe illius lucis accipiunt, sincero quodam, & penitus recondito gaudio delibuti: utinam prompto, & constanti studio Dei obsequiū suscipemus, quæ essent illæ tante opes, citissimè cognoscemus, quid lux illa, quid pulchritudo pacis, quid mensa cælestis uertas, quid suauitas inexplicabilis gustus. Nemo ita nouit, nisi qui expertus est. [Gustate (inquit) & videte, quam suavis est Dominus.] Ante gustum re hauriendum quam oculis aspectuque monet, secus, atque in cæteris cibis solet fieri, qui primum vlii subiectiuntur, deinde palato degustandi mandantur. Huius doctrinæ studium verissimum tenens Bernardus sic amicum doctum invitat, atque allicit. [Citius illum sequendo, quam legendo consequi potes. Experto

Greg. Nazian. in oratione pro plebe grandinmis.

Psal. 118.

Psal. 110.

Iob. 28.

Esai. 33.

Psal. 33.
Bernard. in epist. 106.
ad Magistrum Henricum Monda chi.

credej aliquid amplius inuenies in syluis, quam in libris. Ligna, & lapides docebunt te, quod à magistris audire non possis.] Sic plane erat Bernardus edocens: sic alios sapere volebat.

4. Gloriæ Nonne Moyses dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem.] Hoc ideo dixit, quod de lege gloriarentur, qui legem minime obseruarent, itaque erat inanis, & mendax gloriatio eorum. Evidem veror, ne idem accidat plerisque nostrum, qui Christiano nomine & cœlēsum, & gloriamur. Fidem enim quam tantopere iactant, factis plurimi euerunt. Quos iure Iacobas cōpescit, & obiurgat. [Vis, inquit, scire, ò homo inanis, quoniā fides sine operibus mortua est?] Non paucos videas Theologos diuinarum literarum cognitione præstantes, qui barbarorum mores vitare referūt. Qualis quæso horum gloriatio sit.

5. Quæ fuerit ineptum vulnus In- dorum. [Quid me quæritis interficere?] apparet satis non solum necem Christi meditatos esse Phariseos, maioresque Iudeorum: etiam vulnus ipsum nonnunquam in eam insaniam venerat. Quam autem sit inconstans, statim animaduertite.

Chrysost. ho- mil. 48. in Ioan. Nōne (inquiunt) hic est, quem querant interficere? Ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt. Chrysostomo enim ita videotur, itemque Cyrillo: ramet si alijs aliter, neque improbabiliiter non esse meditatos necem Christi plebeios, & quod se argui falso eius criminis non ferrent, inuestos in Christum dixisse. [dæmoniū habes, quis te quærit interficere?] Vt cunque id sit, certè mirabilis fuit Christi mansuetudo, & patientia, qui tales alloqueretur, & cùm talibus tam saepē cōferret, inter tales libens tandem versaretur, homines ingratos, ineptos, stultos, inconstantes, levitatisque summae. Interim ex istorum turba etiam luctum Euangelio faciendum cogitabat. Nam multos in illam credidisse tandem refert, vsque adeo in bono etiam, non bonis faciendo Christi seruus alacer, constansque esse debet.

6. Clamor [Clamabat ergo Iesus in templo.] Quoniam eos homines Christi ex arnes ad salutis aditum, ac velut fores ipsas peruenisse videbant, desiderabat. Inde vero falsa quadam, & vana opinione retrahi doloris salutis lebat, clamabat accensus immenso desiderio salutis humanae. Et Christum quidem sentiebant non esse ex loco aper-

to, &

to, & cognito proditurum, verū ex abdito aliquo, & ar-
cano: hunc autem Iesum Nazarēnum esse sciebant, idcirco
vano timore retinebantur, ne Christum salutarent, cole-
rentque. Erat vero omnino secus. Nam carne quidem no-
tus erat, diuinitate prorsus excelsior, quam illorum scientia
ferret. Eā ob causam ita clamitat. [Et me scitis, & vnde sim, quānis pa-
scitis.] Id quidē quatenus humana natura cerebat: de diuina
vero quid? [& à me ipso non veni, sed est veras, qui misit me, mē affirmā-
quem vos nescitis.] Sic ostendens id ipsum ad fidem potius ter à Chri-
valere, quod causabantur, qui p̄cipuum Christi originem, sto dictū id
id est, paternam, ac diainam non assequerentur. Quis vero vult. Alij
hos Christi clamores non exaudiret libenter? Quis non se tamen recen-
totum traderet ita vocanti, & allicienti? O dura nostra p̄-
cordia, quæ tali clamore non aperiuntur, cui ipsa saxa, lapi-
desque cesserunt! Clamat Christus in templo, clamat in ma-
ri de nauticula docens, clamat de cruce ad Patrem semper de
nostra salute solitus, atque anxius. [Preces, ait Paulus,
supPLICATIONESQUE CUM CLAMORE VALIDO, & LACHRYMIS OFFE-
RENS EXAUDITUS EST.] Vtinam exaudiatur à nobis: vtinam an-
gorem illius, atque incredibilem curam, desideriumque ar-
dentissimum salutis humanæ digna homines gratia profe-
quantur. Raucas iam fauces sibi esse commemorat cla-
mando, vociferando, qui olim vocavit nos, qui se
ipsum pro nobis obtulit, qui nunquam etiā
cessat interpellare pro nobis. Ipsa
gloria, & imperium,
Amen.

Bb 4 FERIA

Sic exponē
Aug. tratt.
31. in Ioan.
Chrys. quo-
que hom. 49
lò aliter, ta-
mē affirmā-
ter à Chri-
tū censem,
ironiam à
Christo di-
cū sensu, potius
negatuuo.
Sic Cardin.
Toletus an-
notat. 20. in
cap. 7. Ioā-
nis, & incō-
mētario, &
Iansenius in
cōcor. c. 75.
Hebr. 5.
Psal. 68.

FERIA IIII. POST DOMINICAM QVARTAM. CONCIO PRIMA.

*Præteriens Jesus vidit hominem cœcum à na-
turalitate. Ioan. 9.*

*¶ Deñ Iu-
men tribue-
re cœcis.
Esaï. 33.
Esaï. 42.
Matth. 11.*



Ioan. 1.

Psal. 145.

NTER cœters præclara Redemptoris signa, Esaias de illuminatione cœcorum vaticinatus est. [Tunc aperientur oculi cœcorum.] Idemque alio loco. [Dedi te in foedus populi, in lucem gemitum, ut aperites oculos cœcorum.] Id sane Christus dupliciter egit, qui cum externum, corporeumque visum restituuit cœcis ostendens potentia lux magnitudinem, quam indicabat, cum Ioanni responderet. [Cœci vident.] Tum verò internum, ac spiritualem visum cœcæ menti hominum tribuit reparata gratia, ac iustitia, quod est verum animæ lumen. Id adeo si placet, considerate. Quanvis enim lux splendidissima solis effulgeat, nihil tamen is intuebitur, qui oculis captus est, itaque indiget acie oculorum, ut lucem habriat, & obiecta frui possit. Duplex igitur officium, vel potius beneficium præstat Christus. Vnum quod lux est, quam diffundit in omnes copiam sui faciens. Nam quod in ipso est, illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Alterum illud, quod oculos clausos aperit, cœcosque visu donat. Nimurum ea est internæ gratiæ infusio, sine qua frustra lux doctrina foris lucet: & veritatem ergo affert, quam homini annuntiat lex, & virtutem intus suppedeat, quia spiritus viuit, atque agit. Illi proinde meritò canitur: [Dominus illuminat cœcos.] Et nos exhortatur idem diuinus vates: [Accedite ad eam, & illuminabitini.] De qua interna gratia ad videndum, hoc est, ad assentendum.

dum fidei Christianæ ad hunc modum scribit Beatus Fulgentius: [Sic humano generi gratuitam gratiam diuinam bo-
nitas contulit, ut etiam cogitationis sanctæ amissa pridem *incarnatione*
in homine primo per hominem secundum recipereetur facul-*ne & gratia*
tas, atque hominis arbitrium quod sub ditione peccati male *cap. 12.*
liberum fuit, veræ salubrisque libertatis recipere denuo sta-
tum, præuenientis gratiæ munere liberatum.] Quam planè
mirabilem diuinæ potentię operationem in iustificatione
impij pulcherrime hodierni cęci medicatione declarauit.
Ordinem facti consideremus.

[Expuit in terram, & fecit lutum, & liniuit oculos eius, 2. *Cogni-*
& ait illi, vade, & laua in natatoria Siloë, quod interpreta-*ttiene prie-*
tur missus. Abiit, & lauit, & venit videns.] Per breuis misericordia ho-
quidem amplissimi facti narratio. Sed quæ tot sacramen-*minem illu-*
ta contineat, quot verba. Primum quid terra, quid pul-*minari.*
vis ille significet, diligenter attendite. Expuit(inquit) in
terram. Cito plane diuina authoritas occurrit ea de re nos
instruens. [Puluis es, & in puluerem reverteris.] Atque *Genes. 3.*
alio in loco, [Quid superbit terra, & cinis?] Videtis, cre-
do, ipsam naturam nostram mortalem de limo sumptam *Ecli. 10.*
terra nomine intelligi. Terra quidem hac, atque hic pul-
uis si solus cogitetur, potius ad obsecrāndos oculos va-
let, quam ad illuminandos. [Sicut puluis, inquit, quem pro-*Psal. 1.*
ijicit ventus à facie terræ.] Si vento igitur vanitatis, & fa-
stus humana ingenia attollantur, cui dubium est, quin per-
spicacissimos quoque obtutus sit ea pulueris vis oppressura,
atque in miseram cæcitatem datura. Id quām sit fre-
quens, quām dolendum, vos cogitate. Attamen hac ea-
dem infima terra, idem hic abiectissimus puluis, si non ven-
to hominem, sed Deisapientia, idest, salua aspergatur, in
medicinam vertitur efficacissimam, adeo ut qui maximè
obsecrabat, is ad visum recipiendum puluis potentissimus
sit. Meminisse vos opinor pīscis illius, quem Scriptura *Tob. 6.*
sacra narrat Tobiæ iuueni faisse terrori, quod iam iam de-
vorandum ab illa immani bestia se crederet: quem tamen
pīscem extractum monitu Raphaelis Angeli, atque exen-
teratum mirificè salutarem inuenit. Felle quippe eius ad-*Tob. 12.*

moto oculis Tobiae senioris cæcum patrem visu, latitiaque incredibili affecit. Neque abest id à proposito, quod salus, & vita, & lux ipsa inde petatur, inde recuperetur, unde saeva mors imminebat, sapientia, nimirum, angeli & instruente, & agente. Angelum ego illum magni consilij intelligo, verissimum medicum, nostrum custodem fidissimum, socium nostrum optimum, ac sapientissimum præceptorem.

3. Luto ex Iam eam Christi sapientiam salina ipsius expressam vi-
Christi sali dete. Saliuæ vsus est duplex; nam & gustu seruit, & locu-
ua, & terra tioni. Dempta saliuæ, nec sapit quicquam, nec verò lingua
confecto si mouetur ad formandam vocem. Vtrumque verò sapientiæ
gnificari manus est, & diuina sapere, & diuina eloqui. Quam obrem
Gregorius magnus Dei sapientiam Christum saliuæ illa si-
gnificatum rectè sentit. Saliuam verò terræ admixtam faci-
le existimare potestis, ipsam Dei sapientiæ humanæ naturam
1. in Ezecl. induisse. Nam quod ait Euangeliū, Verbum esse carnem fa-
homil. 10. ctum, id præclarè Augustinus interpretatur factum esse lu-
Aug. tract. tum ex sputo Christi, & terra, in quam expuit. Quòd si alie-
44. in Ioan. num ab illa maiestate videtur lutum abiecētum, & sordi-
Philip. 2. dum, veniat in mentem Paulus, qui scipium exinanisse illum
Num. 21. dicit, forma serui accepta. Nam Moysis erat quidem serpēs
Esaï. 53. æneus appositus ad medicandum, atque illo tetro spectacu-
lo lethales serpentum mortis curabantur. Quem enim
Psal. 21. Esaias leprosum, quem David vermem appellat, eum si nos
latum factum pro nobis dicamus, mirari, ac succensere non
debes: lutum plane medicinale, lutum salutare, atque diu-
num. Quod si luto magis excœcantur homines, quam illa-
strantur ad contundendum, memineris liuorem, qui alijs mor-
bo sit, in Christo nobis fuisse saluti, cuius liuore sanatos nos
Esaï. 53. idem, qui leprosum vocitarat, Esaias afferit. Illius quippe
Roman. 1. ignominia honor, & gloria nobis est restituta: illius plaga,
& dolore salus æterna mortalibus parta. Ergo eo cælesti lu-
to oculi nostri inunguntur, cum Christum fide accipimus,
sine quo neque lux, neque salus cuiquam mortalium conti-
git: [Non enim erubesco Euangelium, dicebat Paulus: virtus
enim Dei est ad salutem omni credenti.] Tametsi enim in-
digna quedam, & abiecta, atque adeo sordida mundo appar-
reant,

reant, quæ de cruce, & opprobrijs Christi Euangeliū tra-dit: sunt nihilominus salutaria, ac diuina credentibus. Lutū denique tale ex Dei sputo confectum, vt non maculet, sed absterget potius maculas, atque illuminet.

Potest verò alia quadam ratione inunctio ea explicari, 4. *Lutum*
atque accipi: vt lutum intelligamus peccatum, non simpli-*Christi digi-*
citer, sed Dei dígito oculis nostris admotum. Nam ipsa pec-*to oculis cæ-*
catorum cogitatio, cùm diuinitus animus excitatur, & com-*cis appliciū*
mouetur ad lordes suas recognoscendas, atque intimo odio
prosequendas, salutaris est medicina, atque efficax, qualu-*esse recorda-*
men gratiæ peccato ablatum Dei misericordia restituatur.*tionem pia-*
Id hoc factō Christi significatū, egregiè demonstrat Ambro-*peccatorum.*
sius his verbis: [Ioānes quid ait? Tūlīt lutū, & linīuit super
oculos eius. Ergo, qn̄ dedisti nomē tuū, tulīt lutū, & linīuit su-*Ambros. li-*
per oculos tuos. Quod significat, vt peccatū tuū fatereris, vt
conscientiā tuam recognosceres, vt poenitentiā ageres deli-*bro 3. de sa-*
ctorū: hoc est sortē humanae generationis agnosceres. Itaq;
tibi imposuit lutū, hoc est, verecundiā, prudentiam, confide-*cramen. c. 2.*
rationē fragilitatis tuae.] Etenim magna cætitatis pars est, nō
agnoscere, ac meminisse culpas suas, quod Petrus admonet
illis verbis: [Cui enim nō præstō sunt hæc (virtutes præcla-*2. Pet. 1.*
ras cōmemorat) cæcus est, & manu tentans, oblinionem acci-
piens purgationis veterū suorū peccatorum.] Itaq; purgat-
mentē mirificè recordatio peccatorū, si dolens sit, si pia, si ex
Dei timore, atque amore profeta, hoc est, si dígito Christi
facta, atq; applicita mētis oculis. Quād id præclarè Ezechiel
Propheta nos doceat, quæso, at tē accipite. [Et recordabi-*Ezech. 20.*
mini (ait Dominus) viarum vestrarū, quibus polluti estis in
eis, & displicebitis vobis in conspectu veltro, in omnibus
malitijs vestris, quas fecistis: & scietis, quia ego Dominus,
cūm bene fecero vobis propter nomen meum, & non secun-
dum vias vestras malas, neque secundum scelera vestra pes-
fima.] O quām felix illa est anima, quæ sibi vehementer di-
splicet, quæ oculos suos vitiorū, ac sordiū suarum cœno im-
plet, atque in aliorum se offert conspectū, talis cūm sibi ipsa
videatur. Plus quippe eam pudet sceleris admitti, quām
ignominia oblatæ. Ea erat demam Davidis mens, is sensus *Psal. 50.*
intimus

Psal. 50. intimus, cùm dicebat. [Peccatum meum contra me est.] Ita erat affectus Rex ille, qui canebat, [Recognitabo tibi in amaritudine omnes annos vitæ meæ.] Denique [quæ secundum Deum tristitia est, si Paolo credimus, pœnitentiam in salutem stabilem operatur.] Fide igitur, ac pœnitentia oculicæci insanguntur Christi cognitione, ac propriæ misericordatione, ut saluti aditus aperiatur.

3. Ablui. Sequitur deinceps, ut in aquas Siloë se se cœcus immercetur in Si-gat, atque abluat. [Vade, inquit, ad natatoriam Siloë, quod loe, cum sa-interpretatur missus: abiit, & lauit, & venit videns.] Ipse cramento Euangelista mysterij ianuam subaperuit, cùm interpretationem attulit, quod Siloë sit missus. Nam quis ille intelligat missus, nemo est, qui ignoret, cùm eo nomine Christus tam sœpe glorietur. Sunt autem aquæ illius, qui missus est cœlo ad homines est, salutaria sacramenta ab ipso instituta.

Ambro. lib. 3. de sacra men. c. 2. Aptè id interpretatur Ambrosius: [Quid est, inquit, Siloë? Quod interpretatur, inquit, missus. Hoc est, vade ad illum fontem, in quo crux Domini prædicatur. Vade ad illum fontem, in quo omnium Christus redemerit errores. Isti, lauisti, venisti ad altare, videte cœpisti, quæ ante non videras. Hoc est per fontem Domini, & prædicationem Dominicæ passionis, tunc aperti sunt oculi tui, qui ante videbaris esse cœcatus. Cœpisti lumen sacramentorum videre.] Ita Ambrosius fontem declarans esse baptismum, cui subrogatur pœnitentia habens fontem misericordiæ, ut abluatur post baptismum lapsus. Hos enim fontes Esaias commemorat, cùm canit: [Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris.] Quale illud sit gaudium conscientiæ puræ, Psalmus annuntiat: [Auditai meo dabis gaudium, & exultabunt ossa humiliata.] Nihil perinde lætam, nihil incundum, atque pura conscientia, ut est iniquitatæ, & reæ conscientia contra tristissimus, atq; miserrimus sensus. Illud præterea attendite, aquas Siloë de quibus agimus, in Scriptura cōmemorari minimè turbulentas, minimè rapidas, minimè obstupentes, sed quietas potius, & leniter decurrentes. [Aqua Siloë quæ vadunt cùm silētio:] sic est apud Esaiam. Quid hoc ad rem omnino. Sacmenta enim aquas Siloë interpretati sumus:

Esaï. 12.

Psal. 50.

Esaï. 8.

scitis

scitis vero, quām sit occulta, quām latens diuina operatio sacramenti. Propterea honorae non sunt aquæ illæ, sive baptismus sit, sive exomologesis, sive aliud quidvis, nihil extra mutationis appetit: res conlectæ, res visitatæ videntur. Sed vadunt in silentio, mirificè inundant animam, mirificè abluit, excellenter afficiunt, silentio suo, id est, occulta illa, atque abdita virtute sua. [Quos similis formæ, ait Petrus, taluos facit Baptismus, non carnis depositio sordium, sed conscientia bonæ interrogatio in Deum.] Ad has igitur aquas immititur cæcus inunctus à Christo. Oportet enim vocatum divinitus, & tactum, atque fide, & pœnitentia imbutum ad salutares aquas sacramentorum festinare. Ad aquas (inquam) Christi nomine consecratas. Ad Siloem, id est, missum, ut in nomine vnigeniti filij Dei percipiat lucem, splendoremque iustitiae, ut audiat à Paulo, [Eratis aliquando tenebrae: nunc autem lux in Christo.] Atque iterum, [Et hæc quidē fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis.] Baptismum Patres illuminationis sacramentum vocitarunt, quod in eo homo cælesti lumen accipiat. Pœnitentia sacramentum ijdē Patres baptismum labiosum appellantur, ut qui Christianus iam Christo fidem, quam debuit, non seruarit, possit reconciliari per pœnitentiam, & ad pristinam amicitiam redire. Recuperatur enim, quod erat amissum. Ergo quiunque cæcos vos, & peccatorum tenebris offusos esse sentitis, Christo hodie hottante has petite salutares aquas, ipsis vos diligenter abluite. Redibitis, mihi credite, nouo lumine lati, Dei mirabilem gratiam experti prædicabitis. Teneamus Dei promissum certissimum, quod Prophetæ expoluit. [Deponet omnes iniquitates nostras, & proieciet in profundum maris omnia peccata nostra.] Iam vero considerate, quām fuerit dinersa reversio cæci. Venerat cæcus, venerat luto oppletus, & sibi displicebat, & alijs fortasse ludibrii erat. At credit videns, redit purus, redit alacer sibi ipse plaudens, alijs admirationem, ac stuporem afferens. Discite hinc orationem, qui sunt pœnitentiae faciat præstantissimi fructus. Qui peccatis oppressus, qui scelerum mole vix consistens, qui plenus angore, ac erubescientia trepidans, ac nutans, cum onus peccatorum depoluit, cum lajet oculos

1. Pet. 3.

Ephes. 5.

1. Cor. 6.

Mich. 7.

oculos luto oppletos, cum sacerdotis vocem accepit frustram
se absolutum omnibus his peccatis pronuntiantem è iudi-
catoria Dei sede: quæ cōtinuo lætitia: quæ animi fiducia: quæ
puræ conscientiæ gaudia? Attestantur sacre sancta Concilia
effectum esse diuini sacramenti mirabilem illam conscientiæ
Conc. Trid. tiae pacem, & lætitiam. [In viris pijs (ait) Concilium, & cum
seff. 14.c.3. deuotione hoc sacramentum percipientibus conscientiæ
pax, ac serenitas cum vehementi spiritus consolatione con-
sequi solet.] Verè auditui sua peccata confitentis datur gau-
dium, verè exultant ossa humiliata. O Christe Deus beni-
gnissime amator hominum, quas tibi gratias referent ho-
mines, & homines miseri, ac peccatores, quibus tot, & tan-
ta bona tuis sanguinis pretio contulisti? Accipe nos totos, si
quid miseri valemus, si quid sumus. Iube inter seruos nume-
rari, vt æternam tibi pro tantis beneficijs seruiamus serui-
tatem. Neque enim erit gratius regnum, nulla amplior glo-
ria, quam tibi optimo, ac amantissimo nostro Principi sem-
piterno iare seruire.

IN E A D E M F E- R I A C O N C I O S E C V N D A.

Prateriens Jesus vidit cæcum à nativitate.

Ioan. 9.

I. Nulla
esse peccata
animæ ante
corpus.



E causa cæcitatis cum Apostoli rogat,
peccato illam tribuendam esse tan-
quam rem minimè dubiam sumunt, ita
enim querunt. [Quis peccauit hic, aut
parentes eius, ut cæcus nasceretur?] Quæ sanè interrogationis forma duos
discipulorum errores declarat: vnum
quod potuerit is homo peccare, ante-
quam nasceretur. In quo errore versatos fuisse discipulos
sensit

sentit Cyrus, Chrysostomus repugnat: alterum, quod cæ- Cyrill. lib.
1. Ioan. c. 9.
cusalia ex causa nasci nequivierit, nisi ob peccatum. Ac fuit ille prior error peruvulgatus inter plerosque etiam Philolophos, ac seculi illius illustres authores, in quo fuisse Pythagoram, fuisse Platonicum constat, qui animas ante quam corporibus illaberentur, vitam, actionesque vel bonas, vel malas gessisse disserebant. Quorum placitis Origenes, atque Chrysost. homil. 55. in
Ioan.
Origenis et haereticis libenter acquieuerunt, atque ut Hieronymus literis commendauit ex hoc ipso loco Euangelico, confirmandæ sua sententia argumentum instruebant. Quod Apostoli cæcum hunc peccare potuisse, ut cæcus nascetur, tanquam rem certam sentiebant. Vtrum vero id accidisset, scire cupiebant. Verum id commentum, fabulâq; sancta semper Ecclesia expedit, certa fide confirmans hominum animas neque vivere, neque agere quicquam priusquam corporibus infundantur, quemadmodum aperte Paulus pronuntiat de Esau, & Iacob: [Antequam quicquam boni, aut mali egissent, ut secundum electionem propositum Dei manaret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est, quia maior seruici minori.] Quæ Pauli philosophandi de divina elecione ratio, nullo modo consistere posset, si gemelli iij de quibus differit, boni quicquam, aut mali gerere potuissent, antequam ex utero materno effunderentur: habet ergo catholica fides humanas animas non prius esse, quam corpora vivificant: simul enim & à Deo creantur, & proprijs corporibus infunduntur. Quare inepta ea erat discipulorum opinatio, quod cæcus ille propter peccata ab ipso patrata, cæcus nasci meruisse posset existimari. Verum eo interim errore dissimulato, alterum coarguendum Saluator putauit, quod sibi persuaderent, cæcitatis non aliam esse causam purtandam, nisi peccatum vel ipsius, vel parentum. Itaque stolidam eam interrogationem Ambrosius appellat, quæ calamitates corporum meritis ascribit peccatorum. Quam sententiæ dilucidè refellit Christus sic asserens, [Neque hic peccauit, neque parentes eius, ut cæcus nasceretur, sed vt 2. Quibus modis cala- Ambr. epist.
flo. 75. ad Bellicium.

Fuit sane is ipse omnia mala, atque incommoda, quæ homines subeunt, culpæ ascribendi error, olim ab amicis Sancti manifestentur opera Dei in illo.] mitates esse

Iob pertinacissimè assertus, atque defensus. Quotū cū beatō illo vito concertationis & vehementis & diuturnæ vñ illa ratio extitit, quod hic le se sine vlo malo merito suo, si ne culpa, atque offensa à Deo graviter affligi contéderet, cū se innocentem sentiret, Deum verò & quæ innocētem, atque noxiū interdum ferire solere: illi contra grave impietatis, & blasphemie genus de Deo ita sentire diligentissimè dispu tarēt. Neque enim accidere homini calamitatem ullam, quæ non sit poena peccati. Propterea illos Dei defensores, atque adiutores non necessarios & fallos Iob aliquando irridens appellat. Nam & si multa sapienter, verèque dixerūt, quo rum testimonio tanquam authoritatis idoneæ Paulus non nusquam vtitur, vt etiam Anselmus demonstravit, tamen in eo errabat, ac fallebantur, quod quæ de impiorum supplicijs vera essent, ea ad causam Sancti Iob pertinere arbitrabātur. In quo item errore cùm Apostoli versarentur, breuiter sunt à Christo reuocati, afferente esse quædam mala, quæ nulla propter peccata eueniant, sed vt gloria Dei ex ijs amplius il lustretur. Quæ doctrina ad modum salutaris, ne alios morbo, vel calamitate quapiam oppressos cùm videmus, dñare protinus prompti simus, paulo amplius dilatanda, explicanda que est. Igitur quatuor maxime modis vsuvenit, vt homines detrimenta patiantur, vt Sancti Patres trādidere. Plerique poenam peccati suscipiunt, vt emendentur. In quo genere Davidem multa perpersum narrat historia Sacra, Manassem quoque Regem, atque alios permultos. [Priusquam humiliarer ego deliqui.] En causam. [Propterea eloquium tuum custodii.] En fructum. [visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum, misericordiam autem meam non dispergam ab eo.] Et illud. [Quis filius, quem nō corripit pater? Quid si extra disciplinam estis, ergo adulti & non filij estis.] Infinita sunt eius generis. Secundum est genus eorum, qui non propter peccata affliguntur, sed propter bona opera potius, vt augeantur, ac perficiantur: In quo genere fuit sine dubio Beatus Iob, cuius causam Deus tandem defendit, atq; obreūatores repressit, sic pronuntians, [Nō estis locuti rectum coram me, sicut seruos mens Iob.] Fuit similiter Tobias Senior, cui dixit Angelus, [Quia opera tua placita

Iob. 29.

Ansel. in 1.
Cor. 5.Psal. 118.
Psal. 88.

Heb. 12.

Iob. 42.

Iob. 12.

placita erant coram Deo, necesse fuit, ut tentatio proba et te.] Quamobrem Apostolus Iacobus, [Comne gaudium ex i- Iacob. 1.
stimare nos vult, cum variæ afflictiones incident. Paulus Rom. 5.
vero etiam de ijs gloriandum censet, quòd patientia afferat
probationem, opusque perfetum. Et hæc duo genera ad iu-
stos, electosque pertinent. iam tertium genus ad improbos,
sceleratosque mulctandos potius quam corrigendos spectat,
cum ijs supplicijs afficiuntur, qui ex diuino conspectu pro-
iecti sunt, ut Pharao, ut Antiochus Epiphaneus, ut Herodes,
tum senior, tum iunior ille Agrippa, qui tartarei ignis, cui
sunt mancipati partem aliquam libant, hic apud mortales
male ut merentur tractati, illic apud inferos sempiternas
pœnas daturi. De quibus dictum interpretatur Gregorius. Psal. 108.
[Induantur sicut diploide confusione sua.] Tales cum Core Greg. lib. 9.
pereunt, & Abyron, ac Datani similes sunt: de quibus sapien- mor. ca. 33.
tia loquitur: [Finis condemnationis eorum veniet super Sapien. 12.
eos.] Restat quartum calamitatis genus. In quo non merita
hominum vel bona, vel prava spectantur, sed Dei potius glo-
ria consideratur, qui ex ijs malis maxima bona pro mirifica
sua sapientia sit producturus: [ut manifestentur, inquit, opera
Dei in illo.] Atque hic est modus hodiernæ calamitatis. Coe-
cus enim obesus est, qui ex materno utero cœcus prodicte
nulla sua, nulla parentum culpa: sed ut Christi maiestas in il-
luminando extremæ desperationis cœco cognoscetur. Sic
enim raro tempestates graues eveniunt, excidiaque urbiū,
ac nationum, in quibus pariter boni, malique miscetur, quod
maiora aliqua bona ex ijs malis Deus efficere paret: cui pro-
inde subditum esse oportet hominem, neque desperare, ne-
que diffidere, neque verò conqueri, sed illius sapientia, ac
prudentia cuncta referre. [Sterilem Deus facit matrem si- Psal. 112.
liorum latantem.] 3. Non esse

[Venit nox, quando nemo potest operari.] Admonet Sal expectandū
uator in die esse operandum, non noctem expectandam, tempus mer-
qua tenebris gressus hominum, actionesque impeditat. [Dū tis ad bene-
hæc durat vita, ait hoc loco Chrysostomus, laboradum est: agendum.
venit nox, hoc est futurum tempus, quando nemo potest Chrysost. in
operari, id est, quando non est amplius fides, neque labo- Ieā. homil.
res, neque pœnitentia.] Nos verò contraferre agimus, dum 55.

vita est flospes, & valent vires, genio indulgenius, & somno, pœnitentiam, rectaque facta in tempus mortis differimus. Nonne hoc est insanire? Videas plerosque processores, ac magnates in curia totos dies dormire: totas noctes aleæ, epulis, choræisque vacare. Negotij si quid habeas cum illis, nescias, qua possis hora ex perrectos offendere. Invertunt naturæ ordinem, rerum officia peruertunt. Venit nox, quando nemo potest operari, isti non nisi nocte operari volunt. At illi periculosis nocte se committunt, qui mortis tenebras vitæ emendationi præstolantur. Vetus quidem Deus lege, ne sibi sacrificarent Israelitæ vespertiones, aut noctuas: verut est istis nocturnis avibus vesci. Cur adeò putatis? Neque enim sunt per se escæ iucundæ, ne visitatæ quidem, sed lex spiritualis est volens significare, ut Cyril. in Leuit. lib. 7. Cœrillus innuit, non placere Deo sacrificia nocturnarū avium, id est eorum, qui non dici lucem, sed noctis tenebras ad volandum suscipiunt. Neque verò ipsis hominibus viles fore eiusmodi cibos, hoc est opera dilata in supremas mortis angustias, atque obscurissimas tenebras. Vbi sunt modò, qui confessionem peccatorum in mortis articulum deferunt? qui testamentum, qui æris alieni restitutionem, qui cætera officia saluti necessaria? Confiteberis vinus, viuus & sanus confiteberis: à mortuo quasi nihil perit confessio. Ita sapiens. Secus agendum sibi putant, qui eleemosynas, & pia opera post obitum futura instituunt, in vita quemadmodum aliena rapiant, sua augeant, magis laborant. Venit nox, quando nemo potest operari. Qui per noctem graditur, facile impingit, facile labitur. Errat sape per tenebras, aliam pro alia viam tenens. Rectè Apostolus Christo consentaneum monet: Ergo dum tempus habemus, operemur bonum. Meminisse opus est illius dist. 6. cap. quis vult. optimæ, verissimæque sententiæ: Qui cùm potuerant, nunquam conuerti voluerunt, confitentes, cùm iam peccare nequeant, non sic facilè acquirunt, quod volunt. Qui enim priùs à peccatis relinquitur, quām ipsa relinquit, ea non liberè, sed quasi ex necessitate condemnat. Quætiora consilia sequuntur, & dum dies est, ad Deum ire properemus. Nonne vñ aliquando venit vobis iter facienti-

*Lætit. II.
Deut. 14.*

Cyril. in Leuit. lib. 7.

Ecclesi. 17.

*Galat. 6.
De pœnit. dist. 6. cap. quis vult.*

cientibus, ut Solem iam properantem in occasum cernentes, & vibem longius distare, in quam tenditis, considerantes, ne vos nox occupet, atque impedit veriti, equum extimuleatis, percurrere, vel si fieri posset, prætervolare spatia, quæ restant, studeatis? Quid si interim fluvius aliquis impotens vado traiectus est, cuius sit periculosa trajectio? quam id festinatis, ut luce clara agatis? Quid illi, qui nauis in terram appellunt, propinquosque se se esse portui summodie animaduertunt? Quo studio, qua diligentia velificant, & omnia ad festinationem conferunt, ut portum die, non noctu subeant? Vno enim impulso ad scopulos, & syrtes occultas naufragium fit. Sic igitur cogitate virtutæ æternæ viam, portumque tempestivæ opertore teneri, ne si tenebrae mortis incunibant, atque in illa sensus humani in ea tempestate caligine, vel præcipites dentur, vel fluvij gurgite rapiantur, vel naufragio misero intereant.

[Fecit lutum ex sputo, & posuit super oculos eius.] 4. Mundi fulgor excœsanet, Christi latum illuminat, Christi apud tunetanos Reges nostri ferè temporibus; apud Constantiopolitanos Imperatores superioribus viguit. Ipsò ergo ignis vehementiore fulgore aciem obtundunt, excœcantque tyranni. Sic habet mundi consuetudo. Fastu, adulatione gloriae illius, splendore aciem mentis perstringunt, cœcosque reddunt homines. De talibus illud accipimas, [supercedidit ignis, & non viderunt Solem.] Quem locum sic Augustinus explanat. [Ignis supercedidit, ignis Psal. 57. superbia, ignis fumosus, ignis concupiscentia, ignis iracondia, super quem cetererit, non videbit Solem iustitia.] Excoecat lane aurisplendor auaros, quemadmodum Poëta Psal. 57.

Virdilius. cecinit: [Atque auri cœcus amore.] Ex cœcat voluptatis magnitudo: Cupidinem enim cœcum depinxere poeta. Ex cœcat ambitio, potestatisque insigne. Sic homines in sublime elatos vix propiuqua perspicere prouerbium habet. Euangelunt enim cogitationibus suis, ac se etiam ipsos gloriæ claritate offusi agnoscere, ac videre non possunt. Maximum verò detrimentum afferunt iudicibus, & magistratis pecunia, quæ suo fuligore perstringunt. Audi sapientem

Dent. 16.

Moysem: [Manera excœcant oculos sapientum, & mutant verba iustorum.] Itemque idem alias, [Xenia, & dona excœcant oculos iudicium: & quasi mutus in ore, auertit correctio-

Eccl. 20.

nnes eorum.] Igitur splendoribus mundus excœcat: cœcitatatem Christus lardibus, & luto curat. Nihil enim ita utile est ad perspicendum, atque sui ipsius cognitio. oculis diligenter admota. Postquam rediit ille prodigus ad se, & vita sue lordes, miseriariisque perspexit, statim resipiscere coepit, &

Hieron.lib.

ad patrem festinus rediit, & qui perierat, reuixit, & qui perditus erat, inuentus, felicitatiisque pristinæ redditus. [Initium enim solutis est, teste Hieronymo, sua intelligere, & fere peccata.]

6. an Esa. in

cap. 15;

terat. At sunt pleraque eiusmodi diuinitus imperata, quæ ad rationis humanæ calculos reuocari minime debeant: quin potius authoritati summae, & sapientiae numinis cedere nos atque obsequietiam atque etiam oportet. Itaque multa à sanctis viris geruntur, quæ iudicij humani, consuetaque rationis metas excedunt, quæ proinde damnare, tametsi illorum rationes minus assequuntur, nullo modo debemus. Olim Elaiam nobilem, atque ornatissimum virum, *Ezai. 20.* nudum, ipsis natibus patefactis, media Hierosolyma incessisse constat. Qod planè factum dedecoris, atque ignoracionis plenum, minimeque decens virum cum vulgo existimari facile poterat: sed ille propheta potius Dei iussis parendum, quam de hominum opinionibus laborandum existimat. Quid Hieremias, quem vinculis oneratum, *Hiere. 27.* & Regis captiuitatem nuntiantem superbè proceres conspexere? Ezechiel verò ingemiscens, & curuus, magnosque edens clamores, novitatis eius discendi causas plurimum desiderium ciuibus suis assert. Sunt innumera, multoque his admirabiliora, quæ Spiritus sancti authoritate, & ductu viri præstantissimi egere: quæ (ut præclarè Theodore^r. retus Cyrensis admonet) superiori quadam ratione, non in lib. de vi humano iudicio gerunt: ac propterea ad examen legum iis Dei amarissimorum redigenda non sunt: sed potius digna Deo relatum, in visione suscipienda. His similia post legem gratiæ à Christo ta Simeonis annuntiatam etiam permulta occurunt, qualis illa co-Stilitæ. lumna fuit Simeonis Stilitæ, quam narrat idem Theodore^r. retus à se conspectam: qualis B. Francisci tractio nudi, at- *Bonauen. in que alligati, instar capitali supplicio damnati, quam Bona- vita S. Frä- ventura refert. Hæc autem extraordinaria, & mirabilia facta dupliciter dicuntur inspirantur. Aut enim significandi quippiam veluti argumentum, & prælignum, causa assumuntur: obeamque rem Prophetæ, viri portendentes in *Zachar. 3.* sacris literis appellantur, eorumque facta pertenta sæpe verissima sunt. Aut verò feroce quodam viri sancti rapiuntur, *Ezai. 20.* ad contemnendas, & proculandas mundi opiniones, *Ezech. 12.* ac veluti de ipsius gloria triumphandum, quo in genere patræ *& 24.* per multa patres, qui de rebus gestis conscripsere, pla-*

1. Cor. 4.
Galat. 6.

num facere , vel ob&edientia maiorum , vel impetu Spiritus cuiusdam præcipiei acti. Ita enim prædicat Paulus : [Nos stulti propter Christum :] atque alias . [Ego stigmata Domini mei in corpore meo porto .]

Illud autem summopere considerandum est , eiusmodi res extraordinarias gerere non esse cuiusvis , valdeque periculosa , si proprio iudicio , ac voluntate usurpentur . Erunt enim superbiæ , aut temeritatis argumenta , quæ risum potius , aut contemptum pariant , scandalumque faciant viæ Domini , si pro libidine , vel vanitate usurpentur : quod quibusdam & superiori , & nostratempestate accidisse perlpicuum est . Nonnulli enim , dum sanctimoniorum singularis opinionem captant , in præstigiatorum , & circulatorum nugas , ac commentitiaæ sanctitatis ludibria potissimum inciderunt . [Nam quæ à Deo sunt , ordinata sunt ,] Rom. 13. 1. Cor. 14. Ephes. 4. ait Paulus , qui omnia ad ædificationem fieri iobet . Idemque docet , gratiam omnem istius generis externam ad ædificationem dari diuinitus , & utilitatem Ecclesiæ : quæ utilitas si desit , magisque tumultus , & disceptatio , quam compunctione , & vita emendatio ex ijs spectaculis consequatur , humanae vanitati , non feruori diuinis spiritus ea facta insitata , & extraordinaria ascribenda sine dubio sunt . Quam obrem Bernardus cum alias sape , tum sermone quodam in cantica acriter inuehitur in affectatam singularitatem , quam non ex spirita Dei , sed ex falso glorie cupiditate nasci docet . [Non vultis (inquit) esse contenti communis vita , non sufficit vobis regulare ieunium , non solennes vigiliae , non imposta disciplina , non mensura , quam vobis partimur in vestimentis , & alimentis : priuata præfertis communibus . Propriam scilicet , voluntatem vestram magistram habetis , non me . Illa vos naturæ docet non parcere , ratione non acquiescere , non obtemperare seniorum consilio , vel exemplo , non obedire nobis . An ignoratis , quoniam melior est obediëtia , quam victimæ ? Hec Bernardus sancte , ac prudenter in eos , qui singulariter eminere volūt , atque eò res agūt , quas nemo non admirari queat : nam qui hoc facit , quod nemo (dixit idem) mirantur omnes .] Iam

Iam quæ fuerit ex facto cœci consecuta utilitas, considerate. Omnes quidem admirabantur, eum videre videntē. Verum alij cum esse ipsum, qui fuerat mendicus, & cœcus, negabant: alij asserebant. Multi multa dispuabāt: omnes factum admirabile, ac pene incredibile prædicabant. Ea, nimirū, est diuinæ potentiarum vis, cum hominem illustrat, atque afficit, ut in alterum mutatus euadat, neque eundem esse homines opinentur. Sauli denuntiauit Sapientiam, cum primū sacra vocatione delibutum a se dimisit. [Mutaberis in virum alterum.] Id quod spiritus Propheticus subito inuadens eū per spicuum fecit, cum attoniti spectatores inter se referrent: [Num Saul inter prophetas?] Quem locum Gregorius, multis, præclarisque documentis illustrat: [Amor inquit] eleæ mentis, quid est aliud, quam immutatio vetustatis? Trepidus erat quis, sed repente visitatus a Spiritu, seruens conficitur. In virum alium mutatur, qui compunctionis gratiam per aduentementem Spiritum suscipit, quam ante non habebat. Repente raptus in virtute superuenientis Spiritus, esse carnalis desinit, potenter facili curas abicit, & in æternorum contemplationem mira puritate conflurgit. Miratur se tunc esse, quod non erat, miratur se tunc non fuisse, quod est. Mirifica ergo est, efficax, ac potens, plusquam dici queat, illa uinctio Christi, qua si lato facta talem reddidit cœcum, quid putatis facturam, cum ex oleo divino, cum ex balsamo illo suauissimo, denique ex cœlesti christmate detur, unde Christus est dictus? Quid agat ea uinctio in homine, quas vires habeat, quemadmodum hominem vertat in Deum, nemo melius exponet, quam Paulus copiosissime expertus, cuins de ea re verba sunt: [Christo confixus sum cruci: viuo autem iam non ego, viuit vero in me Christus. Quod autem non viuo in carne, in fide viuo Filiij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum propter me.] Adeò totus a se excellerat Paulus, totus in Christum mutatus erat, totus conformatus in Christum, ut qui Paulum spectarent, non Saulum illum pristinum, sed Christum ipsum videre sibi viderentur. Tales esse, fratres, enitamus, ut cœci fuisse minimè pattemur. Admiratur

1. Reg. 10.

Gregor. lib.

4. ex Psal.

in 1. Reg.

cap. 4.

enim mundus , atque atronitus prædicat castos , atque
 integros mores eorum , quos pridem impuros , ac lascivos
 agnoverat . Quod de isto cœco dicebant : [Non est ille ,
 sed aliis est :] hoc planè iactant de ijs , quos cœcos , quos
 errores , quos fordidæ cupiditatis mendicos aliquando
 peripexerant , nunc eosdem spirituali visu , intelligentia-
 quæ præditos , diuinæque laudes prædicantes , atque a-
 lijs virtutis exempla præbentes cernunt . De eo gene-
 re mutationis Petrus testatur ; [In quo admirantur ,
 non concurrentibus vobis in eandem luxuriae confusio-
 nem .] Eam mutationem dexteræ excelsi qui experientur
 in se , non possunt ij diuinæ munificentæ largitatem non
 prædicare , atque omnibus se se in alios viros euallis miran-
 tibus , iucundissime dicere : [Venite , audite : & narrabo ,
 quanta fecit Deus animæ meæ .] Qui cœcus aliquando ad
 sæculi huius vias paßsim impingebat , lumine diuinitus re-
 stituto , expeditus & alacer currit in vijs Domini , & can-
 tat : [Viam mandatorum tuorum curri .] Utinam fratres ,
 eiustodi mutationem experiamini : dicetis sine dubio , ca-
 nentes illud beati Augustini latissimum carmen : [Di-
 rupisti , Domine , vincula mea : tibi sacrificabo hostiam
 laudis .]

3. *Quo pa-
 tho sit verū
 peccatores
 non exaudi-
 ri à Deo.*

Apparet sanè hunc cœcum fuisse ingenio liberum , &
 natura constantem : nam & disputationem longam cum
 Pharisæis ingressus , aperte de Iesu ea dixit , quæ scie-
 bat illis esse maximè odiosa : & multis ab illis contume-
 lijs affectus , multa etiam contentione repulsa , nihil ta-
 men de pristina dicendi libertate remisit . Sunt autem
 hæc naturalia dona , non exigua ad virtutem capessendam
 diuinitus data adiumenta . Neque vero dubitandum est , di-
 unæ quoque gratiæ subsidia bono isti cœco iam illumi-
 nato fuisse suppeditata , vt in ea concertatione vñus tot
 Christi hostium impetum sustineret , ac cum gloria de-
 dum de eo certamine abiret . Nam & literatos idiota
 egregiè confutauit , & ubi parentes periculum detre-
 starant , desertus à suis non animo fractus est , sed con-
 stantior , ac fortior inimicorum se se telis obiecit . Nam
 quod .

quod Augustinus, & secundum Augustinum Diu^s Thomas coeci orationem reprehendunt, eumque nondum illuminatum mente dixisse confirmant, Deum non exaudire peccatores, dent veniam mihi duo lumina Ecclesie, duo calmina clarissima Theologiae. Arbitror equidem, 16. ad pri-
nec sine authoribus idoneis, orationem cœci fuisse veri-
sum, neque illa ex parte coarguendam: Magisque hic per Ioan. c.
Theophylacti sententiam probo, dictum cœci defenden- 9. lect. 3. ap-
tis, arque obiectiōnem contrariam ita refellentis, ut pec- probat sentē
catores quidem Deum non audire demonstret ad talium tiā cœci,
signorum perpetrationem, quanuis peccatores audiat ad eamque ex-
remissionem peccatorum, non ut peccatores (ait ille) sed plicat, ut
ut pœnitentes; ac reuera si ea sententia ex mente eam nos hic.
proferentis sumatur, omni falsitate vacat. Nam si iux. Theophyla-
ta institutum intelligatur, atque id, de quo erat contro- Et m. 9. Ioā.
uersia, consideretur, ut considerari plane æquum est, fa. Cœci senten-
cile perspiciemus, & cœcum vera sensisse, & rationem tiā fuisse re
idoneam, vel potius invictam attulisse. Erat quæstio, ram defen-
vtrum homo ille, qui dicebatur Iesu, peccator esset, nec- dunt Cardi-
ne; an à Deo esset, an aliunde. Rogatus bonus hic cœcus sen nalis Tole-
tentiam suam, pronunciauit esse Prophetam. Non est habi- tus annota-
ta fides homini. Retsus disceptate negotium placuit. Pha- 9. in cap. 9.
riſei confirmant se scire Iesum esse peccatorem. Cœcus isto- Ioan. & Cor-
ruim magis cœcitatem miratus, vel etiam stomachatus, tan- nel. Ianse-
dem proflit in apertam eorum reprehensionem. [In hoc nusca. 78.
(inquit) mirabile est, quia vos nescitis, vnde sit, & aperuit Concordiae
oculos meos.] Stuporem, scilicet, & recordiam istorum Euang.
non ferens, aperte tantam stultitiam, futoremque coar-
guit, quod miraculum manifestissimum, atque clarissi-
mum cernerent, & de authoris sanctitate dubitarent. Quod
illos perperam, absurdèque facere, robusto argumento
demonstrat. [Scimus (inquit) quia peccatores Deus
non audit, sed si quis Dei cultor est, & voluntatem eius
facit, hunc exaudit.] Quæ sententia pro qualitate rei, de
qua agebatur, fuit verissima, atque certissima. Neque
enim ea miracula, quæ à Christo fiebant, fieri à peccato-
re poterant, cum essent ad confirmandam veritatem do-

Etinæ ipsius facta, quæ se in mundum à Deo missum profitebatur ad salutem eorum, qui in ipsum crederent. Quid enim aliud voluit sibi cœcus noster, quam quod illius illuminator sæpiissime testatus est, opera illa testimonium idoneum reddere, quod esset à Deo. [Ego (inquit) habeo testimonium maius Ioanne. Operaquæ dedit mihi Pater, ut faciam, illa testimonium perhibent de me:] Itemque [Si mihi non creditis, operibus credite,] atque alias, [Si non venissem, & opera in eis fecissem, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent.] Hoc ergo peccatum Pharisæorum cœcus, hanc persicidam ex illustissimo, & scutulis omnibus inaudito miraculo rectissime arguit: atque eo genere testimonij, & amicitiae constat, Deum non exaudiare peccatores. Neque aliud oratio cœci habet, quam quod Scriptura sæpenumero tradit. An est aliud illud Psalmi? [Voluntatem timentium se faciet, & deprecationes eorum exaudiens, & saluos faciet eos:] Quid illud; [Oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum?] An Ioannes ipse non ita monet: [Charissimi si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus, quia quicquid petierimus ab eo, dabit nobis.] Et illud Esaïæ ad peccatores: [Cum extenderitis manus ad me, non exaudiem.] Longum est omnia cōmemorare testimonia, quæ sunt plurima, eademque apertissima, quibus monemur Deum iustorum orationes exaudire, impiorum repellere. Quæ tamen sententia non è pertinet, ut peccatores orare prohibeantur, aut eoram semper preces castæ, & inanes existimentur, immò vero, & orare debent, & sæpiissime exaudiuntur ad salutem suam, ut de illo Publicano commemorat Euangelium. Sed aliud est peccatores ad necessariam salutem impetrandam nunquam exandiri, quod cœcus iste non negat, & sæpe deijs, quos Christus 4. Eos, quos sanarat, audierat: aliud longè non esse peccatorum premissus excessus idoneas ad diuina patranda miracula, doctrinæ, vippellit, divinitaque ipsorum innocentiae attestantia, quod cœcus, inuine dulcedeum, ac repugnantibus Pharisæis, verissimè asseruit. mis fructum IAM extremam clausulam, tamque incundissimam experiri. hodier-

hodiernæ narrationis accipite; [Et eiecerunt eum foras Pharisæi] necepe cæcum è Synagoga expulerunt. Sequitur; [Audituit Iesus, quia eiecerunt eum foras, & cùm inuenisset eum, dixit ei. Tu credis in filium Dei? Respondit ille, & dixit. Quis est, Domine, ut credam in eum? Et dixit ei Iesus. Et vidisti eum, & qui loquitur tibi, ipse est. At ille ait, credo, Domine. Et præcidens adoravit eum.] Quam dulcis, & suavis est Dominus? Quam præclarè, verèque cecinit vates? [Facit iudicium iniuriam patientibus, dat escam esurientibus. Dominus soluit compeditos, Dominus illuminat cæcos, Dominus erigit elisos, Dominus diligit iustos, Dominus custodit aduenias, pupillum, & viduam suscipiet, & vias peccatorum disperdet.] Sic se habuit causa cæci, & Patrum. At illud attentiū considerate, tum demum Christum se se manifeste agnoscendum præbuisse cæco, cùm est à Pharisæis pulsus, atque excommunicatus, ut ita dicam, ac Synagoga interdictus, quod erat genus grauissimæ ignominiae, ut hinc sit vobis perspicuum, tuac maximè Deo esse charos homines, atque in illius amaritudinem, familiaritatēque admitti, cùm à mundo abiciuntur, pelluntur, exterminantur. Quam rem præclarè Chrysostomus hoc loco ostendit his verbis; [Qui propter veritatem, & Christi confessionem malo, & contumelia aliqua afficiantur, hi maximè à Deo honorantur. Ut enim qui propter Deum pecunias dispergit, is maxime eas inuenit, & qui odit animam suam, is vel in primis amat, ita contumelia affectus propter Deum, is plurimum honoratur à Deo: quod cæco vslu venit. Eiectus est à templo à Iudeis, & à templo Domino inuentus est. Contemptus à contemptoribus Christi; ab Angelorum Regge honoratus est. Ut enim manerarius athletam victoria insigiem, ac coronatum, ita hunc Iesus accipit.] Hæc Chrysostomus. Itaque poterat sanè noster cæcus suo iure canere: [Pater meus, & mater mea de reliquerunt me: Dominus auctem assumpsit me.] Apostolo Ioanni exulanti, & in Patrhom Isulam relegato altissima illa Apocalypsis, infra 3. Reg. 19. nita mysteria continens, est tributa. Elias à Izabele impia,

Psal. 145.

Chrysost. in
Ioan. homilia 58,

Psal. 26.

Apoc. 21.

3. Reg. 19.

pia, ac præpotenti regina capitis damnatus, ac fuga sibi consulens, in vastam eremum, Angelico pastu excipitur, atque in montem delatus, magnifica Dei visione potitur.

Exod. 23. Moyles a Pharaone ad necem quæsus, palatio relicto, inter deserta Deum videt in rubo: ita planè evenit inter persecutiones, afflictionesque maximas, ut dulcedinem Dei summam iusti experiantur. [Abscondes eos (ait)

in abscondito faciei tuæ à conturbatione hominum, proteges eos in tabernaculo tuo à contradictione linguarum.] O illam ter, & quater fœlicem animam, cui ob confessionem Christi, ob veritatis assertionem, ob iustitiae tuendæ firmitudinem, mundas infestas est. Quàm iucundè?

Psal. 30. quàm latè vocem Dei ex Propheta accipient? [Audite me, qui scitis iustum: populus meus, lex mea in corde eorum. Nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne metuatis. Illos comedet vermis, salus autem mea in sempiternum erit.]

Ezai. 51.

FERIA QVIN- TA POST DOMINICAM QVARTAM.

*Ibat Jesus in ciuitatem Naim, & ecce de-
functus efferebatur. Luc. 7.*

*1. Vitæ, &
mortis occur-
sus.
2. Tim. 1.
Heb. 2.*



Ducentus Filij Dei in mundum illa potissimum causa fuit, ut mortuos peccato homines reuocaret ad vitam: mortis vero, peccatiq; tyramnidem euerteret, aboleretq; quod indicat Apostolus, cù scribit: [Qui destruxit quidem morte, illuminavit autem vitam.] Idē alias apertiūs, [Vt per mortem destruc-

destrueret eum, qui habebat mortis imperium; id est, diabolum, & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant servituti.] Hunc præstantissimum ducem nostrum, ac Principem vidisse scribit Ioannes in sua Apocalypsi equo albo insidetem, corona pulcherrima ornatum, atque egregie manu vibrantem, de quo ita pronuntiatis: [Exiuit vincens, ut vinceret.] Nimirum vincens peccatum, ut vinceret mortem. Equo quidem albo sanctissimi corporis innocentiam indicans, corona regium decus, arcu potentiam, atque industriam ad debellandos hostes. Cui David concinit.

Apoc. 6.

[Sagittæ tuæ acutæ (populi sub te cadent) in corda inimicorum Regis.] Hoc mortis, peccatique vistori in illa sempiterna pompa, & triumpho, urbis supernæ ciues gloriolum pœna canunt, & se captiuos aliquando durissima seruitute ereptos, & in Regnum amplissimum vindicatos, latissimis vocibus confitentur. [Dignus es Domine accipere librum, & soluere signacula eius (librum quidem accipio prædestinationis, consilijque æterni) quoniam occisus es, & redemisti nos in sanguine tuo.] Iam eam Christi singularē de morte vistoriam præclarè representat hodiernis facti commemoratio, qua perspicuous adolescentem acerba morte raptum, iamque in funus elatum, filij Dei opera, & virtute mirabili redditum vitæ. Quæ res à Christo sapientissimè gestas simul potentiam, simul benignitatem ostendit ipsius, quamque bene cōuenerint in illo uno Principe nostro maiestas & amor, ut brachio forti minime cor tenerum, & dulce defuerit. Vidit profectò Naim ciuitas pulcherrimæ spectaculum, unde ei urbi Hebraico idiomate nomē est factū: nempe ad portā urbis eius teste Chrysol. vita, & mors sibi inutuo occurserunt: mors quidē intus profecta magno apparatu lugubri, plurimo satellitio filētium, & sordidatorum: vita vero foris ad catena S. ueniens cœlestium ciuium comitatu, Apostolorum (inquam) Tho. [vita ac discipulorum ad eandem urbis portam appulit, ubi facta est obmors iam velat dominabatur. Quid hic tam dissimilis occurvia morti.]

sus sibi velit, puto vos intelligere. Nam pulchra quondam urbs Naim, quod oppidum tradit Hieronymus sua quoque Hiero. de lo. ætate ostendi in secundo millario montis Thabor cōtra me cis Hebraidem iuxta Endor, spiritualiter quidem fuit natura ipsa cis in to. 30. huma-

- Osee. 13.* humana, cùm iustitiae originalis opibus ornata, ac munita esset: at ex ipsa tam pulchra vrbe mors prodijt: [Perditio Israel (ait Propheta) ex te,] Ex nobis origo mali. Sed vita restitutio extrinsecus: De celo venit Verbum, quod factum est caro, & habitauit in nobis, cuius opus peccati, mortisque destruicio. [Qui est (inquit Petrus) in dextra Dei deglutiens mortem,] adeò in illam iniuste inuectus, ut totam sibi devorandam existimat. Quapropter disfide re hominem sibi, in Deo summo pere spem collocare oportet: ex quo ad nostram mortalitatem leuissima verba facta cognoscite; [Viuent mortui tui, intersecti mei resurgent: expurgiscimini, & laudate, qui habitat in pulvere, qui a tos lucis, ros tuus, & terram gygantum detrahet in ruinam.] Rorem resurrectionis, ac novæ immortalitatis annuntiat, qui veluti germinare denuo faciat lemias, emortuamque herbam luce illa cælesti caduca corpora erigens, atque exornans: neque diuinæ aut potentia, aut voluntati obsertere posse feros illos, tartaroisque gygantes, damonis (inquam) humani generis hostes acerrimos, cùm ipsi regina potius sempiterna opprimendi sint. Itaque quoniam vita, ac mortis imperium a quæ penes Deum esse. Abraham probè nouerat, fiducia plenus unicum filium libens immobabatur, arbitrans, ut Paulus commentator, [quia & à mortuis suscitare potens est Deus.]
- Heb. 11.* Ibat igitur Christus in ciuitatem, quæ vocatur Naim. turba sequæ. Et ibant (inquit) cum eo discipuli eius, & turba copiosa.] tium Chri- Non Apostoli solùm, sed multa etiam caterua populi Christum, rari stum comitatur: sic enim illius dignitatem decebat: [In mul Principes. titudine populi, dignitas Regis: & in paucitate plebis, ignominia Principis,] Salomon scripsit. Utinam omnes Christum Regem sequeremur, comitesque nos viæ, quo- cunque duceret, præberemus. Pollicor equidem, nemini, si semel societatem Christi fuerit expertus, conditionem displacebituram, enimuerò non ita sit, àplerisque. Nam cuius tu ipse, qui audis, comes sis, cui obsequaris, tute bene nosti. [Trahe me post te, curremus in odorem vnguen- torum tuorum,] ita affecta erat anima, quæ fragrantiam Christi præsenserat. Optarem equidem non rusticatum solum,
- Cantic.*

Concio prima.

N. 425

Solum, sed artifices, & nauiculatores, & pescatores Christo
se-dare comites: cupere in eo comitatu spectare Duces, pre-
fides, patricios, Principes. At sibi res habet secus: turba,
vulgarisque ordo freqaens sequitur Christum, proceres, ac
primarij rari. Vera est enim Pauli illa vox: [Non multi no-
biles, non multi potentes, non multi sapientes.] Certe cum
Christus vitam daturus sit, id est, cum Eucharistia deporta-
tur aegrotis, decet summo pere viros primarios, ac Principes
honoris causa Christum comitari. Patres plane in Conci-
lio Oecumenico Tridentino Eucharistiam ad infirmos ho-
norifice deferendam instituerunt, atque de eius veneratione
verbis utuntur dignitate maxima: [Illum eundem Deum
presentem in sanctissimo Sacramento adesse credimus,
quem Pater aeternus introducens in orbem terrarum, di-
cit. Et adorent eum Angeli Dei: quem Magi prociden-
tes adorauerunt, quem denique ab Apostolis adoratum est]
Scriptura testatur.] Quæ cum ita sint, non possum non
vehementer dolere indignum plane, ac fiele specta-
culum, Deum per plateas, & compita in Sacramento fer-
ri vix tribus, aut quatuor, ijsque de media plebe comitatum.
Non pudet Christianos Christum ita deficerere: Si Rex, si
Princeps, si vel senator aliquis occurrit, nonne honoris
causa te lateti adiungis, ac pergentem assectaris, idque si
prætermiseris, nonne haberis incivilis, & rusticus? Quid
ergo Christo non defers honorem, quem homini pro-
pe aequali negare non aedes? O nos ingratos, & viles.
Tacet, ac dissimilat Christus: at non obliuiscitur iniu-
riam suam. [Ego honorificantes me honorificabo, qui
autem contemnunt me, erunt ignobiles.] Nobilitatis
est maxima Christum decorare, ac colere. Contra vero
cum vidua mortuum efferente, [Turba ciuitatis multa
cum illa.] Ea est verissima species negotiorum, litiga-
torum, ambitionum: mortuos sequantur, & comitan-
tur: viuis nihil praestant vel opis, vel opera. Quid sit hoc,
iam cognoscite. [Sine mortuos (ait Christus) sepelire
mortuos suos.] Mortui mortalis obsequuntur: Laudes, salu-
tationes, occursus, cætera ambitionis officia mortuorum in
mortuos obsequia sunt,

1. Cor. 1.

Conc. Trid.

Sess. 13. ca-
no. 7. & ca.

2. Reg. 2.

3. Tom. 5.
Ambros. lib.
de vita.

Matt. 8.

Et

*3. Mortis æ-
pe immatu-
ra, & inopi-
nata.* [Et ecce defunctus efferebatur, filius unicus matris suæ,
& hæc vidua erat.] Mortis acerbitatem, sauitiamque vide-
te, quæ non pepercerit iuueniætate florèti, orbam relique-
rit matrem unico filio, atque omnem spem posteritatis inci-
derit quinquecum vidua efficit, nihil excedat, sed eam nos

*Greg. Nis-
sen.de crea-
tione homi-
nis cap. 26.* set. Pulch're Nissenus rem hanc extollit his verbis: [Mater
vidua erat, & non sperabat ylterius filios procreare, neque
habebat, in quem oculos dirigeret vice defuncti, hunc solum
lactauerat: solus erat alacritatis causa in domo: quicquid ma-
tri pretiosum, ac dulce hic solus extiterat.] Spectaculum cer-

1. Reg. 15. temptatione mortis inanes curas, ipesque medaces abicinde remus. Rex quidem Agag alioqui potens, & robustus, ac bene pinguis, ad gladij ceruici suæ imminentis conspectum ex pauit, atque exclamauit: [Siccine separat amara mors?] Neque enim veretur mors Regum turres, neque consilia præclaras donec explicentur, expectat rationes suas valde a no-

Psal. 89. stris rationibus alienas potius curat. [Anni nostri sicut aranea meditabuntur.] Ex ipsis visceribus telam suam de promit araneus, quam diurno labore orditur: at cum in eam forte inciderint scopz, uno istu abrum pitur, quicquid longo opere intextum fuerat. Quid putatis falcam mortis acu-

*Matt. 6.
Iob. 8.* tam fragile foenum lecantem esse factum? Nam de hoc foeno scriptum est: [Hodie est foenum, & cras in clibanum mittitur.] De illa vero tela quam mors incidit: Et sicut aranea-

15. De maiori officia, quam nunc habet.] Et hec aranearum tela, fiducia eius.] Quid aliud cogitationes, cura que omnes sunt, quam infirma quidem, quanvis nimium elaborata tela aranearum? Quam multa orditum? quemadmodum se pene eniscerat vel ille ambitione inflamatus, qui collegiū cogitat? qui cathedram, qui ordinem senatorium, qui praesidatum, qui Episcopalem mytram meditantur, qui purpurā, qui tyaram denique Pontificiā, cuius animus non conquiescit, usque dum Toleraniam sedēm, aut, si fatis placet, etiam Romanam sibi despondent? At in medijs curis, in ipso feruore crescendi mors dura, & importuna, cuncta opera dissipat, consilia exortit, labores, industrias que omnem irridet. Adolescens filius vnicē dilectus, quippe vnicus matri, defunctus effereba-

efferebatur. [Dum adhuc ordiret, inquit, succidit me.] Re- *Ezai. 38.*
 Etē Seneca dixit: [In hoc omnes errore versamur, ut non pa- *Seneca libro*
 temus ad mortem nisi lenes, inclinatosque iam vergere, cum de consolat.
 illō infantia statim, & iuventa, omnisque aetas ferat.] Neque *ad Martiā,*
 minus bene Cicero: [Quis est tam stultus, quanvis sit adoles- *cap. 20.*
 scens, cui sit exploratum se ad vesperum esse victurum?] No *Cicer. in Ca-*
lite igitur incertæ horæ cōmittere vitæ sempiternæ ratio-
nes, nolite testamentum, nolite restitutionem tandiu pro-
crastinare. Nolite confessionem salutarem vitæ totius ante
aetæ differre. Eleemosynas, cæteraque benignitatis officia
ad incertum, & minimè profuturum tempus, cum sit iam ani
mæ causa finita, nolite morari. [Et quæ parasti, cuius erunt?] *Luc. 12.*
O insaniam lethalem furorem! De incertis certa facere nō
possimus, & quasi certa sint, viuimus. Salomonem audite: *Eccles. 9.*
[Sicut pisces capiuntur hamo, & sicut aues laqueo compre-
henduntur, sic capiuntur honines in tempore malo, cum eis
exemplò superuenerit.] Vtinam insidias vitæ tuae paraue-
rit inors. Dic mihi homo, an fueris asscetus. An in cōuiuio,
epulisque lautis, an infortunato aliquo itinere? an in aſtu
Solis, an in tempestate, ac fulmine repentina?] Necit homo
finem suum. [Quare sibi vnumquemque tempestiuè cōsule
re, ne mors imparatum offendat, atque obruat, id demum fa-
nissimæ mentis consilium fuerit.

[Quam cum vidisset Dominus, misericordia motus super 3. *Vidui-*
eam.] Vidua liberis præsertim orbatæ naturaliter misericor-
dia respondet, id agere decet honestissimum quemque, vt
eiusmodi afflictas foeminas consoletur, quoad liceat. [Cor
*vidua consolatus sum, aiebat Iob,] quod non verbis modò, *Job 29.*
sed re præstandum. [Iudicate pupillo, defendite viduam.] In
Ezai. 1.
Ecclesia verò etiam honorem meretur viduitas. [Viduas, in-
quit Paulus, honora, quæ verè viduæ sunt.] Id enim necessa-
rio adiunxit. [Neque immerito ait Ambrosius, viduas Apo-
stolus irreprehensibiles ostēdit esse debere, quibus ut opus
virtutis indicitur, ita honorificentia larga defertur, vt etiam
ab Episcopis honorentur.] Quæ sit verè vidua, mox decla-
rat. [Quæ autem verè vidua est, & desolata, speret in Deū,
instet orationibus, & obsecrationibus nocte, & die.] Cum
Deo alsiuè versari, imo nunquam intermittere orationem
1. Tim. 5.
Ambros. lib.
*de viduis.**

vult eam, quæ marito libera, vni Deo vacare debet. Itaque vel domi clausam, vel in Ecclesia orantem inuenire viduam decet: non circum plateas, & vias, aut palatia frequentatam, ieunijs, precibus, lachrymis pene consecutam, non nitidam, & bene cultam, multaque garrientem. [Nam quæ in delicijs est, viuens mortua est.] Nostis eam Pauli esse sententiam: mihi succensere nemo debet, si viduas eas vitupero, ac reprehendo, quæ viduitatem libertatis argumentum faciunt, quæ totos dies circumuent urbem, concurvantque, ac frequentant virorum maximos conuentus, quæ garriunt sine modo, atque omnes loquacitatis copia superare, decus putant, quæ elegantiores videri volunt, quam erant nuptæ, capillo flavo per curiosam incuriam modicè interim desflente, velo fronti decorè accommodato, neque cerussæ, neque purpurisso parcentes. Sed Hieronymum præstat audire, multò hæc elegantiū persequenterem. [Quid faciat (inquit) in facie Christiana purpurissas, & cerussas: quorum alterum ruborem genarum, labiorumque mentitur, alterum candorem oris, & colli, ignis iuuenium, somentalibidinum, impudicæ mentis indicia. Quomodo flete potest pro peccatis, quæ lachrymis cutem nudat, & sulcos ducit infacie? Ornatus iste non Domini est, vel amen istud Antichristi est. Aut loquendū nobis est, ut vestiti sumus, aut vestiendum, ut loquimur, quid aliud pollicemur, & aliud præstamus? Lingua personat castitatem, & totum corpus præfert impudicitiam. Quid de talibus viuis pronuntias Paule? viuens mortua est.] Non equidem mortale crimen id esse confirmo: at eas quæ talia seellantur, ita deliciose agentes, mortuas, id est, alienas à Dei vita Apostolus prædicat, quod sine criminum labore & deliciæ esse non soleant, quæ libidinem vel indicant, vel certè pariunt. [Quid sibi vult (ait Hieronymus) viuens mortua est? Vivere quidem videtur ignorantibus, & non esse peccato mortua: sed Christo, quem secreta non fallunt, mortua est: anima quæ peccaverit, ipsa morietur.] Harum viduarum mores idem Hieronymus in alia describit epistola: [Videas (inquit) plerasque viduas ante quām nuptias, infelicem conscientiam mētitā de custodia tum veste protegere, quas nisi tumor veteri, & infantū prodī virginitatis derit vagitus, cresta ceruice, & ludentibus pedibus incedūt.

Tim. 5.

Hierony. ad Furiam de viduitate seruanda.

Hierony. ad Encholium

Istæ

Istæ sunt, quæ solent dicere, omnia munda mundis: sufficit mihi conscientia mea. Cur me abstineam à cibis, quos Dens creavit ad utendū? quæ se etiam mero ingurgitant, & quæ viderint pallentem, ac miseram, Manichæam vocat. Hæ sunt, quæ per publicū notabiliter incedunt, & furtiuis oculorum nutibus adolescentium greges post se trahunt,] multaque alia, quæ in eminentias virgines, aut viduas petulantem iactat, quas esse easendas docet. [Adolescentiores viduas, ait Paulus, deuita.] Harum te capere misericordiam nō oportet, sed fugam potius & cogitare, & inire. Quæ verò vidua re ipsa, & professione virtutis est, qualis Sareptana illa Eliæ, qualis Euangelica Anna, quæ ieunijs macerat corpus, animū precibus pascit, & omne obsequium, officium, misericordia & verbo, & re iure debetur.

1. Tim. 5.

Quod si homines in viduā afflictā ita se gerere decet, quid existimatis Deū agere? [Misericordia motus super illā.] Om nino cū iniusta sit Dei illa maiestas, tamen lachrymis vincitur cordis afflicti. In ipsa Dei viscera penetrat gemitus dolētis animæ, atq; querelæ. In Ecclesiastico ita scriptū est: [Nōne lachrymæ viduæ ad maxillā descendunt, & exclamatione eius super deducente eas à maxilla enim ascendunt usq; ad cælū, & Dñs exauditor delectabitur in illis.] Verè misericors De⁹ est, [& miserationes eius super omnia opera eius. Misericordia, & misericors Dñs.] Meritò Esaias multitudinem viscerum Deo tribuit: meritò illum vix posse continere se dicit, quasi sibi ipsi vim afferat, quādiu laborē, doloreq; nostrū nō leuat. Nihil sanè postulabat viduahæc: At Christus tāquam exoratus lachrymis illius meliora pollicetur: dolentis genitū cohabet, summū dolorē in singulare gaudium vertit. Illud obiter cōsiderate, ad conspectū Hierosolyma fleuisse Christū, ad conspectū Naim nō fleuisse: & erat tamē maior hic flendi ratio, cūm viduan acerbissimè flentem contueretur. Nimirum erat Hierosolyma in gaudio, & lætitia tota: erat Naim in luctu, & funere. Itaque convertit Christus, & commutat manus, & ridentibus quidem minatur: [Væ vobis, qui ridetis, quia plorabitis:] flentes verò demulceret: [Beati estis, qui nunc fletis, quia ridebitis.] Ritus quidem noster, & Iulus, & tripladia Deo excitant lachrymas, tanquam

4. Comm̄ seratio in afflictam vi duam.

Eccles. 35.

Psal. 110.
Ejas. 63.

Luc. 6.

inates super filium insanè ridentem lugeat. Contra gemitus, & afflictio cordis Dei oculos, misericordiamque conciliat. Amat enim, nec suos obliuisci potest.

S. Per Christum redditi vita. Sequitur deinceps. [Et accessit, & tetigit loculum. Hi autem qui portabant, steterunt, & ait: adolescens, tibi dico, surge, & resedit, qui erat mortuus, & cœpit loqui, & dedit illum matris uæ.] Simile nonnulla ex parte Eliæ factum narrat historia vetus. Nam vidua Sareptanae uici filij immaturum obiitum, & matri orbitatem vehementer miseratus, ita cum Deo collocutus est. [Etiam ne, Domine, viduam, apud quam vtcunque sustentor, afflixisti, vt tolleres filium eius?] Ingressus porro in cubiculum, ubi iacebat puer extensus, deluper incubuit, ter lectum, puerumque contingens, atque illis precibus vsus. [Domine De' meus, reuertatur, obsecro, anima huius pueri in viscera eius. Et reuersa est anima pueri in eum, & reuixit. Tulitque Elias puerum, & dedit matri dicens: En viuit filius tuus.] Atque Eliæ factum ciuismodi fuit, vt Christi hodierum miraculum non adumbraret solum, verum etiam exprimeret. Sed interest inter serui fidem, & potestateam Domini. Ille obsecrauit, vt reviviceret puer, hic imperauit. Christum non sine fletu, & lachrymis peregrisse salutis nostræ opus, plurima Prophetarum oracula ostendunt. Suscepit enim in se miseriariam nostram, mortem sua morte peremit. Itaque nos amantissime alloquitur. [Ego feci, ego feram, ego portabo, atque salvabo.] Nâ quod in lectum defuncti pueri Elias incubuit, grande mysterium est, vt intelligamus ipsa mortis insignia, atque instrumenta vitae contactu vitalia esse redditia. Per lignum quippe sarcinus extincti: ligni contactu excitati ab inferis sumus.

Sic apud S. Tho. in cate na Titus. Ambro. lib. 5. in Lucâ. Quam rem ira prædicat Ambrosius, [Spem resurgendi habebat, quia serbatur in ligno, quod et si nobis ante non proderat, tomen postea quam Christus id tetigit, proficere cœpit ad vitam, vt esset indicio latenter populo per crucis patibulum refundendam.] Lignum ergo felix, crux Christi. Olim mortis teterimum instrumentum: nunc vitæ uicium, ac singularē præsidium, vt qui in ligno viceat, per lignum quoque vincetur. Nec dissimile cantici illud: [Sub arbore malii suscitauit, ibi violata est genitrix tua.] Ac reuera diuinæ sapientiae

Ezai. 46. Cant. 8. Canticum 5. Secundum. **Canticum 5. Secundum.** **Ambo. lib. 5. in Lucâ.** Quam rem ira prædicat Ambrosius, [Spem resurgendi habebat, quia serbatur in ligno, quod et si nobis ante non proderat, tomen postea quam Christus id tetigit, proficere cœpit ad vitam, vt esset indicio latenter populo per crucis patibulum refundendam.] Lignum ergo felix, crux Christi. Olim mortis teterimum instrumentum: nunc vitæ uicium, ac singularē præsidium, vt qui in ligno viceat, per lignum quoque vincetur. Nec dissimile cantici illud: [Sub arbore malii suscitauit, ibi violata est genitrix tua.] Ac reuera diuinæ sapientiae

sapientiae est, ut inde salutem paret, unde erat profecta vis morbi. Attigit Christus loculum: funus nostrum suscepit, crucem subiit, destruxit mortem, vitam reddidit. Vtinam oculos aperiamus, ac Redemptorem nostrum, vitæque auctorem agnoscamus. Vtinam nos ille matre afflita restituat, ac sanctæ Ecclesiæ commendet, vt viuos accipiat, quos mortuos lamentabatur. Laudent vero, ac prædicent gentes Deum, gloriam Christi vbiique annuntient, quem habemus verum Prophetam, ac magistrum singularem, parentem, vitæ eternæ authorē unicum, cui sit gloria, & imperium, Amen.

IN EADEM FERIA CONCIO SECUNDÆ.

Noli flere. Luc. 2.



AUDAT divina Scriptura eos qui 1. Lachrymarent: [Beati, inquit, qui lugent, quoniam marum multum ipsi consolabuntur.] Itē [beati, qui nūc tplex genus luctis, qui a ridebitis.] Sed flendi rationes, ac lachrymarum genera diversa ex dono Dei. sunt. Vnū genus est earum, quæ ex vehementi sensu peccati, & cordis contumescence manant: quales fuisse lachrymas Mariae Magdalena constat, cum eorum imbre, & copia lachrymarū pedes Christi irrigarentur. Davidis quoque qui de se testatur: [Lachrymis meis stratum meū rigabo:] itaque aliás [post] culum meum cum flerum miserebam, & alio in Psalmo. [Exi- tus aquarum dedixerunt oculi mei, quia legem tuam nō cō- stodierant.] Petrilachrymas in hoc genere eodem nemo du- bitat fuisse. De quo tradunt historici facti post Christum negatum egressum ex Cayphæ Pontificis atrio amare fleuisse. *Luc. 7.* *Psal. 6.* Est alterum genus lachrymarum, cùm ex Dei, & proximi amore offendit planguntur, quæ in Deum ab hominibus ad- *Psal. 101.* *Psal. 118.*

mittuntur . Exemplo Paulus erit , qui ob Corinthium illum
 2. Cor. 2. incestuolum ita se deflexisse commemorat, ut extremā
 cladem per pessas vehementius non posset dolere . [Ex multa
 tribulatione cordis per multas lachrymas scripsi vobis .]
 Philip. 3. Idem non dissimilis sui ad Philippenses scribit . [Nunc au-
 tem & flens dico inimicos crucis Christi .] In hoc genere hi
 Ezech. 9. sunt , quos diuinus Propheta Ezechiel signo cælesti notatos
 refert . [Signa Thau super frontes virorum gementium , &
 dolentium mala , quæ sunt in Hierusalem .] Iam tertij gene-
 ris sunt ea lachrymæ , quæ ex misericordia , & compunctione
 proficiuntur , cum mala aliorum gratia consideramus . Hoc
 Luc. 19. genus in Christo maximè elucet , cum prophetans Hierosolymam soluit in inopinatum fletum . [Videns , inquit ,
 ciuitatem , fleuit super illam dicens . Quoniam si cognos-
 ses & tu .] Itemque cum Lazarum suscitaturus aspexit Ma-
 riam flentem , & Iudeos vni flentes , tunc & ipse Iesus [la-
 chrymatus est :] Huc pertinent Iob sancti lachrymæ illæ ,
 Iob. 30. quas ipse commemorat : [Flebam quondam super eo , qui
 Thre. 3. afflictor erat .] Huc illæ Hieremiac , qui de se refert : [Dia-
 fisiones aquarum deduxit oculus meus in contritione filię po-
 puli mei .] Ad hæc quartum genus adiungitur , cum ex pec-
 catori , & propria Christi passionis , & mortis cogitatione
 piæ lachrymæ manant . Nam & quod contulit in nos bene-
 ficij , & quod ignominia , & cruciatus pertulit pro nobis , si
 attentiùs consideretur , non potest non multis , easdemque
 Zeph. 12. suavissimas lachrymas Christiano excitare , ita est à pro-
 pheta sacro prædictum : [Aspicient ad me , quem confixerunt , & plangent eum planctu , quasi super unigenitum , &
 dolebunt , vt doloris solet in morte primogeniti ; in illa die
 magnus erit planctus in Hierusalem , sicut planctus Adadre-
 mon in campo Misleddon .] In his erant illæ lachrymæ cu-
 iusdam Christi amatrixis , quam ipse percontatus est ; [Ma-
 lier , quid ploras ?] Iam vero aliud ab ijs omnibus genus
 Ioh. 20. lachrymarum diversum est , multòq[ue] præstantissimum ,
 cum ex ardenti Dei desiderio , & futura beatitudinis con-
 templatione cor liquevit , & in dulcissimum quendam fle-
 tum soluitur . Talem ego esse intelligo illum fletum Da-
 uidis ,

uidis, incolatum suum prorogatum diutius dolentis, ac lamentantis: id quod alio Psalmo dilucidè declarat, cùm dicit: [Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte, dum dicitur mihi, Vbi est Deus tuus?]

Atque has omnes flendi rationes ita probare debemus, ut eum beatum arbitremur, cui harum lachrymarum genus quocunque contigerit. Re enim vera magnum, atque præclarum Dei donum est in eiusmodi fletum animam molliri. Quod quidem pretiosum donum à filia Caleb postulatum Gregorius interpretatur, cùm gemens illa, ac suspirans patris referret: [Terram arentem dedisti mihi, da mihi irriguum superius, & irriguum inferius. Duplex irriguum postulat, duplice lachrymarum gratiam insinuans. Nam quæ ex consideratione propriæ miseriae, peccatorumque proficiuntur, ex lachrymæ ad irrigum inferius pertinet: quæ verò ex desiderio Dei, & vita beatæ contemplatione, aut Christi memoria manant, eas irriguo superiori Scriptura deputat. Quid quidem donum quisquis accepit, gratus, ac deuotus in agnoscendo beneficio eximio esse debet: neque sibi tribuere, aut sumere, quod liberalitate Dei concessum est. Nam qui se se vacuum sentit, & ab eo munere alienum tanquam terram arentem, & sterilem suscepit, suspirare, & gemere instar illius puellæ Axa debet, percepturus sine dubio gratiam à Patre misericordiarum, si perseveret enixe petere. [Compunctionis genera (ait Gregorius) duo sunt : quia Deum sitiens anima, prius timore compungitur, post amore. Pruis enim le fe in lachrymas afficit, quia dum malorum suorum recolit, pro his perpeti aeterno supplicia pertimescit. At vero cum longa inœroris anxietate fuerit formido consumpta, quadam iam de presumptione venia securitas nascitur, & in amore cœlestium gaudiorum animus inflammatur, & qui prius flebat, ne duceretur ad supplicium, postmodum amarissime flere incipit, quia differtur à Regno, quod bene in Scriptura in Axa filia Caleb describitur.] & cetera. Enuntiet ergo cultor Christi dolenter ante Dei conspectum, quod Propheta scriebat de se: [Anima mea, sicut terra sine aqua Psal. 141. Dd 4 tibi.]

Psal. 41.

Greg. lib. 3.

dial. ca. 34.

& lib. 6. re-

gist. epistol. 23.

Ios. 15.

Iudic. 1.

Greg. lib. 3.

dial. ca. 34.

& lib. 6. re-

gist. epistol. 23.

Greg. lib. 3.

dial. ca. 34.

& lib. 6. re-

gist. epistol. 23.

Greg. lib. 3.

dial. ca. 34.

& lib. 6. re-

gist. epistol. 23.

Zachar. 12. tibi.] Est enim Spiritus sancti donum non contemnendum; Hunc locum quod ipse pollicetur; [Effundam super habitantes Hierusalem spiritum gratiae, & misericordia, sive precum,] ut alij p̄ijs lachrymarij interpretes habent: quem spiritum quid boni sequatur, exmis, & fletu ponit: [& aspicient ad me, quem confixerunt. Et plangent,] intelligit Di & reliqua. Iam verò animadaerti & illud maxime debet, quod datus Stuni lachrymarum imber eum debeat imbremit imitari, quo coelum ea in Cœmē irrigat terram. Ideo enim terra sitit, atque optat pluuiam de terra eius cælo, ut irrigata proferat fructus suos. Esset quippe inutilis Prophetae pluvia, quæ nihil ex terra produceret. Itaque officio satiricus lib. 2. cōf. Marina factum non putet, neque placeat sibi, quicunque in oratione cordatia, & quin potius attendat, atque operam, ut ex illis lachrymis glossa in Za opera Deo digna exoriantur, tanquam ex cælesti imbre fructu chariam. Et ges opportuna. Opera Deo digna intelligi volo patientiam. Hieronymus humilitatem, mansuetudinem, charitatem, misericordiam in Oſorius ibi proximos, proprijs sensus affectusque abnegationem, Christum, tametsi Iesu perfectam imitationem. Haec si absint, non multi sapientiae & antiquorum, valde verendum, ne ad graviorem condemnationem perveniant, quemadmodum Apostolus ei terræ minatur, quæ, accepto copioso cælitus imbre, nequam fruges herbamque gant de sero, utilem profert, sed spinas potius & filicem, ceteraque inepit. Eam enim terram pronuntiat reprobam & combustio planctu in proximam. In hos qui in oratione lachrymantur, extra piorum in die orationem rident, iocantur, nugantur, Bernardus acriter in iudicij. uchitur, piscinas Hesebon esse dicens sine fructu: de quo genere scribit quodam loco: [Alios quoque lugentes video: sed Bernar. ser- si de corde procederent lachrymæ illæ, non tam facile illico mo. 4. in ad- soluerentur in risum.]

uentu Dñi. Atque omnia quidem lachrymarum genera, quæ sunt ha-
2. Lachrymae tenuis à nobis commemorata, id habent commune, ut ex ma ex sensu pietate ac salutari inspiratione procedant: quare gratia Dei naturali pro sine dubio ascribenda sunt. Ceterum sunt alia lachrymæ festæ, & bo- valde ab ijs disiunctæ, quæ naturæ potius quam gratia obne & male sequuntur: quippe cum ex sensu calamitatis aut detrimenti esse possant. aliquius proficiuntur, ut in amissione charorum, aut fortunatum iactura, aut doloris alicuius magnitudine con-

gere solet. Ita Sunamitidem flentem Scriptura narrat, &c 4. Reg. 4.
Jacobam Patriarcham ob extinctum ynicè charum sibi Iq- Gen. 37.
sephum filium, & Magdalenam ob amissum fratrem La- Ioan. 11.
zarum. Quæ sane fletus forma nullo modo reprehendi vi- tuperarique debet: vitio potius vertendum, si quis ita sit du-
ras, ita fererees, ut acerbissimos eiusmodi casus minimè sen-
tia & doleat: inter quæ vitia reliqua, quæ Paulus de Philo- Rom. 1.
sophis refert, etiam ponit, quod sine affectione fuerint. Hie- Hier. 3.
remias quoque exprobrat, dicens: [Perculti eos, & non do-
luerunt.] Salomon etiam affirmat, [Vilcerat impiorum cru- Prou. 12.
delia.] Ea, nimis um, duries non hominem decet, sed be-
stiam magis refert: cum sit ab humanitate omni aliena, at-
que insensibilem quandam naturam declarans. Enim uero
alterum extreum vitiosum & quæ cauendum, ut ne is sen-
sus, metusque tristitia & doloris vehementior sit, quam
ratio postulat. Nam & iudicio mentisque tranquillitati
vehementer nocet, & vita ipsi corporis aduersatur, tum
vero salutem, vitamque animæ spiritualem grauiter oppu-
gnat, vires illius ac virtutis officia lummopere debilitans.
Id sciens Paulus, dicebat: [Ne abundantiori tristitia ab- 2. Cor. 2.
sorbeatur, qui eiusmodi est.] Quod si ei tristitia mode-
rationem, frænumque quoddam Paulus opponit, quam
ex iustissima ac sanctissima causa profectam nouerat, id
est, ex commissi dolore peccati, ac separatione fidelium:
quid agat in alijs causis vel naturalibus, vel fortasse vitio-
sis? Quare in ijs casibus, quos aduersa fortuna acerbos af-
fert, ut in obitu liberorum, parentum, cæterorumque cha-
rorum, multò sunt fortius habenda retinenda, nec per-
mittenda dolori. Plorandum est quidem: sed moderate
plorandum, ut Christianos decet. Ita consulit Sapiens: [Ei- Eccl. 38.
li in mortuum produc lachrymas:] statim tamen cohibet,
ne nimium fiat: [A tristitia (inquit) festinat mors, & co-
operit virtutem.] Platonis id præceptum est: [Profecto
à nimio risu & lachrymis abstinentem, omnibusque est ab
omnibus præcipientem, ut latitanimia tristitiaque com-
pressa, honesto in habitu se contineant.] At tamen si in eo
excessu mediocritatis virium sit, tamen multo id est mi- Plato 5. de
nus periculotum, quam prosperæ fortunæ nimis applau- legibus.

Eccles. 7.

Ius. Facile enim ex luctu in agnitionem humanæ misericordie veniunt homines, contemptumque vanitatis huius, quæ nos adeo dementes insanosque reddit. Quare Salomon sic sentit: [Cor stultorum, ubi latitia: cor autem sapientium, ubi est tristitia.] Ideque. [Melius est ire in dominum luctus, quam in domum conuiuij.] Cernitis quotidie inter epulas, ac res nimium secundas & latas, etiam sapientes solere despere atque insanire præ voluptate: contrâ rebus aduersis & calamitosis excitari ad philosophandam, etiam seruos & plebeios, insipientesque sapere: uti Chrysostomus pulchre in oratione quadam animaduerterit. Ergo quantum luctus dolorisque causa naturalis sit, est non mediocris occasio virtutis, si se conferat animus ad sapientiam, si in Deum referat sua, & ab illo medicinam requirat. Sunt enim sine dubio beati etiam isto modo Iugentes, arque illa sententia comprehensii: [Beati qui lugent.] Apostolos enim Christus alloquebatur, cum diceret. [Amen, ire ad dominum amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus auctoritate illud: luctus, quæ tem gaudebit.]

Quæ cum ita sint, quid est, quod hodierno die Christi uiuij,] de stus viduam flere prohibet, & unico filio viduam orbatam? clarat de vii. [Noli (inquit) flere.] An erat exigua flendi ratio, filius acerbo interitu raptus, quem iam afferebat ad sepulturam? An Deo displacent viduarum lachrymæ, noua præsertim calamitate afflictarum. [Nonne lachrymæ viduæ in maxillam descendunt? ait sapiens: & Dominus exauditor delectabitur in illis?] Delectari potius quam offendit narrat lachrymis viduæ Dominum. Ac certè ita res habet, ut nihil nos tam oblectet, quam charorum lachrymæ, & genitus, cum nostram opem implorant, iisque nos lenamen afferre possumus: quod vehementer oportet. Matres quidem puerorum lachrymulas dulcissime abstergunt, cum ad eas accurrunt, leque laeros à quopiam aut afflictos deplorant. Nam & se vindicaturas blandè promittunt, & manantes lachrymulas linteolo abstergunt, & flentes ex osculantur soavissime, atque ita pacatos & consolatione ereklos absedunt. Quo more etiam Deum suorum lachrymis delectatum, curas eorum, afflictionesque

*Greg. lib. i.
expos. in I.
Reg. c. i.*

Psal. 144

Psal. 27.

Job. 29:3

ES

[Si negauis, quod volebant, pauperibus, & oculos viduæ expectare feci.] Hoc sane modo præclarum est dicere flentis [Noli flere.]

*4. Quæ sit
perfecta la-
chrymarum
consolatio.*

Quod si in his vitæ præsentis miserijs, ea vox Christi, cù lachrymas fletumque consolatur suorum, adeò dulcis, iucundaque est: [Noli flere,] quale erit illud æternæ patriæ aditum tenenti atque audienti: Iam noli flere; cùm Deus ipse suauissimè complexans è vitæ laboribus reuertentes, ad eterna gaudia inuitabit, dolorem perpetuò relegatum annuntiabit? O quæ oscula illa, ò qui complexus, ò quāta dulcedo animæ, cuius lachrymas ipsa sua mans Christus absterget! [Absterget (inquit) Deus omnem lachrymam ab oculis eorum: & iam non erit luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra.] Cui concinit Esaias. [Fugiet dolor & gemitus: latitia sempiterna super capita eorum.] O quāt beatum est illud: [Noli flere,] quod luctu omni exutos gaudijs sempiternis induet. Id quidem erit, cùm vita illa beata ducetur, in hac autem lachrymarum valle flete potius delestat, & Apoc. 21.7. præstat, sicuti Augustinus scribit. [Quis enim tam sit ablutio de Cini dus, qui audeat affirmare in huius mortalitatis ærumnis, 24. cap. 17. quemque sanctorum nullas habentem lachrymas & dolores, cùm potius quātò quisque est sanctior, & desiderij sancti plenior, tantò sit eius in orando fletus vberior? An nō est vox civitatis sanctæ, quæ dicit? Factæ sunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, & lauabo per singulas nostas lectū meum, in lachrymis meis stratum rigabo, & gemitus meus non est absconditus à te, & dolor meus renouatus est. Aut vero non eius filii sunt, qui ingemiscunt gravati, in quo nolunt spoliari? Nōne ipsis sunt, qui primitias habentes spiritus ingemiscunt adoptionem expectantes, redemptiō corporis. Talis ipse Paulus Apostolus, cui pro fratribus erat tristitia magna & cōtinuus dolor cordi eius.] Hæc Augustinus, ostendens lachrymas perfectè non abstergi, nisi in vita illa beatæ Attamē in hac quidē lachrymarū valle speciem nonnullā aliquando illius summi boni diuinitus mentes accipiunt, cùm ex dolore vehementi in voluptatem mirabiliter traducuntur, & pacata summa animi ægritudine, in cælestem quandam fiduciā eriguntur. Ita plane habuit Sara illa Tobit castissi-

caſtissima coniux, cùm virgo probro grauiſſimo afflita
in diuina preces ardentefque ſe dedit, ybi ita inter cæterā:
[Post tempeſtatem tranquillum facis, post lachrymatio-
nem gaudium & exultationem infundis.] Ita Anna quoque,
cuīs paulo ante mentionem feci, quæ poſt preces vberiori-
bus lachrymis effusaſ, ſic eſt pacata, ſic latitia quadam diu-
na delibuta, ut Scriptu. referat, [vultus illius nouſuſſe am-
plius in diuerſa mutatos.] Qꝫ si vera ſunt, vt ſunt certe,
debemus celeriter ad Christum accurrere, cum vrgewur do-
lore aut calamitate quaunque, atque ab eo cùm vitæ præ-
ſentis remedium expectare, tum illius futurae pacem & iu-
cunditatem ſempiternam.

FERIA VI. POST DOMINICAM QUARTAM.

CONCIO PRIMA.

Erat quidem languens Lazarus. Ioan. 11.



ECLARAT ſatis hæc de Lazaro 1. Mortui
extincto, & ab inferis excitato narra- Lazarus fuſci-
tio Euangelica, & quanta miferia ho- tatio mortis
minis, & quanta fit Dei mifericordia: neſtre inte-
qua conſideratione nihil vtilius, nihil ritum per
elle ſalutarius potest. Omnia quidē Christū de-
malorum hominis supremū eſt mois: ſignat.
eam peccanticominatus eſt Deus, ab
ea iam irretitum & oppreſſem ut liberaret, venit in mun-
dum. Mortem verò omnium aio malorum maximum, cor-
poralem quidem inter mala corporis, ut Aristoteles merito Aristot. 3.
affirmat: ſpiritualem autem omnium absolute malorum in- Ethic.c.66.
telligo extreum. Eius imperio, imò tyrannidi addictos,
in libertatem Christus nos reuocauit: quod Paulus grāte
cominemorat: [Deo autem gratias, qui dedit nobis victo- 1. Cor.15.
riam per Iesum Christum, Dominum noſtrum.] Oſeas verò
præclarè

præclarè vaticinatur: [De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos, ero mors tua, o mors, morsus tuus ero, inferne. Consolatio abscondita est ab oculis meis, quia ipse inter fratres diuidet.] Quæ propheticæ oraculi verba eum

Hæc eorum habent sensum, ut Christum morte sua mortem nostrâ occidisse declarant, inferni autem prædam egisse, reductis inde, intelligentiâ, qui erant inclusi, iustis & pijs, atque in immortalitatis gloriam velut ipsius oris apprehensione vindicatis: verum eam abscondita non esse omnium felicitatem, sed rem in occulto positam, Ia est à me, ipse tere etiam ipsos prophetas, quisnam sit resurrecturus in gloriam, quis in opprobrium, neque id villa communione sandidet,] guinis, nullo nexu propinquitatis posse cognosci, cùm inter accepimus fratres ea sit futura disparitas, ea divisio, ut unus pereat, alter ex conuenientem sit laetus. Quam Osee sententiam Apostolus explicat, cùm ratio manu ait: [Omnes quidem resurgentem, sed non omnes immutabili scripto egerimur.] Quanvis enim Christus mortem vicerit, tamen ea con gij & sancti solatio nunc abscondita est ab oculis nostris, cùm lateat nos, tate insignis quis in ultima illa divisione mortalium, vel assumatur ad concionato - dexteram, vel reiiciatur ad lævam, quandoquidem inter con ris fratris Lu iunctissimos quoque fratres Christi sententia sit divisionem pii Capucci allatura. [Iste inter fratres diuidet.] Siquidem [duo erunt, ni, quem no teste ipso Domino, in agro: unus assumetur, alter relinquens commun - tur: duo in lecto, unus assumetur, alter relinquetur.] At fuis nicanit idē se Christi, quod ad ipsius potentiam factumque attinet, Lupus Vene mortem morti cuertendæ omnium sufficientem, statim de rijs eius esse clarat. [Et adducet (inquit) ventum vrentem Dominus, de mns. deserto ascendentem, & siccabit venas eius, & desolabit for s. Cor. 15. tem eius.] Sæpe mihi mirari contigit divinæ Scripturæ al Matth. 24. titudinem, quod in hoc Osee loco profiteor. Fons enim, Osee 13. ex quo copiose mors manauit & fluxit, peccatum est, si D. Rom. 5. Paulo credendum est afferenti, [per unum hominem in Sapien. 1. trasle peccatum in mundum, & per peccatum mortem,] cui sapiens congruit, cùm ait: [Deus mortem non fecit, nec latratur in perditione viuorum: impij autem manibus Aug. lib. 3. & verbis accersierūt illam.] Hunc mortis fontē Christi mor de peccato- te fuisse exhaustum, atque (ut prophetaloquitur) desolatū, rum merū - nemo dubitarit, qui peccatum meminerit Christi sanguine de tis cap. 11. letum, penitusque sublatum. Venas autē mortis satis constat cas

ea esse, per quas mors influit & labitur: ea sunt mala poena-
lia ex peccato deriuata, ut sunt morbi, senectus, dolores,
desectus, casusque varij, quibus mortales passim labefac-
tantur. Quas mortis venas annuntiat vates Deum siccaturum,
adducto ex deserto vento & stuolissimo Austro, qui
solet torrentes & fluuios exiccare; ut intelligamus Christi
passione, opprobrijs cruciatibusque æstuante, & mortem,
& mortis venas ad ductus omnes potentissime absumi, cum
miseria omnes humanæ exuendæ sint, & funditus tandem
consumenda: [Oportet enim mortale hoc induere immor-
talitatem, & corruptibile incorruptionem.] Hanc tantam
Dei misericordiam, tam singularem, tam eximiam, incre-
dibili nostræ miseriæ occurrentem, eamque modis omnibus
superantem, figura quadam atque effigie pulcherrima ostē-
dit hodierni facti descriptio, qua nobis Lazarus primū lan-
guens, mox extinctus ac sepultus, & verò deploratus ostenditur;
Christus verò monstratur, & amicū deflens mortuum,
& potenti imperio ab inferis excitās, summo gaudio suorum,
extrema omnium spe et tantum admiratione & stupore.

[Erat (inquit) quidam languens, Lazarus.] Ecce hominis 2. Etiam no-
miseriam. Homo clarus & nobilis, quantum ex historia co-
gnosci potest, tū locuples & copiosus, ac, si D. Epiph. credi-
mus, in ipso iuuētutis flore, quippe qui annū trigesimū age-
ret; nihilominus ægrotabat morbo grauissimo implicatus.
Nulla planè potētia, nalle opes his mortis exactoribus resi-
stere queūt. Quid enim aliud agūt, quā vt mortis tributū exi-
gant, morbi, acuta (inquā) febris & pestilens, lateris dolor sa-
vus, apoplecticus subito irruēs impetus, podagræ cruciatus
acerimi, cætera deniq; vitę huius mortalis mala infinita? An Horat. li. 1.
ijs, cum impetu faciant in miserū corpus, depellendis & su-
perandis idoneæ erūt vllæ opes? vlla generis claritudo? [Ar-
gentū (ait propheta quidā) & aurū eorū non poterit liberare Sopho. 1.
eos in die iræ Domini.] Id etiam Horatius poëta cecinit his
versibus: [Nō domus & fundus, nō q̄ris aceruu & auri, Ægro
to domini deduxit corpore febres; Non animo curas.] Iam
morbos esse nuntios mortis nolite dubitare: vltimū aliquem
esse horum nūtiorum, quem mors ipsa sequatur, nisi insani-
mus, certi esse debemus. Itaq; cum primū nuntiū quempia
istorum

2. *Etiam nobis ac locu-*
biles ac locu-
plete agro-
tare & mo-
ret;

ri.

Epiph. lib.

2. contr. ha-

ref. tomo. 2.

*Horat. li. 1.
opist. ad Lol-*
lium.

Sopho. 1.

istorum aduentare senseritis, cogitate esse ultimum, morte appropinquare, quæ tadem subeunda est, velimus, nolimus. Nos ebrios, & mœte motos, qui ne his quidem certissimis nuntijs admoneri nos patimur. O cœcos, qui palam irruentē neque cernimus mortem, neque verò oblato diuinitus remedium, vitamus. Carolus Quintus Imperator Augustus, Maximus, post tot præclarafacinora, post egregios plurimosque triūphos, potentissimo imperio relicto, in monasterio Hieronymianorum, cui *Iuste* nomen est, extinctus est. Eo in loco cùm essem, oculis fortè incidi in quandam inscriptionem ita habentem: [Hic cepit ultimus morbas, ex quo occubavit, Carolum Quintum Imperatorem Augustum.] Erat alio in cubiculo illa inscriptio; [Hic animam egit Corolus Quintus Imperator Augustus, vigesima prima Septembribus, anno millesimo, quingentesimo, quinquagesimo octauo.] Postremò in ædicula quadam legi; [Hic depositum est corpus Caroli Quinti Imperatoris Augusti.] Itaque hic tantus Imperator & morbum, & mortem, & sepulturam vitare nō potuit. Quoties in illa portico cœnarat? quoties se exhilarat? vbi cū supremus morbus offendit, quis illi diceret, ibi laqueum esse suppositum, quo implicaretur, traheretur que moriturus? Quis vñquam mortis insidias vel cognoscere, vel certè cauere potuit? Sapienter à Seneca dictum est; [Nil tam æquæ tibi profuerit ad temperantiam omnium rerum, quam frequens cogitatio breuis ævi, & huius incerti. Quicquid facis, respice ad mortem.] Bene prorsus id Seneca. Certè aliqua via mors habet ad nos introire. Misericordiam nostram agnoscamus, ut tempestiuè ad Dei misericordiam nos recipiamus.

Senec. libr. 20. epis. 13. *Prudens oratio sororū Lazarī.* [Miserant sorores eius ad eum, dicentes. Domine, ecce quem amas, infirmatur.] Tametsi humana præsidia, urgente necessitate, contemnenda non sint, tamen diuinam opem implorare, ad eamque confugere, primum ac maximum studium sit. Regem Hierosolymæ Alia Scriptura vehementer accusat, quod ægrotas medicorum tantum operam quæsierit, diuino auxilio gratiaque neglecta. [Ægrotauit (inquit) labore pedū vehementissimo, & nec in infirmitate sua quaeruit Dominum, sed magis in medicorum arte consilus est.]

2. Para. 16. *Eam*

Eam autem rationem hæ dñe sorores in appellado Christo
secutæ sunt, quæ & Christi dignitatè, & earum prudentiam
maximè deceret. Nam & breui & idonea oratione sunt vñæ.
Erant eç quidē foemine; foeminas verò vt maximè decet pau-
cissima, ita vulgare est plurima loqui. Sapientis est dictum;
[Mulier sensata & tacita, nō est immutatio eruditæ animæ.] *Ecli. 26.*
Significat nempe, nihil apud sapientes æquè esse in pretio,
atq; foeminæ & sensum esse copiosum, & sermonem parcum.
Nō im merito Laconismū tantopere probarunt sapiētes, quē
Naziazenus definit, [multa dicere paucis, siue res plurimas
paucis syllabis cōplete] *Gregor. Na-
ziā. epis. 13.* Quare libelli isti vulgares prolixī
& fusi, qui supplices passim offeruntur, cū tædium afferunt,
tū contemptū Principi, qui eos diu valere facile iubet. Neq;
suam modò personā hę prudentia singulari, verū eius etiam,
quē appellabant, dignitatem cogitarunt: [Sapiēti enim pau-
ca sunt satis.] *Deo verò plus lachrymæ persuadent, quā ver-
ba.* [In oratione (inquit Christus) nolite multum loqui. Scit
enim Pater vester, quid opus sit vobis, antequā petatis eū.]
Atq; rem ipsam, quā expetebant illæ foeminæ, cōsiderati mi-
hi, nihil videtur aptius, nihil plenius dici potuisse. Laborem
enim indicat, quo vt leuentur, nihil nisi ius amicitiæ expo-
nūt. [Ecce, quē amas, infirmatur.] Id nēpe ad causam satis es-
se putarent. [Amanti enim (vt Augustinus ait) sat est nūtias. *Autract.*
se.] Ecqua enim merita possumus Deo prætexere? quæ no-
stra iura allegare? quæ in eum digna obsequia cōmemorare?
Quòd ille nos amat, id planè est, quod & valet ad causam, &
verissimè preferri potest: quæ in oratione, quicquid sit opus,
obtineri confidendum est. Huc spectas Daniēl disertè admo-
dū dixit: [Neq; enim in iustificationibus nostris preces pro-
sternimus ante te, sed in miserationibus tuis multis.]

Sequitur mox; [Vt ergo audivit, quia infirmabatur, tunc
quidē mansit in eodē loco, duobus diebus.] Quæ nā amicitiæ
ratio est hę? Nuntiū de periculo amici morbo suscipit: ni-
hil respōdet, quod ad rē pertinere videatur, opē efflagitatus
aliud agit, dies cōterit duos, neq; periculū Lazari curās, neq;
verò sororū extremām perturbationē. At qui amorem festi-
nare, opinio est hominū, atque ignea calcaria subijcere aman-
ti. Nō nēd etiā sacrum Canticū habet: [Lāpades eius, lam-
pades

4. *Divina
auxilia quā
nistrada vi-
deantur, op-
portunè re-
nire.*

padis ignis, atque flamarum?] Quod si debitas, Paulū audiē
Psal. 106. [Quis infirmatur, & ego nō infirmor? Quis cādālizatur, &
 ego nō vror?] An Paulū existimamus charitate p̄ Christo
 feruere? Magna sanè sapientia est, divini cōfiliij tēpora explo-
 rare. [Quis intelliget misericordias Dñi?] merito David ex-
 clamat. Porro quid cogitationis, imò quid perturbationis
 fuisse existimemus illis foeminis, cùm, redeunte nūtio, nihil
 aliud acciperet respōsi, quā ex eo morbo nō esse Lazarū occu-
 bitur, cædem mox animā agentē atq; extincū inter suas
 dexteras cōtuerentur, cū ipiōm fratrē, quem minimē mori-
 turū in mandatis retulissent? Grādis re vera fidei harū per-
 citatio. Ingēs patientiæ difficultas, cùm à respōso Christi,
 morbū ingravescere cerneret, diem vnu atq; alterū abire vi-
 derent, neq; aduentus exoptati vllū esse vestigiu. Quid ani-
 mi habuisse illas pias foeminas existimatis? quid mœroris &
 iuētus? quā anxias expectasse? quā mœstas, le delusas aut con-
 tēptas cogitasse? Præceptorē ac medicū singularē tantas mo-
 ras trahere, morbi vim adeò ppterare ad exitium charissimi
 fratris? Quānā hæc negotij gerendi ratio, Dñe Deus? tecum
 enim libet expostulare. Quā tātē in maxima nostra trepida-
 tione moræ tuæ? Nōne incredibili patientia est opus, vt rem
 transigere tecū possit humana mortalitas? Quò enim acrius
 urgetur necessitate homo miser, cōtu lentior, cūstantior q;
 pcedis. Sed em̄ ingeniu Dñi cognoscere nos oportet, moris
 illius minimē decet ignaros esse: qui tēp⁹ cuiq; rei cōmodissi-
 muscīes, nihil properat, nihil perturbatur: sed atq; cōfilia sua
 omnia explicat: adeò verò opportune, neq; pūctū tēporis
 differt. Quare bono esse animo debemus, etiā atq; etiā mora-
 tē expectare, nihil illi ferū, nihil difficile ducere. Talē se er-
 ga amicos maximē præbet: in quibus numerare potestis Iob
 & David, & Iosue, & Ioseph, imò Patres omnes ad vnum.
Abac. 2. Quare & Abacuch, & secundū eum Paulus admonet: [Si mo-
 rā fecerit, expecta eum, quia venies veniet, & nō tardabit.] In hac Dei expectatione ac suspetatione, vt Scriptura appellat, sita est virtus omnis, profectusq; iastorū. Abraham post
 pollicitationē diuinitus factā de susceptione prolis optatæ,
 viginti annibierū, vsq; dum ex Sara promissum filiu suscep-
Psal. 126. pit fidelissimus patriarcha. [Viriliter age, & cōfortetur cor
 tuum.

tuum, & sustine Dominū.] Idem alio in loco. [Vniuersi, qui
 obstant te, nō confundentur.] Itaq; Lazarum Christus in-
 terire sinit, quō magis ipius & potestas & amor illustretur.
 Et quo tēpore Maria & Martha putant preces Iūas minime
 valuisse, eo vel maxime apud ipsum fuisse pretij, rebus indi-
 cat. Sic habent diuina cōsilia, quae videntur mortalibus sum-
 mopere remota, ac seiuēta à rationibus suis; ea Deus ad ip-
 sis rationes consequendas maxime cōparat, atque accōmo-
 dat. Quonam pacto Ioseph olim peruenit ad amplissimā im-
 perij gloriam? Certè captiuitate, servitute, vinculis. Quis ita
 crederet? Quid David ex eaulis vocatus est ad aulā Regiā.
 At quo tempore, qua via cōsecutus est regnū? Exul atq; ex-
 torris, longoqué tēpore inter alienos fugitans, tandem Saulis
 iniustici atq; hostis obstinatissimi sceptro potitus est. Ingēs
 ille Clāssiarius Anglicanæ expeditionis apparatus tanto la-
 bore, tantis expensis comparatus, funditus perīit. Quid tot,
 tamq; assiduis atq; ardētibus precibus, supplicationibus, sa-
 crificijs perfēctū? Quis fructus diuturnæ ad omnia pene al-
 taria deprecationis? An frāstra ea omnia adhibita esse existi-
 memus? An Deū innocentia, religionem, pietatem virorum
 sibi charorum alpernatū? Hæreticam ne potius causam iūis
 fe, quā Ecclesiæ Catholicæ arbitremur? Minim è vero, sed la-
 tent mortales diuina cōsilia. Cū Christo preces, & quidē ar-
 dētes à Maria & Martha pijs in primis, eiq; gratissimis fœmi-
 nis adhibentur, vt vīsat laborantē Lazarum, openū quē ferat
 periclitanti, tunc sanē residet, nihil ut rem curare videatur:
 cū vero extinguitur idem Lazarus, spēisque omnis sororum
 deposita iacet, tūc ad rem aggrediendam se le accingit, tunc
 suis dicit: [Eamus.] [Quis cognovit sensum Domini: aut quis
 consiliarius eius fuit?] [Lætati sumus (ait propheta) pro die-
 bus, quibus nos humiliasti, atq; quibus vidim⁹ mala.] Quā
 Dei inirabilēm prōvidentiā, atq; altissimam Reipublica hu-
 manæ administrandæ rationē, penitus cognoscentes, quod
 in nobis situm est, ne prætermittamus: preces, vota, sacrifi-
 cia conferamus, cūm necesse sitate vrgem br: curam rei gerēdæ
 Deo relinq̄amus: tēpus haud ex nostris rationibus præteri-
 bamus; bonum diuinum seruīs non defuturū, cūm oppor-
 tunum facerit, dubitate nullo modo debemus.

1. Diuinam
præfutio-
nē ab homi-
nibus impe-
diri non pos-
se.

Caietani sen-
tēria hæc est
Christū ex-
pectassē dies
duos, vsque
dum morere-
tur Lazar⁹,
ac tūc dixis-
se discipulis:
[Eamus in
Iudæā;] in
itinere autē

IN E A D E M F E- R I A C O N C I O S E C V N D A.

Erat quidam languens Lazarus.

Ioan. 11.



VONIAM, auditis Mariæ & Marthæ fœminarum lectissimarum manda-
tis de fratre Lazaro grauter ægrotante, Saluator parumper dissimulandum
putavit, vsque dum rei gerendæ præ-
clarissimæ tempus esset, cùm primum
extinctum eum ipsum, pro cuius salu-
te curanda rogabatur, intellexit, non
dies quatuor quidem aliquo allato ex Bethania nuntio, sed illa sua perspi-
eſſe conſum caci omnium rerum cognitione edoctus, maturandum sibi,
ptos: id nos vt miseris afflitisque succurreret, summa benevolentia con-
probamus. Situit, eo quæ cōſilio discipulos est allocutus his verbis: [Ea-
Chryſtoſo. mus in Iudæa iterum.] Verlabatur enim tunc temporis
mus & Eu- trans Iordanem in ea prouincia, ad quā se recepisse post mul-
thyminus eo tam altercationem, Iudæorum furori ut cederet, Ioannes
die mortuū hujus historiæ scriptor proxime cōmemorarat. Apostolos
Lazarū vo- verò Iudææ mentione deterritos, atque id consilij aversan-
tū, quo nun̄ tes, in viam reuocat, potestatis suæ ratione, & rerum à se ge-
tinisest Chri- renderum certa prædefinitione, de qua non posset ne pun-
ſto allatus: Etum quidem detrahi. Id illa subobscura diei similitudo sibi
in itinere au- vult. [Nonne (inquit) sunt duodecim horæ diei?] Nam Augu-
tē conſum. Stihi pia quidem est, neque contemnenda expositio, quod
prosēſſe dies diem sequantur horæ duodecim: Iesum preinde verum diem
duos. Refert duodecim debeat Apostoli magis lequi, quam anteire, &
parum. ductare. Neque reiſtiendus ille sensus, qui vulgo maximè
Auguſtū tract. probatur hoc loco, ita ut in Prouerbiū abierit; duodecim
49. in Ioan. esse diei horas, ut rerum ac voluntatum esse vicissitudinem
Lyra ita in- intelligamus: atque uno eodem que die metari ſepe solere &
terpretatur. NI 223 statum.

statum negotiorum , & studia hominum. At his intelligentijs vt non obtrectamus, ita meritò illam anteponendam du-
cimus, quam attigimus; vt inanem atque intempestiuū Apo-
stolorum metum ea ratione comprescerit , quod nulla vis
obstere queat ipsius voluntati atque consilio . Ut enim
Sol iste conspicuus cursum suum diuinum duodecim horar-
um certissima mensura cōficit , neque vis vlla est aut ratio,
qua de eo spatio sibi præfixo vel minimum horæ quadran-
tem imminuere posset: ita existimare opus esset , Solem iu-
sticiæ verum, mundo diuinitus exortum, decretum sibi cur-
sum peragere debere , neque Iudæorum amentiam , & cru-
delitatem, neque vim ullam esse posse, qua de ijs spatijs, id-
est, de vita apud mortales , agenda iam decretis temporibus
auferre quicquam omnino queat. Huic intelligentiæ germa-
nissimæ optimè cohærent sequentia: [Si quis ambulauerit
in die, non offendit , quia lucem huius mundi videt: si autem
ambulauerit in nocte, offendit, quia lux nō est in eo.] Quo-
rum verborum ratio est hæc: si enim (inquit) is qui luce frui-
tur Solis istius, nihil dubitat iter suscipere, nihil timet cade-
re & laudi, propterea quod, vestigia ubi ponat, diei bene-
ficio cognoscit; quod certè esset locus, si noctu iret , cum,
obscuritate visum impediente, facile labi posset; quid de ip-
sa luce, de die ipso, de Sole denique gradiente par est senti-
re? An debet sibi Sol timere, ne insidijs & obscuritate capia-
tur inuitus? Definite trepidare discipuli. [Dei perfecta sunt Deut. 32.
opera,] me oportet perficere , quæ institui. Quod si de
Dei operibus nihil potest homo detrahere, quomodo de
ipsius auctoris Dei vita detrahere quicquam poterit ? Hæc
quidem Christi ad discipulos trepidantes confirmandum
ratio & sententia fuit. Simul pro summa sua sapientia ad-
monitos nos voluit , inter famas difficultates Dei mini-
stro constanter esse agendum , neque disfidendum quicquā
Dei auxilio , tametsi hominum & malitia & crudelitas per-
terrefacere Christi militem perget . [Notum est Domino
opus suum,] ait Scriptura. [Et voluntati eius quis resistet?]
Qua animi fiducia & magnitudine , qua serui Dei fruun-
tur, quid potest esse beatius? Itaque videmus tres pueros Ba-
bylonicos audacter summo imperatori restitisse, quod cæ-

Card. To-
let. & Ian-
sen. fere hoc
modo.

Iestia auxilio freti, nullas hominum iniarias pertimescerent.

1. Ioan. 3. Etenim Dei voluntati parentem nihil detergere, nihil via-
cere potest, quod Scriptura prædicat. [Qui autem facit
voluntatem Dei, manet in æternum.] Nihil constantius
divinae voluntatis fideli executore. Contraria ijs accidit, qui
non in hac luce versantur, quos per tenebras peccatorum in
maximas incurtere difficultates atque incommoda necesse
est. [Cum enim sit timida nequitia (ait sapiens) dat testimoniū
condemnata.] Itaque [semper præsumit sua pertur-
bata conscientia.] Quod alio loco idem narrat: [Persecutio-
ne passi (inquit) ab ipsis factis suis.] Ergo sic vobis persua-
dete, nullum esse manimētū firmius bonæ conscientię in-
tegritate.

**2. Mors in-
storum som-
nus.** Hæc ait, & post hæc dicit eis. [Lazarus amicus noster
dormit.] Dormire Christus Lazarum dixit, vt statim
Euangelista indicat, quod ad breue tempus vnu vita huius
privatus esset. Mortis cognatum somnum Poëta dixit. [Et
Virgili⁹ 6. consanguineus lethi sopor:] itemque alias Poëta: [Sulte,
Aeneid.
Ouidius. quid est somnus, gelida nisi mortis imago?] Attamen mo-
ris est diuinæ Scripturæ, vt istorum noctem somnium nomine
denotet, quos ad vitam meliorem breui interuallo (bre-
ue enim dicit, quicquid temporis est, ad illam æternita-
tem) resurrecturos certò confidit. Sic Paulus: [Vt non con-
tristemini de ijs, qui dormiunt.] Somnum quoque natura

1. Thes. 4. Ambr. de bo-
no mortis ca-
pit. 8. comparauit ad quietem, laborumque vacationem: quod bo-
num mors iustis affert. Quo arguento Ambrosius vtitur,
scribens de bono mortis: [Somnium (inquit) Scriptura nun-
cupat mortem, sicut est illud; Lazarus amicus noster dormit:
somnus autem bonus, quia quies est; sicut scriptum est. Ego
dormiti, & requieui, & surrexi.] Dulcis igitur quies mortis.

Apoc. 14. [Beati enim, qui in Domino moriuntur: amodo enim dicit
Spiritus, vt requiescant à laboribus suis.] Denique somno
recreata membra, fortiora ac vegetiora redeunt ad actiones
suis: corpora similiter Sanctorum noui cuiusdam vi-
goris post mortem plena excitantur. [Seminatur in cor-
ruptione (ait Paulus) surget in incorruptione:] omni enim
vitæ huius molestia deposita, fessa laboribus corpora, re-
fecta ac recreata diuinitus nouas vires, nouum habitum, no-
uos

vos spiritus sement. Meritò ergo Lazari amici mortem Christus appellavit somnum, impiorum mortem mortalem *Gen. 3.* Scriptura vocat; [Morte mortis,] inquit, quo exitum animæ ac corpori cominenter.

[Et vado, ut à somno excitem eum.] Amici placè officiū Christos pollicetur, qui amicum plus solito dormientem excitatum eat. Quo exemplo licebit tibi, Christiane, ut, cùm sodalem, vel familiarē, vel propinquū teneri diuturno labore videris; id est incuria, negligentia, obliuione decori atque honesti: excitato dormientē, clamore ac vociferatione comoueto: ut ad te redeat, omni ratione facito. Nāq; & peccati somnū esse, & eum significari hoc somno Lazari, scribit Hieronymus in hunc modū: [Est somnus peccati, qui ducit ad mortem: & est alia delicti dormitio, quæ morte non stringitur.] & post paulū: [Quod etsi dormierit aliquis in Christo, & negligentia somnis obdormierit, debet audire, quod scriptum est: Nūquid, qui dormit, non resurget?] De istiusmodi dormientibus Lazarus erat, de quo Dominus ait: Lazarus amicus noster dormit. Ita quidē Hieronymus philosophatur. Quare ab eo somno excitare amicos, ius amicitia: postulat. [Dicite Archippo, vide ministerium, quod accepisti à Domino, ut illud implreas.] Pauli quidem id est consiliū: & erat Archippus Ecclesiæ præpositus, quæ excitari, & officijs sibi admoneri à suis popularibus volebat, ne Episcopi ac p̄cetes opportunè corripi etiā à minoribus vel indignetur, vel molestie ferat. Nā qui Episcopus cū sit, aut Rector Ecclesia, curiam frequentat, lites voluit, alienas opes ut augeat, languineorum causas agit, animæ lœz causam dederit, Ecclesiæ res minimè curat. Hic, rogo vos, nonne dormit? nonne sterilit̄ nonne somnijs importunis agitur? Quid ille, qui, liberis atque uxore relicta, non sine pudoris vel etiā pudicitia pericolo, præfecturas ineptas, atque officia nunquam futura ambit, nihilq; meditatur aliud, nisi nugas meras? An hunc existimabitis vigilare, ac non potius graui sopore opprimi? Iam de ihs, qui, publicos magistratus cum gerant, tamen priuatis cupiditatibus toti vacant, compendia ad cumulantas fortunas sectantur, voluptati operam dant, aleæ serviant, curas publicas non nisi grauatae & obiter attingunt,

3. E sonno
negligentia
amicos exci-
randos.

*Hierony. in
epist. ad Mi-
nerium in
3. tomo.*

Colof. 4.

multas. *Eccl. 4* quo

quo sopore eos teneri putandum est? quantum amentia in horam dormientium voce, gestu, totiusque vite ratione? Innumerabiles passim occurunt hoc somno, vel etiam veterano oppressi: quos nemo excitat, nemo expurgisci cogit, vel voce, vel pugno. Putant enim homines alienum id esse à ratione amicitiae, quin potius, quod Christo responderunt discipuli, illi usurpant: [Si dormit (inquietus) saluus erit.] Mundus istos somno dulcissimo indulgentes vel voluptatum, vel opum aggregandarum felices reputat ac fortunatos: nullum confessarij conscientiae pungendæ vult re quirunt, nullum concionatoris in vita declamantis officium postulant. Amici potius officium ducunt, amici somnam defendere, ut dia ac suauiter dormiat. Quod si quis est, qui pudore aut necessitate coactus, excitare dormientem inducat in animum, id, Deus bone, qua ratione, quo artificio, quam trepidè? quam molliter? ut narrat olim Scriptura fecisse cubicularios Holofernis, qui inquietudinem arte moliebantur. Vagans Eunuchus, praefectusque cubiculi quid tandem? [Plausum fecit manibus.] Plausu excitare modico putas, qui somno vinoque sepultus iacet? Næ tu conciliare magis somnum videris, quam excutere ista modulatione. Mihi credite, adulatio plena sunt omnia. Confessarij leviter sceleratissimum quemque, si pecunia aut potentia valet, perstringunt. Iij qui consilijs vel publicis, vel privatis adhibentur, veritatem ita exiliter, rectamque rationem attingunt, ut facile cupiditati apud Principem victoria cedat. Cur ita obscurè? cur debiliter? cur trepidanter? cum respulsa gravissima detrimenta sentiat, tu tententiam ita dieis, ut placere malis, quam vera dicere? Cur non aperte? cur non ingensè, ut fidelem ministrum decet? Cur sacerdos absolutionem facile impendit, cum videat statum damnabilem non mutari? cur non dimittit ligatum conscientia atque constrictum? Escent, mihi credite, pauciores, qui tam licenter peccarent, si digna poena culpe plesterentur. Nunc quoniam

Iudith 14.

4. *Defectus* omnes imperantibus placere cupimus, imperia exortificatorum fere patimur. [Eamus & nos & moriamur cum eo.] Illud verbum, cum eo, quidam

quidam ad Christum referunt, in quibus est Beda, fortē Beda sentē-
Thomæ animū in morte Christi sectanda intelligi volen- tiā probat.
tes. Sunt qui non ad Christum, sed ad Lazarum potius refe- Cardin. Tor-
rant, ut quemadmodum Lazarus occubuerit iam, ipsis quo' t.
que moriendum quamprimum significauerit: quod non for
tis animi, sed magis inuiti ac desperati rationem habeat: quo
modo Thomæ verba interpretanda putauit Chrysostomus, *Chrysostomi*
idque textū magis congruere videtur. Atque hinc etiam & *Theophy*
intelligi potest, quanta fuerit Christi in perferendis suorum *laeti Ianse-*
imperfectionib⁹ vitijsque moderatio & humanitas, quem *nūs sequi-*
imitari nos hac maxime in te Paulus vult: [*Debemus(int-*
quit) nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere, & *Rom. 15.*
non nobis placere. Etenim Christus non sibi placuit.]
Idemque dixerat anteā: [*Infirmum in fide assumite.*] *Plu-*
rimū ad Euangelicam perfectionem pertinet, aliorum
minūs rectas actiones & quo animo ferre, & vt ad perfectio-
nem paſſatū perducantur, benignam ac diligenterem ope-
ram dare.

[Inuenit eum iam quatuor dies in monumento haben- 5. *Miseria*
tem.] Hic mihi considera infinitam quandam peccatoris mi *bominii ex*
seriam, qui & mortuus & sepultus quāridūm, totus ut cō-
tabelceret, ac labē tetra dissolutus pelsimē oleret, necesse
erat. Neque enim à corruptione prohibuit generis claritu-
do, neque languinis decus defendit ab interitu: neque vñ-
guenta pretiola ac cynamabene olentia tētrum illum fœ-
torem abigere potuerunt, neque verò iuvenile robur vilia
funeris vincula manibus pedibusque iniecta excutere: in
breuem ac deformem sepulturæ domunculam ampla illa ac
deaurata palatia sunt commutata. Quām præclarè David? *Psal. 48.*
[Homo cūm interierit, non sumet omnia, neque descendet
cum eo gloria eius.] Si exitus sui cuique cogitatio assidua
esset, profecto vita actiones omnes moderaretur philoso-
phica hæc commentatio mortis. Ob eam rem Socrates di-
cebat: [Quicunque philosophiam recte tractant, videntur *Plato in*
latuisse cateros homines, quod nihil ipsi commentaren- *Phædone*
tur aliud, quām mori, & esse se mortuos.] Cui Socratis len- *sue de Ani-*
tentia congruit Seneca, cūm scribit ad Lucilium suum: [Ni-
hil tam tibi profuerit, quām frequens cogitatio æui brevis, *Seneca.*

*Herodotus
lib.*

& huius incerti. Quicquid facis, respice ad mortem.] Videatur plane Seneca his præceptis ad veterem Herodoti historiam allusisse, qui memoria prodidit, solere Ægyptios in lautis conuiuijs adhibere simulacrum mortis, quod circumgestans atque singulis conuiuis ostentans puer identidem repetebat: [Huc respiciens, pota & epulare.] Nihil enim æquæ ad temperantiam modestiamque valet, atque mortis altius iniecta cogitatio. Quid enim te, homo, futurū putas, cum semel vitæ huius & breuis & fallacis metana excesseris? vbi tua erunt omnia loacteria, vbi curæ, vbi spes, vbi fastus, vbi inepta opum generisque iactatio? utinam assuesceremus hoc nobis diuturnum futurum domiciliū aliquoties inuisere, id est, sepulturam, funusque extremū meditari. Ea erat mens sancti ac sapientis Job: [Scio (inquit) quod morti trades me, vbi constituta est domus omni viuenti.] Nemine in exceptum vult, tametsi Rex sis, atque monarcha, sub humu condendus es, ibi tibi constituta domus. [Hodie est Rex, & cras morietur. Homo verò cum interierit, hereditabit serpentes, & bestias, & vermes.] En quod properamus omnes. Cætera mors ditipiet, vitæ merita vel bona vel prava sola su pererunt. Det Deus sapere, & dum vinimus, mori: ut cum mori necesse fuerit, quæ vera est, vita contingat.

IN EADEM FERIA CONCIO TER TIA.

.2.169

Jesus ergo ut vidit eam plorantem, & Iudaos qui venerant cum ea plorantes, infremuit spiritu. & turbauit se ipsum. Et lachrymatus est Jesus. Ioan. 11.

I. In Christo fuisse humanos affectus.

RA RVM & mirabile spectaculum nobis propositum est, ut Regem gloriae conturbatum, & fremitu ac lachrymis intimi doloris sensu declarante intueamur. Ac videtur res plane ab illa maiestate maxime aliena ira cōmoueri,

moueri, ita flere, cum à viro graui, & magnanimo, & sapiente
 eiusmodi ægritudo animi propemodam maliebris longissi-
 mè abesse debeat. Sed in hac re vniuersa de commotione ani-
 mi & passionibus, Philosophorum fuere placita, sententia-
 que diuersæ. Stoici, vt videre licet apud Ciceronem & Sene Cicer. Tusc.
 cam, sapientem suum ita effingebant, vt nihil penitus neque quæst. lib. 3.
 latis neque tristibus rebus commoueretur: Peripateticimi me & 4.
 diocritatem his passionibus ratione inductam ac retentam Sene. lib. 1.
 probarunt, excessum aut defectum vituperarunt, quoruſen de clemētia
 tentiam Christiana fides veram esse confirmat. Id argumen- cap. 5.
 ti egregiè tractans Divas Augustinus in ijs libris, quos de
 Dei ciuitate conscripsit, Catholicum dogma constituit,
 non debere homines omnino vacuos esse affectibus huma-
 nis, atque ab ijs se se alienos existimare, quos Philosophi
 passiones vocant: neque vitio vertendum, si quis vel dolo-
 re vel gaudio, vel ira vel timore pulsetur, dummodo se ra-
 tione contineat, frænosque ijs, tanquam equis, rationis ini-
 jicat. Eos vero qui contrà disputant, oportere sapientem
 his omniibus perturbationibus vacuum esse, stul. è sentire,
 humanam naturam lapideam aut ligneam esse debere: [Apud
 nos (inquit) iuxta Scripturas sacras, sanamque doctrinam
 ciues sanctæ cœtitatis Dei in huius vitæ peregrinatione vi-
 uentes, metuunt, cupiuntque, dolent, gaudentque. Et quia
 rectus est amor eorum, istas omnes affectiones rectas ha-
 bent.] Producit Augustinus suæ sententiaæ testes idoneos
 Christum & Paulam, qui non sermone solo, sed habitu
 ipso ac re eiusmodi affectuum ac passionum exempla in se
 ipsis ostendere. Tristitiam mœroremque in Christo in-
 uenimus maximum, cum iturus ad mortem, dixit: [Tri- Matt. 26.
 stis est anima mea.] Ac de eo Euangelista testatur, [con- Mat. 3.
 tristatum esse super cœcitatem Phariseorum.] Lætitiae Luc. 10.
 & gaudij documenta dedit, cum, redeuntibus à prædi-
 catione Euangelica discipulis, exhilaratus gratias egit pa-
 tri. Desiderij ac cupiditatis suæ ipse testis est, cum dixit, Luc. 22.
 [desiderio se desiderasse cœnam ultimam facere. Ac rur- Luc. 12.
 sus, cum ait: [Baptismo habeo baptizari, quomodo coar- Mat. 8. 15.
 Ætor, usque dum perficiatur?] Admiratum etiam historia Esa
 gelica narrat, & fidem Centurionis & Chananaæ cōstantiæ.
 Iam.

Iam ipsam iram, quae minimè decere videtur sapientē, tamē à Christo opportunē adhibitam, eadem verissima historia refert. Marcus enim calumniatores atque hypocritas Phari-

Mar. 3. Ixos circumplexisse Christū cum ira scribit. Habuit igitur Saluator noster veras animæ passiones, cùm eslet verus homo, sed absque peccato, moderatas, & subditas rationi, quod

Damascen. Ioannes Damascenus confirmat his verbis: [Ipse timor (loquitur autem de Christo) & paor, & agonia naturalis sunt & innocuae passiones, & nequaquam subiectæ peccato.] Et mox; [Quod autem verè timuerit, afferit sacer Athanasius

Athanas. in sermone aduersus Apollinarium; propter hoc Dominus dicebat. Nunc anima mea turbata est.] Athanasij verba sunt hæc: [Nequaquam diuinitas passionem admittit, seorsum patiente corpore: neque turbationem & tristitiam ostendit, seorsum turbata & cōtristata anima: neque anxiatur & orat, seorsum mente anxiata & orante.] Itaque de sententia Athanasij, imò fidei Catholicæ, veras Christus passiones animæ habuit: sed inter omnes affectus humanos, nullum magis suscepit, nullum vehementius expressit, quam commiserationem & misericordiam. Pertinet ad mōres maximè nobiles

vereque regios afflictis compati, & aliorum dolore tangi, humanitatis est, officijque plenum. Itaque cùm vidisset Christus Mariam plorantem, itemque ceteros Ludæos plorantes, & ipse plorauit: [Lachrymatus (inquit) est Iesus.]

2. Misericordia affectus in Christo præcipuus. Nam, quod huius potissimum affectus, id est, commiserationis, plura atque clariora documēta dederit in se Christus, primum est illa ratio, qd ipsius misericordia opus Deo & gratissimum sit, & maxime proprium: idcirco multitudo viscerum Deo tribuitur in literis sacris, & miserationes eius cætera omnia excellere dicuntur. Deinde natura est bene constituta, ingenuique animi alienis calamitatibus & damnis facillimè flecti: idque ut nobilitatem atque excelsitatem quandam animi monstrat, ita durities & feruum pectus rusticū, & barbarum, atque etiam ferarum simile ingenium declarat:

Senec.lib. 1.decl. xxi tia, ca. 6. & 4. quidquid Stoici Philosophi reluctantur, atque in primis Seneca, afferens, [misericordiam virtutem esse animorum, nimis misericordia fauentem, quam si quis à sapiente exigat, prope esse ut etiam lamentationem exigat, & in alienis funeribus genitus.] Sed

Sed fallitur egregie Seneca, neque clementiam solum (ut is
vult) sed etiam misericordiam, quam ægritudinem dicit, in
viro sapiente esse probandam, aperte diuinæ literæ docent.
Quarum autoritate instructus longè aliter philosophatur
Ambrosius: [Bona (inquit) misericordia, quæ & ipsa perfec-
tus facit, quia imitatur perfectum Patrem. Nihil tam com-
mendat Christianam animam, quam misericordia,] quæ (vt
D. Augustinus definis) est alienæ miseriæ in nostro corde Amb.lib.1.
compassio, cui, si possumus, subuenire compellimur.] Non offic.ca.11.
igitur solum opus, sed ipse etiam affectus compatientis alie-
næ miseriæ, Christiana sapientia commendatur. Laudis enim Aug.lib.9.
esse plenam eiamodi animi teneritudinem, ut ita dicā, Iob de eis.ca.5.
satis docet, qui de se ita commemorat: [Ab infantia mea cre-
uit mecum miseratio, & de vtero matris meæ egressa est me-
cum.] Idemque prius: [Flebam quondam super eo, qui affli-
ctus erat, & compatiebatur anima mea pauperi.] Quid Paulus, qui cū eorum in se vnum suscipiebat labores, curas, per-
turbationes? [Quis scandalizatur, & ego non vror? quis infir-
matur, & ego non infirmor?] Hoc altius atque præclarius 2.Cor.11.
sexcentis miraculis Chrysostomus prædicat de Paulo, qui Roman.12.
nos item adhortatur, [fleere cum flentibus,] quod ipse refert
de se ijs verbis. [Ex multa tribulatione & angustia cordis
scripsi vobis per multas lachrymas:] Nihil ergo detrahit, ni
hil imminuit de maiestate, de gloria, de Regia aut etiam Imperatoria dignitate, humanitatis officio duci, lachrymas interdum miserando fundere, alienorum malorum sensu intimo commoueri; quin potius decet id, atque exornat potentia magnitudinem: quod genus officij atque humanitatis erga ipsos inimicos præstitum à magnis Dicibus literæ quo- Plutar.in
que prophane commendant: in quibus legimus Iulium Cæ vita Cæsa-
farem, Pompej Magni capite conspecto, fleuisse: Alexan- ris.
drum quoque Magnum matrem atque vxorem Darij à se vi QuintusCur-
eti non modo inuulisse & salutasse, sed etiam lachrymatibus tius, & alijs.
collachrymatum. Sacra vero historia Davidis lameta & pro- 2.Reg.1.
lixum planctum in Saulis grauissimi inimici morte, longa
oratione describit. Est omnino malignæ cuiusdam, ferinaeque
naturæ non commoueri alieno dolore, non flecti miserabili
proposito spectaculo. [Viscera impiorum crudelia] Salo Pron.12.
mon

mon accusat. Itaque ut nihil altius de Christo Redemptore nostro cogitaremus, certè illa suavitas motum, illa humanitas, illa ad nostram mala dolenda & leuanda animi propensio, totos nos dlicere ad se, atque devincere deberet. Quis enim hanc tantam benignitatem non admiretur atque suscipiat? Quis verò non magis amet & prosequatur? qui, quod videret Mariam flentem, cætera turba flente, ipse lachrymas contineare non potuit: ipse item fleuit, & lachrymatus est.

3. In Christo passiones non anteuer-

tisserationis imperium. Verum enim uero cù ceteri affectus humani, quos iam cōmemorauimus, tum hic ipse cōmiserationis in Christo longè aliter, atque in nobis, existere intelligi debet. Etenim nos hæ passiones ita percellunt, ut ijs agitatos non mediocris virtutis sit nō usquequaque iactari, & quod vis passionis impellat, effrœnes rapi. At Christus ipse sua voluntate, ipse sua ratione præribat affectum, ipse excitabat, ipse regebat imperio: eò usque progrediebatur vel dolor vel ira, vel quidnis eiusmodi, quo usque ratio statuerat ac definierat. Vnuersus autem appetitus sensitui motus rationi ac voluntati Christi promptissimè parebat. Nāque (vti Augustinus scribit) [Dominus eas affectiones adhibuit, ubi adhibendas esse iudicavit. Ille hos motus certæ dispensationis gratia ita, cum voluit, suscepit animo humano: ut, cum voluit, factus est homo.] Itaque Scriptura, ut demonstraret Christo, dolorem non incidisse fortuitò, non extrinsecus esse oblatum, sed ab ipso animi imperio profectum, verbo præclarissimo via est: [Iesus autem turbauit se ipsum.] Ipse in se excitauit affectum, ipse, quantum oportere duxit, adhibuit, non, ut ceteri, obiecto cōmotus turbatasque est: appetitus sensitius obediuit præcipietationi, nō, ut apud nos, prior ipse excitatus rationem vel obscurauit, vel vlla ex parte debilitauit. Solēt in nobis, oblatuoccasione, præcurrere passiones non expectato rationis imperio. Id Aristoteles egregiè assimilat latratui canum, qui posit i pro custodia domus, cum primū quempiam aduentare sentiunt, statim adlarrant, sive ille externus fit, sive dos mesticus, usque dum ab hero cohidentur. Quod in ira maximè accidere docet, quæ ad primum offensæ sensum excitat & fremit: ubi ratio ostenderit, non esse irascendum, omnis illa animi perturbatio conquiescit. Cæterum disciplina

*Angus. lib.
14. de Cin.
cap. 9.*

Aristot. 7.

etibic. cap. 6.

fit accurata, ut iij ipsi canes mirificè obédiant heris, neque ante insiliant in prædam oblatam, quā nutu herili incitetur, neque verò iam deprehensam & ingulatam sibi usurpent, sed integrum ad pedes Domini reprælentent, eamque partē soluminodò attingant, quam de manu venatoris porrectam acceperint. Eam in canibus disciplinam, eam obedientiam meritò miramus: docemur quæ vel à brutis animantibus, sensituum omnem in nobis affectum oportere obedire rationi. Quod ubi perfectum in homine est studio, & diligentia, tunc in eo virtutes esse heroicas, Philosophi, qui hæc tracta uere, confirmant. Sed ut ad eum locum reuertatur oratio, vnde deflexit, habuit Christus tam bene compositum, tam rationi obsequenter appetitam, ut passio in illo nulla precurreret, omnis ille motas rationis ductum omni ex parte sequeretur. Id Damascenus ut doceat, dicit Christum dispēsatiuè infremisse, & tūc esse turbatum, cūm volbit. Itaque, cūm flendum fuit, cūm gemendum, veletiam tremendum, ipsius præcepto ac præscripto res acta est vniuersalidque ut intelligeremus, disertis verbis Ioannes scripsit, [Iesum turbasse] se ipsum.

All. Vir. 3.
Adol. et. 2.
S. I. quis
antiquit.
Damascen.
lib. 3. de fid.
cap. 23.

Nunc quisnam ille Christi fuerit affectus, vnde illa tam no 4. *Quamob-
ua, tam inusitata commotio, exponendum explicandumque rē Christus
est. [Lachrymatus est Iesus.] Vnde illæ lachrymæ? quam ob infremuit.
causam? Dolebat (inquires) mortem amici, flentium sororum
commiseratione comouebatur. At sciebat probè perbreui
à se excitandū, summum gaudiū sororū mox futurū nō igno-
rabat. Deinde quid erat, q̄ fremeret? cuinam irascebatur, qui
interire Lazarum de industria fuerat? quæ erat indignatio-
nis ratio, vbi nemo cladem illam nisi dolenter ferebat? Evan-
gelium tamen non solum frementem Christum commemora-
rat, sed bis etiam frementem, lemel atque iterum indignantē
narrat. Magnum profectò quippiam latensque mysterium
insinuatur, vbi dolentem Christum videmus, doloris causam
non inuenimus; indignantem cernimus, neque culpæ quic-
quā, ob quam sit indignatus, apparet. Pande igitur, Spiritus
diuine, nobis tuo nomine, quod hic arcanū ita includi volui-
sti, ut ad aperiendū atque intuendū nos excitandos existi-
mares. Igitur duo fuere in Christo affectus mirabiles, atque
intimis*

intimis visceribus insiti. Vnus fuit iracundia, atque indignationis, qua in ipsum peccatum exasit; ex quo mors, reliqua que omnis hominis miseria profecta est. Hanc affectum prodidit fremitus semel atque iterum actus: semel cum vidisset foeminas illas, ceteramque turbam consternatam, atque lugentem: mox etiam, cum in specum iret, vbi funus Lazari erat: [Infremuit spiritu,] ait. Et rursus: [Fremens in temet-ipso.] In hunc fremitum Christus excitatus impulsusque est recordatione peccati, atque eius fraudis, in quam hostis callidus & nequam genus humanum transuersum egit. Id Cyril-

Cyril. lib.

*9. in Ioan.
cap. 13.*

Eusebii

Emissenus.

Amos 2.

his verbis exprelsit: [Quando Lazarum suscitabit, turbationis & irae signum ostendit, fremens enim spiritu ac turbatus ad monumentum ibat. Minas aduersum mortem, fremitum appellavit.] Eusebius autem Emissenus ob peccatum Christum ingemuuisse dicit. Erat igitur ex recordatione peccati & mortis illa omnis suscepta a Christo commotio. Nihil enim ita Deum irasci & stomachari solere constat, atque malitiam dolumque, quo boni in deterius impellitur: quod satis declarat ille apud prophetam quandam Dei sermo indignatione plenissimus: [Ecce ego stridebo sobter vos, si-
c ut stridet plastrum onustum sceno.] Ergo aduersus inobedientiam hominis atque ingratitudinem, aduersus diaboli fraudem & inuidiam, ita Christus infremuit. Sed huic tanto iracundiae motui habuit nihilominus Christus affectum alterum, vt appareat prima fronte, contrarium, intima cuiusdam commiserationis & doloris. Quid enim iram magis, quam commiseratio tollit? Tamen summam commiserationem vehementer indignatio non sustulit, sed auxit potius. Id qui fieri potuerit, quæso attendite. Si pictor egregiam a se depictam effigiem, servi alicuius vel incuria vel malitia deformatam, foedatamque offendat, eadem ex re & indignatur profecto, & dolet ac miseretur. Autorem enim cogitans damni dati, vehementer stomachatur: operis vero ipsius iniuriam, detrimetumque contemplans, dolet: quod si in hominem incidat id malum, etiam commiseratur. Opus suum a se egregie laboratum, inuidia ac fraude inimici corruptum non potest artifex non dolere: atque ita dolet, vt simul operis perditio desiderio moereat, simul in autorem patrato remque mali ira extenderetur.

scat.

seat. Ergo Christi indignationem atque iracundiam singularem, in autores peccati malique vniuersi vindicatricē, qui velit oculis propriis admovere, volumen Esaiae legat, vbi ea *Esa. 63.* de re agens Christus, ita loquitur: [Quæsiū, & non fuit, qui adiuuaret: & saluauit mihi brachium meum, & indignatio mea auxiliata est mihi.] Atque in eodē capite, non longè ante: [Calcaui eos in ira mea, & aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia indumenta mea inquinavi.] Vaticinium esse de passione Christi conscriptum, nemo vel mediocriter in diuinis literis versatus ignorat. In ipso igitur patiendi ac moriendi actū, Christi ducis nostri indignationē aduersus humani generis hostes cernimus, vt in se ipso tam multo fuso cruento, vindicandum dixerit in Satanæ perfidiam atque tyrannidem. Hic erat ille fremitus Christi, hæc indignatio propter grauissimas à nefario hoste humano generi iniurias illatas.

Erat huic itæ coniunctus ille dolor, ex quo plenæ amoris lachrymæ manabant, quod hominem à se in tanta felicitate conditum, ad extremam miseriam deturbatum intuebatur. Recordabatur in paradiſo voluptatis à se collocatum, quem sepulturæ carcere horribili inclusum videbat. Cui dominatum in res cæteras à se conditas ipse tribuerat, is veribus ac fœditate omni scatebat. Imaginem suam, quam tot ac tantis ornamentis illustrarat, omnibus bonis exutam, tenebris obscuratam mortis, corruptamque cernebat. Ea nempe cogitatione penitus imbutus, illas benignus Dominus fundebat lachrymas, quas cùm spectaret populus, non immerito loquebatur: [Ecce quomodo amabat eum?] Itaque mortem Lazarilachrymis prosequatus est Christus, lachrymas sororum amicè & dolenter accipiens, piumq; esse ostendens [flere eum flentibus,] vt Ambrosius ac Chrysostomus lib. de pæniten. loco demonstrant. Nam (vt ait Bernardus) [Ad tumulum Lazarin nec flentes arguit, neque à fletu prohibuit, inslu- Chrysost. ho- per & fleuit ipse cum flentibus.] Id quidem certè officij in mil. 62. in amicorum clade & exitio amici sapientes præstant, vt inum Ioan. animi dolore in etiam lugubri vocis atque aspectus significa Bern. serm. tione testentur. David Saulem & Jonatham bello cecidisse 26. in Cat. flebat ac lamentabatur: [Quomodo ceciderunt robusti, &c. 2. Reg. 1.

Ff perierunt

perierunt arma bellica?] Viros iniictos atque fortissimos
victos delebat, arma olim victoria præde hostium miserè
cessisse. Hieremias verò ciues suos captos atque seruitute

Thren. 1.

oppressos quibus lachrymis prolequebatur? [Filii mei (in-
quit) ducti sunt in captiuitatem, propterea ego plorans, &

Thren. 4.

oculus meus deducens lachrymas.] Itemque illud; [Qui ve-
scabantur voluptuose, interierunt in vijs: qui nutritiebantur
in crocis, amplexati sunt stercora.] Neque verò Christus
tanto dolore tenebatur ob mortem corporis, quam à Lazaro
excutere quamprimum statuerat: sane animæ nostræ in-
teritum deplorabat, quam tenebris & carcere cœco, graui-
busque vinculis obstrictam cogitabat. Ac generosa quidem
læna fremit, catulos inanimes vitæ redditura: sic enim vel

Plin. lib. 8. narrant, vel fabulantur historici: at Christus, ut suos ad vi-
cap. 16. ex tam reuocet, verissimè & gemit, & clamat. Super Hierusa-
lem fleuit, dicens: [Si cognouisses & tu.] In cruce pendens
Aristotele tradit *læc-* fleuit, ac se ipsum pro nobis obtulit hostiam, de quo Paulus:
nam parere [Qui in diebus carnis sue preces supplicationesque ad eum,
carnes infor qui posset illum saluum facere à morte, cum clamore vali-
mes, & que do, & lachrymis obtulit.] Has lachrymas, hunc gemitum,
per duos mē hos clamores, intimo dolore taeti Christi tui, Christiane,
ses moueri considera, illudque mente totaretine, cui omnia, quæ sunt,
nō possunt, condere tam facile fuerit, ut solo verbo vras sit: ei, ut pecca-
per sex am- tum tuum solueret, diu ac vehementer dolere & gemere, ne-
bulare.

Hinc fortè datus est lo- fisi testes! Quis illa dulcissima Christi viscera cognoscere
cus fabule, posset, in quibus Paulus præclarus explorator ac cognitor
nos esse omnes optabat. Ac tametsi viscera quidem ista, at-
[lænā mor que animas oculis hīs corporeis minimè parent: at non dee-
tuum parere rit tamen mihi, o suauissime Iesu, aditus, quo ad ista tua inti-
fæcum, fre- ma penetrem. Tuis equidein oculis spectare me arbitror ani-
mitu exusi mi tuum in me: ista lachrymæ viam mihi aperient, ut per
tare.] oculos, ex quibus fluant, ad ipsum eortuum sine errore per-
Lvc. 19. uadam. Inde enim oriuntur, inde manant dulcisissimæ lachry-
Heb. 5. mæ, atque igne ardentissimo charitatis liquefactum pectus
Philip. 1. manifestè declarant. Solent pharmacopolæ ex herbis & flo-
ribus optimis medicinales pretiosasque aquas elicere, igne
subiecto, atque artificiose vase superne collectos vapores

colliquante: ita vel rosæ, vel medici floris, vel musci liquores tum salatares, tum odoratos & gris adhiberi opportunè terminus. Ego lachrymas Christi medicinales aquas, liquorem salutarem, ac suauissime olientem sentio: atque ignem quidem illum, flammamque divinæ charitatis intueor, quam inflatum, liquefactumque cor Christi, misericordia, benignitatis, patientiæ, cæterarumque virtutum suauissimo odore refertum ac fragrantem rorem asperserit: tantumque in eis lachrymis potentia, tantum in eo rore salutis agnoscō, ut non solum ægrotos sanare, verum etiam mortuos ad vitam reuocare posse, eamque vitam, cui nulla vñquam mors succedat.

I N E A D E M F E R I A C O N C I O Q V A R T A.

Vocem magna clamauit, Lazare veni foras.

Ioan. 11.



V M plurimam miracula Christus edidit, in nullo tamen eum apparatum rerum, eam affectu, verborumque significatiōnē adhibendam putauit, quam in hodierna Lazari excitatione perspeximus. Nam cætera miracula imperio perfecit, veletiā talitu aliquo: vix alias preces adhibuisse vidimus, lachrymas certe nunquam. Hodierno vero die non solū orāntem cernimus, verū etiā lachrymātē, quin & frementē, & validē clamātē exaudimus: quæ sanè actiones ab illa eximia dignitate longissimè abesse & discrepare videtur. Quo sit, ut rātare ei nouias, tamq; inusitatus aspectus, attentionē desideriūq; exciteret, cognoscendi quæ fuerit eius causa, quod institutum hodiernum Christo: nam sine magna causa patrata esse illa

1. Perfetta resurrectionē, quā Christus nobis promeruit, Lazari resurrectione indicari.

tanta, nullo modo credere possumus. Atque aiunt planè autores non inepti, ea omnia, quæ commemorauimus, de industria fuisse ostentata, ut magnitudinem Christus miraculi

Aug. tract. commendaret. [Inter omnia (ait Augustinus) miracula, quæ 49. in Ioan. Dominus fecit, resurrectio Lazari præcipue prædicatur.]

Magnum equidem fuisse miraculum, atque omnium, quæ Christus patravit, illustrissimum negare non possum: quippe qui multa concurrent isthuc animaduertam. Lazari sanè perlonam nobilem atque conspicuum, interitum quætriduo iam deploratum, conuentum populi maximum ei spectaculo adhibitum, opus ipsum omnino incredibile, diuinitatisq; proprium, quæ sola polsit mortuos ab inferis excitare. Vera quidem sunt omnia hæc, resque ipsa admirabilis. Liceat tamen mihi id dicere, quod tacitus (credo) vestram vnuquisque consentiet: tametsi opus sit magnum, tamen cum is, qui illud efficit, Deus sit, non videri eum apparatus f lendi, fremendi, clamandi, precandi tantâ maiestatem decere, ut mortuum excitaret, cui solum imperium, vel nutus etiam modicus sufficere posset. An non est is, cui dictum sit? [Subest tibi cum volueris posse.] An Petrus ipsa sua umbra non sanavit ægrotos? Tabitham porrò extinctam cum suscitauit, tametsi orasit quidem Petrus, at non fleuit tamen, non infremuit, non est vociferatus. Paulus adolescentem vita orbata complexu reuocauit. Elias verò atque Eliseus satis illi quidem ceremonia adhibuerint pueris suscitandis, at neuter istorum vel fleuisse legitur, vel clamitasse. Quid quòd Elisei ossa solo contactu defuncti cadaver vita donarunt? Nōne planum facere voluit Deus, quām sibi esset facile excitare mortuos, cum sola affricatione, vel etiam tactu ossium Prophetæ, qui erat illatus tumulo extinctus, è vestigio viuis sospesque surrexit? ob quam causam Scriptura prodit, mortuum Elisei corpus prophetasse. Quæ si vera sunt, & negari non possunt infallibili veritate confirmata, quælo vos, quid rei tantum est, ut Lazarum mortuum Christus excitat?

Sapien. 11. **Act. 5.** **Act. 9.** **Act. 29.** **Act. 20.** **3. Reg. 17.** **4. Reg. 4.** **4. Reg. 13.** **Ecli. 48.**

An Petrus ipsa sua umbra non sanavit ægrotos? Tabitham porrò extinctam cum suscitauit, tametsi orasit quidem Petrus, at non fleuit tamen, non infremuit, non est vociferatus. Paulus adolescentem vita orbata complexu reuocauit. Elias verò atque Eliseus satis illi quidem ceremonia adhibuerint pueris suscitandis, at neuter istorum vel fleuisse legitur, vel clamitasse. Quid quòd Elisei ossa solo contactu defuncti cadaver vita donarunt? Nōne planum facere voluit Deus, quām sibi esset facile excitare mortuos, cum sola affricatione, vel etiam tactu ossium Prophetæ, qui erat illatus tumulo extinctus, è vestigio viuis sospesque surrexit? ob quam causam Scriptura prodit, mortuum Elisei corpus prophetasse. Quæ si vera sunt, & negari non possunt infallibili veritate confirmata, quælo vos, quid rei tantum est, ut Lazarum mortuum Christus excitat?

Aug. serm. **104. de tem-** **pore.** cundem locum ingrediente dictum est in hunc modū: [Multi quidem signis ac virtutibus Dominus ac Saluator noster Christus Iesus diuinitatis sua potentiam declarauit, sed ma-

ximē in Lazari morte, ostendens se esse, de quo scriptū est: Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster Deus Iacob. Quas tamen virtutes Dominus ac Saluator noster duplice genere operatus est, & corporaliter, & spiritualiter. Cognoverunt enim Iudei in resurrectione Lazari manifestam filij Dei potentiam, quia mortis potestate propria imperare, nō est conditionis humanæ, sed diuinæ naturæ.] Ita quidē Augustinus egregie. Voluit igitur Christus demonstrare quidē potentiam suā in eo facto mirabili: at voluit, multoq; id amplius volavit potentiam eandē indicare in alio opere longè profecto altiore, atq; ampliore, sed hominibus minus perspecto, eoque minoris etiam habito. Id opus est Resurrectione perfecta totius hominis, corporis (inquam) atque animæ ad vitam reuocatio, & vitam non eam mortale, cui Lazarus redditus est, sed immortale, proflusq; beatam, qualē Christus suis sappè promiserat. Ad hanc felicem plenamque resurrectionem significandam, exhibita est illa Lazari, quemadmodum magni autores tradūt, Tertullianus & Ambrosius: de hac Christus multum est hodie cum Martha collocutus: [Ego (inquit) sum resurrectio & vita, qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet: & omnis qui viuit & credit in me, nō morietur in æternū.] Constat quidē Lazarū credidisse in Christū, cui erat char: at in mortē, iam suscitatu, iterum incidisse perspicuū est. Quid ergo sibi illa volūt verba Christi? [Qui credit in me, nō morietur in æternū.] Certè de vita æterna agebatur, ad quā suscitantur iusti. Eam secundā resurrectionē Ioannes in sua Apocalypsi appellat; de quaitem Paulus scribit: [Qui prædestinatus est filius Dei in virtute secundū spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi Domini nostri.] Quibus verbis is sensus subest, Christū, q̄ Filius Dei sit, spiritu suo sancto, quo suos sanctificat, à morte in vitam æternā eos potenter suscitare. Vtramq; igitur resurrectionē tribuit Christus, vtriusq; autor est: vnius (inquā) ad gratiam ex peccato: alterius ad gloriā ex corruptione. De illa priori dicit Ioānes: [Beatus & sanctus, qui habet partē in resurrectione prima; in his secunda mors nō habet locum.] Quibus verbis posteriorē designat. Itaq; hanc talē, tāq; perfectā resurrectionem hominis ad vitā diuinā æter-

Tertull. lib.
de resurrec-
tione car-
nis. Ambro-
lib. 2. de pœ
nit. cap. 7.

Apoc. 20.
Rom. 1.

Hanc expli-
cationē ver-
borum Pan-
libabet S.
Tho. quan-
uis alias etiā
afferat.

Apoc. 20.

namque perspicue pollicetur Martha hodie Christus: hæc eandem repræsentat declaratque potius hodierno die Lazarus suscitatus, ea, nimirum, omnia bona, quæ Deus daturus est, continet. Eam ut compararet nobis, tam multa egit Christus, tam multa perperclus est. Ob eam & lachrymatur, & orat, & fremit, & vociferatur. Quod Apostolus latit declarat, cum, commemorato Christi de cruce pendentis clamore valido & lachrymis, mox adiungit: [Exauditus est pro sua reverentia, & factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ.] Videntis lachrymas, clamorē, preces Christi: quò omnia ista pertineant, etiam videtis, ut, nimirum, credentibus atque obtemperantibus sibi autor est salutis æternæ.

2. Lachrymae, fremitus, preces, clamor neque nos negamus, neq; verò possumus, historia ipsa Euangelica aperte narrante. At Christū non tam cōmotum esse illo extero spectaculo lachrymarū Mariæ, quā alio quodā dolore intimo tactum, quòd cogitaret, quā esset miser & infelix hominis status, in quem impulsus deturbatusq; fuisset ex illo alto & præclaro, quē olin habuisset, id facile intelliget, quisquis viduæ illius ad Naim flentis memoriam repetet. Cur enim viduæ illi acerbissimè funus vniū filij flenti, Christus flere prohibuit: [Noli (inquit) flere.] Atq; doloris causas habebat instissimas, nō minus certè quā Maria. Hęc enim fratrem, illa filiu amiserat vnicū. Quid ergo? Cur nō Mariā à letu revocat? Cur non dicit, Noli flere? Cur non rogat saltem, quod Angeli eandem ad monumentū plorantem rogarunt: [Mulier, quid ploras?] Etenim, vt viduæ illi Naimicæ filiam mox reddendum viuu ac hospitem quòd sciret, veterabat flere: ita Mariæ fratrem deploratum se restituturū è vestigio non ignorabat. [Imò verò mortem Lazari, vt Basilius ait, somnū ducebat, à quo eum quā primū excitatus erat.]

Ioan. 20. **Basil. in oratione de gratiarum actione.** Quis verò amicum, vt idem dicit Basilius, confessim excitan dū deplorat. [Quid ergo flentibus & ipse collachrymatur quid

quid dolorem aliorū suo auget? Ac re vera, quò grauioris doloris inest causa, ei qui probè nouit, in singulare gaudiū rem quām primum debere conuerti, eò suppedit vberioris latitiae incitamentum. Ergo fateamur necesse est, illum Christi fletum, illas lachrymas ex alio quodam altiore fonte manasse, quòd in ea cogitatione totus esset, quām esset miser (vt iam dixi) hominis status, quippe cùm ex iuuenie robusto, valido, pulchro, atque conspicuo in eas sordes, atque in eam obscuritatem abijset Lazarus, vt ipsæ sorores eius conspectum ferre non possent, itaque dicerent, [iam fœtet.] Fœtor, scilicet, ille peccati, tantaq; corruptio & turpitudo, amantissimo nostri Christo lachrymas exciuit & fletum. Nam, vt Augustinus ait, [idcirco fleuit Dominus, vt lachrymis suis mundi peccata deleret:] id, scilicet, maximè dolebat, mortem æternam cogitabat, ab ea vt hominem, quem amabat, eriperet: flebat, vt qui viderent, meritò dicerent: [Ecce quomodo amabat eum?] Ibi, nimirū, constituta est domus omni viuenti, & [sepulchra eorum, domus eorum in æternum.] Iam fremitus ille magna quadam atque ardua meditantis, manifestò nobis diuini pectoris iracundiam indicat in ipsam mortis effectricem causam, peccatum, atque in impulsorem, autoremq; peccati diabolum. Nam & dolor & iracundia simul vrunt pectus amantis, cùm rem sibi charam indignè foedatam laceratamque cernit: quo more Deus loquitur apud Prophetam Esaiam: [Heu consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis.] Quibus verbis simul dolor, simul iracundia subiectas sunt. Neq; verò fleuisse atque infremuisse contentus, publicas ac præclaras preces Deo Patri fundit, inspectante populo, tanquam alter Aaron summus Pontifex, [stans inter viuos & mortuos per incensum, vt loquitur sapientiæ liber, depreciationem allegans.] Itaq; intuens in hominem miserum, flet Christus, intuens in peccatum, peccatiq; autorem diabolū, frendet atque indignatur: intuens verò in Deum, qui salutis humanæ recuperandæ ipsi potestatem de integro fecerat, gratias agit, precaturque deosotus. O quis tibi, Christe optime, amator hominum, digna queat gratiā habere, quoad licet? quis non eximijs his argumentis magnitudinem tui amoris agnoscat? Meritò

*Aug. serm.
104. de tem-
pore.*

*Iob 30.
Psal. 48.*

*Esa. 1:
Sap. 18.*

Galat. 2. Paulus exclamabat, [Dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.] *1. Pet. 3.* Merito Petrus, [Qui est in dextera Dei deglutiens mortem.] In mortem nempe iracundiæ tela iaciebat, cum fremebat: hominem inspem meliorem vocabat, cū illi collachrymabatur. Deo se offerebat gratissimum sacrificium, cū pro nobis precabatur.

3. Vox Christi Atque hæc quidem omnia ipsum Resurrectionis opus sti atque imm antecedunt, quibus illa pietas, illa Christi clementia & bo periu ad in nitas patefacta est abundè. Iam cum ad rem venitar ipsam, dicimus mor non fletu, non precibus vtendum putat: clamorem potius tuos reuocati adhibet, imperium affert, potestate vtitur sua. [Lazare veni foras.] Id mihi explicare videtur Apostolus, cum ita distinguit, [Et si crucifixus est ex infirmitate, sed vivit ex virtute Dei, nam & nos infirmi sumus in illo, sed vivemus cum illo ex virtute Dei.] Itaque in Christi passione & morte inuenimus lachrymas, gemitus, preces: at in resurrectione potentiam, maiestatem, imperium: quod quidem in nostra quoque præstabit resurrectione vniuersali ac perpetua, cuius præbet speciem quandam hodierna resurrectio Lazari, quem

Ivan. 5. vocis magnæ imperio reuocauit ex mortuis. Neque nos hec tam commentamur, quam ipse Christus declarat, cum de ijs disputans, ita dicit, [Venit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei: & procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ, qui vero mala egerent, in resurrectionem iudicij.] Hoc eodem testimonio Augustinus vtitur, hanc eandem rem tractans: [Deterrita est, inquit, 104. de tem mors, audita voce tantæ virtutis. Nec mirum sane si ad vnam vocem Domini resurgere Lazarus potuit, quando omnes qui in monumentis sunt, ad vnam vocem solam resurrecti roros in Euangeliō ipse declarauit, dicendo: Venit hora quando omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei & resurgent:] atque vti Athanasius dixit, [qui Lazarū susci taurit, eadem ratione in die nouissimo resuscitabit omnes,] nempe voce & imperio suo. Ea vox potens, is clamor scilicet est, de quo Paulus Apostolus scribit, [Quoniam ipse Dominus in iussu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de celo.] Eadem sane tubam idem alibi commemorat, quam omnes mortui exaudituri aliquando sunt, [Canet enim:

Ang. serm. *4. contra Arrianos.* *1. Theff. 4.* *1. Cor. 15.*

Athan. ser. & resurgent:] atque vti Athanasius dixit, [qui Lazarū susci taurit, eadem ratione in die nouissimo resuscitabit omnes,] nempe voce & imperio suo. Ea vox potens, is clamor scilicet est, de quo Paulus Apostolus scribit, [Quoniam ipse Dominus minus in iussu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de celo.] Eadem sane tubam idem alibi commemorat, quam omnes mortui exaudituri aliquando sunt, [Canet enim:

enim tuba, inquit, & mortui resurgent.] Merito Hierony. *Hierony. in
mus terribilem illius tubæ crepitum semper insonare auribus nostris debere censebat, quo ad iudicij districti actionem regula mo-
paratores essemus.* [Sive leges, inquit, sive dormies, sive scri-
bes, sive vigilabis, Amo tibi buccina semper in auribus sonet.] Ibiq[ue] [nisi profundissimo peccati sopore immersi te-
neremur, hoc tali clamore excitari deberemus.] Sepulchra
quidem sempiternæ caliginis plena homines tenent poten-
tissimos atque fortissimos, quos ex ipso tartaro vox iudicis
horrenda aliquando prodire compellet. Vultusne vbinâ illi
sepulti acean cognoscere legite Ezechielem, vel audite ita
commemorantem, [Ibi princeps Aquilonis (erat autem ser-
mo de imo tartaro, quod Pharaon, vel potius Satanas nomine
Pharaonis notatus præceps ruit) ergo ibi, inquit, Princeps
Aquilonis, & vniuersi venatores pauentes, & in sua fortitudine confusi, quorum data sunt sepulchra in nouissimis la-
cis.] Quanuis abstrusis intimis terræ visceribus illi gigantes
lateant, eo vsque peruadet vox illa terribilis, neque erit mo-
les vlla que illi possit resistere imperio, [Veniforas.] At quā
horrendum spectaculum? sepulta & à cognitione homini-
num remotissima peccata in publicum dari? iuberi se ipsos,
vt sunt, turpitudine omni fætoreq[ue] obfitos oculis tam mul-
ti conuentus in valle Iosaphat repræsentare. Cunctis erunt
mortalibus tua scelerata nota, o miser, qui latere te putas se-
pulchro lapideo atque eleganti teatrum. Patesiet omnis ista
spurcitia, tenebris haetenus operta: quæ labes, quæ turpitu-
do flagitorum, ipsæ cogitationum abditæ lordes omnibus
spectandæ prodibunt. Müdo vniuerso cōtuente cogēris, qua-
liscunq[ue] es, prodire palam. Audies, audies terrible diuinæ vo-
cis imperium, [Veni foras.] Tum conscientiae cuiusque libri
eo usq[ue] clausi aperiētur, atq[ue] ita perspicuerūt, vt singuli om-
nium criminis dilucidè legant, omnes singulorum, id quidem
Dei potētia atq[ue] arte mirabili. De his loquitur Apocalypsis *Apoc. 20.*
Ioannis: [Vidi mortuos magnos & pusillos stantes in conspe-
ctu throni, & libri aperti sunt.] Nōne venit in mētē, quæ sit
perturbatio reo, cūm iudici sistitur, & in iudicium vocatur,
causæ exitum cognituras? quæ illa formidō? quis paucus? qui
oris pallor? quæ totius corporis trepidatio? quæ vocis hæsita-

tio? quæ capitis demissio? quæ labantum poplitum titubatio? Nostris ac meministis bene, cùm agitur causa religionis à Fidei iudicibus in publico frequentissimoque theatro, cùq; minister voce producta clamat: [Prodeat ille:] quo pudore agitur, quo metu concutitur, quomodo expallecit ac sudat, exanguisque totus expectat tandem, quam criminum suorū seriem sit auditurus, infinita simul multitudine ciuiū auctoritate: postremò quid censura iudiciuinque illud grauissimum de se statuat: an ignibus sit tradēdus. Atque illa est vnius urbis multitudo, ignis nō vnius horæ spatiū duraturus. Quid erit, cùm Angelis hominibusque cūctis attentissimè spectatibus, tua omnia flagitia, scelera, facinora, crimina demū omnia recitabuntur? quid, cùm in ignem mitteris sempiternum asturus? O nos insanos, qui cùm hæc credamus, sic viuimus, ac si essent fabulae & nugæ: [Lazare venifotas.] Erit certè, cùm cuique nostrum hæc sonet vox: nunc quales prodire in illud theatru velimus, etiam atque etiam cogitare debemus.

4. Resurrec.
tio prima
per gratiam
etiam adum-
brata.

Apoc. 20.
Ioan. 5.

Quod in ultima illa, communique resurrectione fieri dimicimus, idē in altera, qua de sepultura peccati vocamur, quod Ioannes primam resurrectionē vocavit, contingere non est dubium, sed suo certè modo. De ea Christus ita pronuntiat: [Amen, amen dico vobis, quia venit hora, & nunc est, quādo mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint, viuēt.] Huius resurrectionis horam dicit præsentem, quod nemo ad illum alteram vitæ resurrectionem vocandus sit, qui nō prius fuerit hac vocatus. Ex morte enim peccati ad vitam gratiæ traducitur voce Christi, quam vocem exaudire, resurgere est. Quisquis enim vocanti gratiæ paret, vitam gratiæ suscipit. Itaque iubetur homo foras exire ex sepulchro culpæ, in quo iacet mortuus & fœtus, tametsi ipse fœtorem suum minimè sentiat. Exit autem ex illis tenebris & pædore, vt bea-

Greg. hom. tus Gregorius interpretatur, per cōfessionem puram atque 26. in Euā- apertam se se Dei sacerdoti manifestum faciens. [Mortuus gel. (inquit ille) venit foras, cùm peccator nequitas suas sponte Ambros. lib. confitetur. Veniat itaque foras mortuus, id est, culpani suā 2. de pœnit. confiteatur peccator.] Id ipsum Ambrosius verbis haud dis- cœp. 7. similibus: [Veniforas, hoc est, quid iaces in tenebris cōscien- tiæ, & delictorum tuorum fôrdibus, quodam reorū carcere? Exi

Ex iforas, delictum proprium prode, ut iustificeris. Ore confessio fit ad salutem.] Nam sine pœnitentia vita non reddit, sine confessione salus recuperari non potest. Christus quidē te alloquitur, Paulo crede, atque ita clamat: [Surge, qui dor mis, & exurge à mortuis.] Si quis hodierno die eam Christi vocem acceperit, ne resistat, ne contemnat. [Hodie, si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.] Ad vocē Chri Psal. 94.
 fti Lazarus recuperat animam: anima verò vita & anima ipsa Deus est, Dei gratia est. Qui obedit huic voci, exit foras: confessionē enim vel re vel voto præstat: secus venia locus est nullus. At qualis exit Lazarus: ligatus manus & pedes in stitis, facies verò obuoluta erat linteo. Quid hæc? Effecta sunt propriè peccati, quod peccatoris faciē obuelat, Deo illā ignotā reddens. Operarios enim iniquitatis ipse ignorare se testatur. Pedes quidē obligātur, cùm affectus peccato ob stringuntur: manus, cù opera prohibentur. Eiusmodi vincula peccatoribus iniecta Scriptura docet: quare ligatis manibus ac pedibus à iudice iubentur trudi in tenebricosum carcerē, vnde nullus vñquā exitus futurus sit. Nec enim vel bene agē di ratio erit villa, vel bene etiā cogitandi, cù fuerit tartaro traditus miser. Cæterū viuentem iam Lazarū, sed adhuc funeribibus vinculis illigatum, Christus Apostolis solvendū tradit, quod ita Magni Patres Augustinus, Gregoriusq; interpretā tur, vt afferat vinere quidē hominē, qui cælesti voce pulsatus peccati tumulū deferat, Christo obediat, ad eum que veniat: sed impedimenta peccati nihilominus sacerdotū auctoritate tolli debere, quorū interest de præteritis actionib⁹ iudicare. Neq; enim Lazarus noster aut incedere aut agere recte quicquā potest, nisi se Apostolicæ celuræ subijciat. Id verò, vt iā dixi, interdū re ipa sit: interdū voto ac volūtate.] Quā do cōfiteris, procedis (ait Augustinus) sed vt cōfitearis, Deus facit, magna voce clamādo: ideò, cù processisset mortuus adhuc ligatus, cōfitēs & adhuc reus, vt soluerētur peccata eius, ministris hoc dixit Dñs: Soluite illum & sinite abire. Quid est: soluite, & sinite abire? Quę solueritis in terra, soluta erūt & in cælo.] Sic verò absoluus iam potest liberè, quo velit Psal. 83. ingredi: recte enim gradietur, atque ibit de virtute in virtutem, donec in conspectum Dei Sionis veniat.

At hoc

Ephes. 5.

Matt. 7.

Matt. 22.

Aug. tract.

49. in Ioan.

Grego. hom.

26. in Enag.

s. Ange- AT hoc ipsum ministerium quod in priori resurrectione Apostoli & Apostolicis sacerdotes praebent, in ultima Austerii in regeli præstabunt. Ii tunc sepulchra aperient, lapidem obstruentem amolientur, ossa ipsa dissipata & cœfecta colligent, homines impedimentis omnibus soluent, ad tribunal iudicis sistent. Sic enim Christus prædictus. [Mittet Angelos suos cum tuba & voce, & congregabunt electos eius.] Tunc sudarium de facie deponent, vestesque illas funereas eripient, & facies quidem iastorum fiet Sole fulgentior, corpora immortalitatis amicta induentur. Tunc manibus iniecta vincula excutientur, & palmas victoriae aeternæ, ac sceptræ regni perpetui accipient. Tunc pedibus harentes compedes dissoluaentur, & alas Sancti Angelicas sument, quibus celeres toto orbe discurrent, scintillarum instar veloci fulgure currentium. Tunc Lazarus & mortuus & sepultus, & pridem iam foetens, erit Apostolis par, immortalitate & libertate mirifica. Aequales enim Angelis futuros ipsa veritas asserit filios resurrectionis. Aequales certè pulchritudine, decore, immortalitate, virtute, gloria. Tunc denique velamen de oculis Lazari detrahetur, atque aperite ut est in Christum Deum intuebitur, quem cum semel aspicerit, nullum præterea bonum optabit videre, quod in eo cumulatissime bonum omne reperiatur. [Cum enim apparuerit, videbimus eum sicuti est, & similes ei erimus,] beati ac felices perpetuo, ut ipse est.

(?)

S A B B A -

SABBATO POST
DOMINICAM
QVARTAM.

Ego sum lux mundi: qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vita.

Ioan. 8.



NTER cetera nomina præclara, quibus se appellari & cognosci Deus vult, non tenet locum extremum lux, cum scribat Ioannes, [Hæc est annuntiatio quam audiuimus ab eo, quia Deus lux est, & tenebrae in eo non sunt villa.]

1. Deus ip
sa lux à qua
cetera lu-
cent.

1. Ioan. 1.

Quæ sententia communis quoque Philosophorum fuit, quoram est in libro de causis assertio Deum esse lumen purum: quod Aristote-
li suo more Actum purum appellant. Est quidem lux pul-
chra ipsa per se, rebusque cæteris impertit pulchritudinem,
ea enim dempta nihil interest inter album & atrum, inter
fœdum ac decorum. Itaque Deus per se est longe pulcherri-
mus, sed illius pulchritudinis splendorem ac maiestatem hu-
mani aspectus vires ferre non possunt. [Qui lucem inhabi-
tat inaccessibilem, quem nullus hominum vidit, sed nec vide
re potest.] Apostoli Pauli testimonium hoc esse scitis: ut So-
lis huius fulgor oculos perstringit, neque cōquiescere fruiq[ue]; oculi se ha-
tanta luce patitur, ita mentis aciem superat illa excelsitas.
1. Tim. 6.
Arist. lib. 2.
Metaph. ca.
1. [Quæad-
modum ve-
re potest]
dixi, ita &
intellectus
modum solent noctis & vespertilioes ad Solem. Atq[ue] hoc anima no-
primum esto de divina luce documentum. Sequens illud stræ ad ea
est, nihile esse in rebus conditum lucis ac formæ, quod non ex qua manife-
illo primo ac supremo fonte derivetur. Quod vt demostret, Etissima om-
ne Christus lucem mundi esse dicit, ideo Sol appellatur. Dio-
nium sunt.]

Dionys. de nisij Areopagitæ sententia sic habet: [Liquida diuinæ boni diuin. nom. tatis imago magnus iste & perlucidus temperq; lucens Sol c.4. par.1. pro exigua boni similitudine , omnia quæ haurire ipsum possunt, illuminat , habetque lucem eminenter explicitam expandens illam super omnem hunc visibilem mundum, sa- perq; atque infra vibrans radios suos, nihilque visibile est quod ille non penetret excellenti lucis suæ magnitudine.]

Itaque ex Dionysij sententiâ cælestia omnia corpora , quæ lucent ac splendent, à Sole illustrantur, atque ab eo lumen mu tuantur , sive Luna sit, sive sint quos Planetas Astrologi vocant , sive astra cætera firmamento affixa , omnia prorsus à Sole quicquid habent lucis accipiunt: ita certè supernæ illæ substantiæ mentesque cælestes , sive Angeli, sive virtutes, sive throni, sive quoquis alio nomine nuncupentur , nihil ha- bent sapientiæ, nihil vita, nihil essentiæ, quod non à prima sit sapientia, à prima vita & substantia cōmunicatum. Quare in diuinis literis stellatum illi spiritus nomine significan- tur. [Stellæ dederunt lumen in custodijs suis.] At Hieremias sive Baruch. Et in libro Job ipse Deus, [Cum me lauda- rent astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei.] Quid si astra illa tam splendida lucem aliunde hauriunt , ne- que habent ex se , quid par erit de infernis corporibus, de clementis , de ipso aere, & aqua & terra ? Quamob- rem , agnoscat , velit , nolit , necesse est omnis natura con- dita , si quid sapit , si quid in ea veritatis elucet , id totum à prima ei luce manate , idcirco enim Patrem lumenum Deum Iacobus rectissimè appellat: [Omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est descendens à patre lumenum.]

*Baruch 3.
Job 38.*

Iacob 1.

*2. Solus
Dens lux
para.*

*ut illam
-on natura
as he er
spunc an
me analisi.
L. inq. min*

IA M his duobus de diuina luce præceptis datis , ter- tium adiungendum erit , esse illam lucem usque eo puram, ut nihil nisi lucem in ea cogitare quisquam queat . [Et tene- bre in eo non sunt ullæ,] dicebat Ioannes. Id illius lucis pro- prietas adeo, ut nulla alias sit , de qua affirmari id pos- sit. Omnibus rebus creatis commone est , ut tenebrarum aliquid ex se habeant . Præstantissimæ inter omnes sunt substantiæ intellectuales vel rationales: Angeli (inquam) atque homines. At iij natura sua peccare possunt, multaque pars

partes & Angelorum & hominum iam peccauit : quibus tenebris quae potest esse maior obscuritas ? Est etiam in inferioribus corruptio , in superioribus defectus & mutatio , ea saltem quam Philosophi potentialitatem appellant, nam actionum mutatio esse potest : atque ipsum esse non idem est, quod essentia illarum rerum. Quare soli altissimo Deo tribui debet, quod nullo modo mutetur, neque vero mutari possit, quod Iacobus præclarè locutus est, cum dixit. [Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.]

Quia in re etiam Solis huius similitudo quædam existit. Vnde de quaque enim Sol lucet, neque potest in eam vlla ex parte incidere vmbra: quod in alijs lucidis secus est. Creaturæ ergo omnes vmbram mutabilitatis patiantur aliquam necessitate est, vel in eo quod sunt, vel in eo quod operantur. Omnium vero creaturarum id maxime patitur homo, quem usque eumutabilem Scriptura docet, ut nunquam in eodem statu permanere confirmet. Quæ cum ita sint, meritas Deo glorioſiſſimo laudes non neget humana natura, ſuspiciat ac veneretur, adoretque altissimum illud lumen diuinæ bonitatis: quod ſine vlla lucet admixtione contrarij: vnde quicquid boni, quicquid lucis in nobis est, mutuatum est: mala viceſſim ſua, ac tenebras recognoscat, penitusque perſpiciat, ac ſi quid boni intuitus fuerit, ab eo ſibi communicatum homo & ſentiat & fateatur, qui dat omnibus, & dando nihil omnino minſtitur. Hæc tria que de lucis primariæ natura diffrui, Christus verbo breui complexus ait, Ego sum lux mundi: ipſe enim ex ſe lux est, tum alijs lucem impertit, ac nihil demum est, quod non ab illo copiam, ſi quam habet, lucis acceperit.

I AM vero lucis beneficio non modò res videmus atque cognoscimus, ſed etiam agere opportuna poſſumus. Incepimus ad Detrahe lucem de rebus humanis, quid agent homines? An cognitionem incedunt? an agros colent? an negotiabuntur? an bellum gerabunt? an ſcribent, legent, philosophabuntur? Illud rationem vale luce ſublata vnum prætabunt, egregie ut dormiant, re. ac, ſi placet, adeo ſtant. Quorsam hæc? ut intelligatis Christi aduentum in mundum, qui lux est mundi veriſima, non ſolum ad cognitionem veritatis valere, neque

Iacobi 1.

Job 14:

neque fidei soli professe: sed opera etiam & requirete & af-
 ferre. Sol non lucet solum, sed fouet etiam ac nutrit, de quo
 sic Philosophatur Dionysius: [V]nus cum sit, vniiformem in-
 fundendo lucem renouat, nutrit, seruat, perficit, discriminat,
 coniungit, refouet, foecundat, auget, immutat, firmat, im-
 plet, sustollit, vivisificat que omnia, & quodlibet ex omnibus
 modo sibi congruo.] Quibus verbis vult intelligi diuinam
 bonitatem se omnibus communicare, atque omnia agere op-
 portuna ad salutem. Quare non conspicit solum amat, sed
 vult etiam beneficio suo cuncta ad sibi opportuna iuuari, vult
 homines bene agere, vult se sequi. Ideo cum dixisset, se esse
 mundi lucem, protinus adiunxit: [Qui sequitur me, non am-
 bulat in tenebris.] Nam ambulare in tenebris illi censentur,
 qui non Christum, sed voluptates, vanitatesque suas sequun-
 tur: quales AEgyptios olim narrat dieina historia, qui tene-
 brishorribilibus premebantur, quorum infelicissimum sta-
 tum ex libro sapientiae placet repetere tantisper, ubi ita le-
 gimus: [V]nculis tenebrarum & longae noctis compediti,
 inclusi sub tectis, fugitiui perpetuae prouidentiae iacuerunt.
 Et dum putant se latere in obscuris peccatis, tenebroso obli-
 uionis velamento, dispersi sunt, pauentes horrende, & cum
 admiratione nimia perturbati.] Denique post nonnulla sa-
 piens adiijcit: [Ipsi ergo sibi erant grauiores tenebris.] Ad
 hunc modum Scriptura demostret, quales sint tenebrae pec-
 eatorum, & in qua cæca nocte versentur: quo pauro, qua for-
 midine perturbentur, quo pacto ipsas suas conscientias tan-
 quam tortores acerbissimos perhorrescant. Quæ si verano
 sunt existimanda, saum animum cogitationesque interro-
 get, velim, quis istorum, qui se multis sceleribus contami-
 narunt. Testetur ipse de se impurus adulter, quam caliginē
 sustinet, quas tenebras, quid Zelotypia impetus faciat,
 quid libido furēs, quid suspiciones, quid timores, quid amē-
 tia? Avaritia qui ardet, dicat, si placet, quid curē faciant, que
 sit solicitude, quales somni, quam irquieti & perturbati.
 Iam aleatoris iras quis referat, mœrores, desperationes, ve
 nequeat vñquam consistere, semper aleam insanus cogitet,
 & in ipsum laum exitium ruat, prudens vidensque percat.
 Inscitum esset singula persequi. Illud in summa perspicu-
 est,

est, peccato addictos, in horrendas tenebras coniectos, ipsos sibi esse quo quis carnifice & tortore grauiores. Eorum verò, qui Christum sequuntur, qui lumine illo fruuntur, quād di uerba est ratio vitæ? quanta pacis & lætitiae copia? quod sapiens non prætermittendum putauit. Vbi enim de sceleratris illa, quæ suprà retuli, commemoravit, opportunè exposuit: [Sanctis autem tuis maxima erat lux, & quia non & ipsi eadem pali erant, magnificabant te, & ut esset differentia, donum petebant.] Nempe bona conscientia, quæ diuinæ gratia luce perficitur, admirabilis tranquillitas est, admirable gaudium.

Sapien. 17.

Quæ cùm ita sint, quid nos præstare deceat tanto beneficio lucis sempernæ affectos, cogitare diligenter necesse est. Ac primum illud sit, vt Solem hunc iustitiae supplices adoremus, eiisque gratias, quantas possumus, agamus, quod dignatus sit nobis oriri, atque, vt more astrologorū loquar, nostrum hoc hemisphérium cælestibus suis radijs illustrare, in nostro tandem orizonte apparere, quod erat carmen Zachariæ exultantis: [Per viscera misericordiæ Dei Luc. 1. nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto, illuminare ijs, qui in tenebris, & in umbra mortis sedent.] Umbra mortis appellat timorem atque formidinem, quæ obscurat, atque quodammodo opacat vitæ lætitiam. [Et metus mortis, ait Seneca, ipsa saepe morte grauior.] Aut ergo in morte, aut certè in mortis umbra, id est, timore & perturbatione versamur. Hoc tenebras vt depelleret, apparuit benignissima lux, sicut Paulus ait: [vt liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruituti.] Post gratiam habitam tam insigni beneficio, illud est consequens, vt Solis huius diuini cursus contéplemur, illiusque vestigij, quoad possumus, insistamus. Nam quod de Sole prædicat psalmus: [Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo, exultauit vt gigas ad currēdam viam, à summo cælo egressio eius, & occurſus eius usque ad summum eius, neque est quise abscondat a calore eius:] Id totum multò melius & verius in vero iustitiae Sole Christo intelligimus, qui è cælo egressus rediit ad cælum: [Exiui à Patre, & veni in mundum, iterum reliquo mundum, & vado ad Patrem.] Giganti

Hierony. in vita Malchi. Multò grauior expectata, quæ illata mors est.

Seneca.

Hebr. 2.

Psal. 18.

similem cernimus, qui tantis viribus immensum certamen, cursusque confecerit, ab huius calore nemo immunis est, quod omnes libenter vocet ad se, omnibus lucis ac salutis luce copiam faciat. Namque, uti Dionysius magnus dixit: *Dionys. de Eccl. Hier. ca. 2. p. 3.* Diuina lux paratissima est sua munera volentibus tradere.] Ea est charitate Sol ille praeditus in genus humanum, cuius Solis cursum Paulus affectabatur, se etiam ipse alijs sectandum offerens. [Imitatores (inquit) mei estote, sicut & ego Christi.] Summa perfectionis Christianæ in Christi uera imitatione consistit. Quid autem sit sequi Christum, Cyprianus ostendit: [Sequitor (inquit) Christum, qui præceptis eius insistit, qui per magisterij eius viam graditur, qui vestigia eius atque itinera sectatur: qui id, quod Christus, fecit, docuit, imitatur.] His duabus rebus tertia adjicienda est, ut qui deflexit de via, & rectum cursum non est secutus, errorem suum agnoscat, & ad verum tramitem dirigat iter. Ita enim facere solent, qui iter faciant, & noctis obscuritate ducti in avia & præcipitijs se veniente cognoscunt. Lucis enim beneficio & errorem prehendunt, & in viam revocant se. Praclarè id præstabant David, qui testatur de se: [Consideravi vias meas, & conuertipedes meos in testimonia tua.] Christi quidem verba, Christi facta omnia, radij quidam sunt lucis eximiae: ad quos considerare debemus viam nostram, utrum recta eamus, an errore aliquo de via deflexerimus. Ad hos radios, tum facta nostra, tum sermones, tum ipsas cogitationes affectionesque intimas perspicere & explorare debemus. Si enim Christum sequimur, lucis consortio fruimur: si illum deserimus, in tenebras incidimus. [Qui sequitur me (ait Christus) non ambulat in tenebris.] Igneam columnam per noctem habuit populus Israeliticus ducem, nubem per diem, usque dum in terram promissionem inductus est. At nos & lucem diuinam nocturnas peccati tenebras depellentem nacti sumus, & æstum diurnum temperantem calestem gratiam. Adeam Christi imitationem nos adhortatur sanctus Leo serm. 2. de Resurrec. Dñi.

Cyprian. in oratio de zelo & luore. 1. Cor. 11. Psal. 118.

Ita enim facere solent, qui iter faciant, & noctis obscuritate ducti in avia & præcipitijs se veniente cognoscunt. Lucis enim beneficio & errorem prehendunt, & in viam revocant se. Praclarè id præstabant David, qui testatur de se: [Consideravi vias meas, & conuertipedes meos in testimonia tua.] Christi quidem verba, Christi facta omnia, radij quidam sunt lucis eximiae: ad quos considerare debemus viam nostram, utrum recta eamus, an errore aliquo de via deflexerimus. Ad hos radios, tum facta nostra, tum sermones, tum ipsas cogitationes affectionesque intimas perspicere & explorare debemus. Si enim Christum sequimur, lucis consortio fruimur: si illum deserimus, in tenebras incidimus. [Qui sequitur me (ait Christus) non ambulat in tenebris.] Igneam columnam per noctem habuit populus Israeliticus ducem, nubem per diem, usque dum in terram promissionem inductus est. At nos & lucem diuinam nocturnas peccati tenebras depellentem nacti sumus, & æstum diurnum temperantem calestem gratiam. Adeam Christi imitationem nos adhortatur sanctus Leo: [Hoc, inquit, sentite in vobis, quod in Christo Iesu, cuius humilitas nulli est aspernanda divitum, nulli est erubescenda nobilium. Imitamini, quod operatus est, diligite

gite quod dilexit, & inuenietis in vobis Dei gratiam. Eisdē
vos vestigijs, eisdem gradibus, ut cœlestia apprehēdatis, ter-
rena despicite: Susceptio enim crucis, est imperfectio cupiditi-
tum, occisio vitiorum, declinatio vanitatis, & abdicatio
omnis erroris.] Hæc sanctissimus Pontifex de Christo imi-
tando & sequendo. [Sed habebit (inquit) lumen vitæ.] Vita-
le lumen est hoc, quod animum mirifica iucunditate perfun-
dit. Nam sacerdotalis scientia lumina vitæ nihil habent; neque
enim animū beant illæ scientiæ, sed inflant, inanemque po-
tius reddunt. At Christi lux & cognitio intimos animi sinus
suauissimo gaudio implet, vitamque præbet felicem ac bea-
tam. De hoc lumine Petrus loquitur: [Qui vos vocavit in
admirabile lumen suum.] Hoc David prædicat: [In lumine
tuo videbimus lumen:] ad quod contuendum cum fuerimus
admissi, quod ultra desiderare possimas, nihil erit.

1. Pet. 2.

Psal. 35.

IN DOMINICA DE PASSIONE, CON- CIO PRIMA.

Quis ex vobis arguet me de peccato? Ioan. 8.



TSI omni tempore, præsertim sacræ 1. Compen-
quadragesimæ, Ecclesia passionem Chri- dium passio-
flire colitatque meditatur, tamen ex hoc nis Christi,
die, velut ad rem ipsam proprius accedēs, summae cru-
tata est in ea cogitatione ac mente inten- ciatus, si m-
tissima, ut acerbissimum illum vitæ inno- ma ignomi-
centissimæ exitum ponat ob oculos, & nia.
qua potest omni ratione suorum ad hæc tam salutaria reme-
dia consideranda, animum studiumque inflamat. Itaque
Dominicā de Passione hodiernam diem appellari voluit, ex
quo deinceps lætū illud semper catarī solitū: [Gloria Patri,]
& cetera, ad maiorem excitandā tristitiam, auferendum de
Missæ introitu cœluit. Euāgeliū verò proponit ac recitat, in

quo totius Christi paſſionis ſumma quædam & compendiū continentur. Nam & verba plena opprobrij ac contumeliae ab aduerſarijs in Christum iactata accipimus, & verò ipſas nefarias dexteras lapidibus in eum iaciēdis armatas. Crucifixu & ignominia agere in Christum hostes ſceleratissimi pergeunt, in quibus duabus rebus Domini nostri paſſio vniuerſa conſtituit. Id enim illorum perditionum conſilium fuit, [Contumelia & tormento interrogemus eum, ut ſciamus reuerentiam eius, & probemus patientiam illius.] Ad hæc capita duo, indignitatem (inquam) atque dolorē, omnia, quæ Christus perpeſſus est, referantur: in qua vtraque re nihil potest grauius, nihil acerbius cogitari. Dolorem enim cruciatūque pertulit ſummū, quod ex persona ipſius Scriptura testatur: [Videte, si est dolor ſimilis, ſicut dolor meus.] Itemq; illud. [Dinumerauerunt ſibi oſſa mea,] quo nihil potest crudelius dici: & illud, [Defecit in doloribus vita mea, & anni mei in gemiſibus.] Iam probra & contumelias tantas à vilissimis ac torpidiſimis hominibus accepit, ut nullæ maiores animo excogitari queāt. Itaque cōpultus eſt dicere: [Ego autē ſum vermis, & nō homo, opprobiū hominū, & abiectio plebis.]

Sapitn. 2.

Thren. 1.

Pſal. 21.

Pſal. 30.

Pſal. 2.

Pſal. 30.

Thren. 3.

Efai. 53.

1. Reg. 31.

Plutarc. in

vita Cato.

Ex his duobus veluti tranſuerſis lignis Crux Christi eſt fa-

nis Vticēſ.

Hircius in

dixi, delibatio quædā hodierna Evangelica narratione pro-

comment. de ponitur, cū dæmoniacū & Samaritanū, id eſt, hæreticū eū à

bello Africa Iudæis appellatū cernimus, tum neci lapidibus appetitum.

no.

2. Innocētia

& māſuetu

doctrinæ ac ſapiențe robur inconcurrem: veritatis dicende

do Christi.

Causas verò iſtius tam immanis furoris ſi cognoscere cu-

pit, inuenetis mirabilem vitæ innocentiam & sanctitatē:

ſtudium indeſellum, quibus rebus nihil potuit vtilius, nihil

fanandis

sanandis eorum morbis salutarius afferre. His beneficijs quā gratiam retulerint homines prauissimi, videtis. Narrat hi-
storia sacra Davidem, cū animaduerteret Saulē sibi insi-
dias tendere, necemque moliri, Ionathē, quo amico familia-
riter vtebatur, de iplius patre querentem dixisse: [Quid fe-
ci? quæ est iniq[ue]itas mea, & quod peccatum meum in patrē
tuum, quia qua sit animam meam?] In Psalmis verò sēpe de-
cantat indignè atque iniq[ue] beneficia sua fuisse maleficijs &
iniurijs compensata. [Posuerunt (ait) mihi mala pro bonis,
& odium pro dilectione mea.] Item aliās. [Retribuebāt ma-
la pro bonis. Et pro eo, vt me diligenter, detrahebant mihi.]
Quæ quanvis omnia cæteraque similia Davidem per pessum
esse non negemus, tamen in Davide potissimum Christum
esse expressum, nemo vel tenuiter diuinarum literarum pe-
ritus ignorat. Ea ergo Christi iustissima querela summa equi-
tate, incredibili benevolētia studio ipsis hodie inimicis ex-
ponitur; [Quid feci? quæ est iniq[ue]itas mea?] aiebat David.
Christus autem: [Quis ex vobis arguet me de peccato?]
Quod si ingratissimus Saul cytharēdum suum, vexationem
sævi dæmonis dulcissimo sono cytharæ sedantem, lancea
transfigere conatus est; quid de furore istorum dicendū est?
nonne simillimus est, qui cū sermones Christi verissimos
atque utilissimos vitijs eorum curandis acciperent; iniuria,
contumeliam, cædem denique funestissimam moliti sunt.
Iam verò cuius mansuetudinis, cuius modestiæ, cuius suauitatis
est, cum aduersarijs suis talibus summum Deum discep-
tare velle, ipsosque iudices causæ lus adhibere, quos ha-
bet infestissimos hostes? [Quis ex vobis (inquit) arguet
me de peccato?] Rem non vulgarem, neque mediocrem
se commemorare Iob arbitrabatur, cū ita referret: [Sicō-
tempsi subire iudicium cum seruo meo, & ancilla mea, cū
disceperant adversum me.] Sed quid hoc ad Christi fa-
ctum, qui, iudex omnium cū sit, ad iudicium se aduersa-
torum suorum sistit? Quām est humana arrogantia ab ea
moderatione aliena, quæ etiam maiorum suorum iudicium
vitare solet, & contumacia stultissima de suis ipsa factis sæ-
penumero præjudicat.

Cū ergo charam haberet salutem hominem, remedia-

Gg 3 que

1. Reg. 20.

Psal. 108.

Psal. 34.

1. Reg. 19.

Iob. 31.

Gen. 1.

3. Vitæ san-

Titus, ac do quae afferret præstantia & copiosa, quid causa sit, quærit,
 Et in æ veri quod oblato beneficio vt nolint? [Quis ex vobis arguet me
 tias in mini- de peccato? Si veritatem dico vobis, quare non creditis mi-
 stro diuini hi?] Virtæ innocentiam, doctrinæ probitatem demonstrat;
 verbi. quæ duo merito conciliant animos auditorum, vt fidem di-
 ctit habeant. Verbi Dei ministros utrumque præstatere oportet.
 Primum enim honestos se, atque omni virtute prædi-
 tos proponere debent, qui alios docere parant. Namque, vt
 Augustinus verissimè dixit; [vt obediens audiatur, quan-
 tacunque granditate dictioris habet maius pondus vita di-
 centis.] Alioqui auditores facile distruos confirmat; [Quod
 lib. de doctr. Christiana. mihi præcipis, cur ipse non facis? Ita sit, vt eum non obe-
 cap. 27. dienter audiant, qui se ipse non audit, & Dei verbum, quod
 eis prædicatur, simul cum ipso prædicatore contemnunt.]
 Hierony. in Neque dissimilis Augustino Hieronymus: [Vide (inquit)
 epist. ad Ne ne confundant opera tua sermones tuos, ne tacitus in Ec-
 cllesia auditor dicat; cur ista quæ dicis, ipse non facis?] Etiam
 apud Gentiles probitas in oratore requirebatur, qui sic de-
 finiebatur; [Vir bonus, & dicendi peritus.] Paulus ve-
 rò Dei ministros ab omni criminе alienos vult. [Sic mi-
 nistrent (inquit) nullum crimen habentes.] Sacerdotem
 quidem omni macula & turpitudine vacare lex præcipie-
 bat, ne luscus, ne gibbus, ne claudus, neve quavis alia ra-
 tione deformis esset. Indices legi Scriptura iubet, in pri-
 mis Dei timore præditos. [Prouide tibi viros timentes
 Deum.] Apostolus etiam externis probatos vult. [Opor-
 tet, inquit, testimonium habere bonum ab ijs, qui foris
 sunt.] Ea enim debet esse puritas, ea vitæ innocentia, vt
 1. Timo. 3. ipsi inimicis conspicua sit. Nam qui secus agunt ac docent,
 Matt. 23. factis verba exortunt, quod de Pharisæis Christus dicit: [Di-
 cunt enim, & non faciunt:] [Ipsi non intratis, & volen-
 tes non sinitis intrare.] Quamobrem Sobnam improbum
 templi Præpositum acriter propheticus sermo obiurgat, ac
 demum exhortationem minatur, translata præfectura in
 alium religiosorem præfectum: [Expellam te de statio-
 ne tua, ne sacerdotio fungaris mihi.] Deinde morum in-
 tegrity etiam fides officij adiungenda est, vt is, qui bo-
 nus in se est, bene quoque suo fungatar munere. Est mu-
 nus

nus proprium prædictoris veritatem dicere , in eo fides eius , constantiaque requiritur . Ezechiele in hunc modum instituit Deus : [Fili hominis speculatorum dedit te domini Israel , & audies de ore meo verbum , & annuntiabis eis ex me .] Iudicis mandata præco denuntiat , sive illa ad pacem , sive ad poenam exitiumque pertineant . Egregie Christus & vita sanctitatem , & veritatis doctrinam præbuit . Erat in Pontificis summi pectori inscriptum ; [doctrina , sive (ut alij habent) manifestatio & veritas .] Pulcherrime ea de re philosophatur Cyrillus : [Superhumeralē (inquit) prius quam rationale , quia prius opera haberi debent ; postea sapientia quarenda . Deinde manifestatio post rationale , quia non ante alios docete , quam nos instruti esse , debeamus . Imponit autem super rationali manifestationem & veritatem : non enim sufficit Pontifici habere sapientiam , nisi possit etiā populo manifestare quæ nouit .] Hæc Cyrillus . Itaque sapientiae & sanctitatis insigne palam gestare Pontifex iubebatur , quod in nostro vero Pontifice Christo quale fuerit , Petrus ipsius vicarius ostendit ; [Qui peccatum non fecit , nec inuentus est dolus in ore eius .]

[Propterea vos non auditis , quia ex Deo non estis .] Vt 4 . Quanta malum infidelitatis sex cognolcent , benignè admoniti fuerit impie sunt , perinde quasi medicus diu curans & grotum ac nihil ras & immensus deterius se habere videns , pro officio suo admoneat . prudentia in Ego quidem cum arte , tum diligentia , quicquid tibi utile futurum fuit , ostendi ; tu vero ideò nihil de morbo remittis , quin potius peius in dies habes , quod , neglectis praceptis meis , tuae soluimodo cupiditati obsequeris . Tu igitur salutem non amas tuam , quam ego tantopere curo . Sic propheta deplorat : Hiere . 5 . [Curauius Babylонem , nō est sanata , derelinquam eam .] Hiere . 6 . Idemque non dissimiliter : [Frustra conflavit conflator : malitia eorum non sunt consumptæ . Argentum reprobum vocate eos , quia Dñs projecit illos .] Ea tam benigna , tamen salutis admonitio Salvatoris , si quid illi saperet , & de se solicitos , & medico suo atque architecto salutis gratos reddere certe debuisset . Quid agunt quā gratiam referunt ? [Nonne (inquit) bene dicimus nos , quod Samaritanus es tu , & da monium habes ?] Quām impie ? quām impudenter ? Samaritanum

ſcire debetis pro illo ſeculo & gente, idem fuile Iudæis, at-

Orig. 10. 26. que nobis hæreticum, ut Origenes ſcītē ſcribit, quōd erant
in Ioan.

Samaritani verbo cultores Dei, relegem Moysis infinitis
modis violabant, & altare contra altare ponebant. Denique
ſi quis modò Lutheranum aut Arianum quempiam appelle-
laret, is qualem iniuriam Catholico faceret? Quid ſi eſſet, nō
ſolum Catholicus, ſed doctoꝝ eximius? Quid ſi etiam mag-
nus Ecclesiae antiles?

Quid illud alterum conuitum, Dei filium dæmoniacum ac Satana plenum prædicantium? Qua-

Heb. 12. le eſt id, qꝫlo, cogitate, imò verò non meis verbis, ſed
Apostolicis potius vos alloquar: [Recogitate eum, qui
talem ſuſtinuit à peccatoribus contradictionem aduerſus
ſenatipſum.] Si quis, quod plerosque vestrū ſentire ne-
ceſſe eſt, honoris cura vel mediocriter tangitur, perſpiciet
profectoꝝ, quid ſit exiſtimationis ſuꝝ verbo contumelioſo
periculum facere. Si enim, quōd tibi ille non aſſurexit, aut
caput non detexit, ita grauiſſers, qui ferēs, ſi te verbis ple-
beijs patricium, aut ſenatorem compellaret? quid ſi etiā con-
tumeliam addat? Quōd ſi tu homo-vulgaris & nihil (quid
enim eſt cum filio Dei comparatus?) ſi tu (inquam) tam ini-

quoſfers animo probrum, contumeliam, maledictum; quid par-
eſt ſentire iplum Regem gloriae à ſordidilſimiſ Iudæis, hære-
ticum, diabolicumq; appellatum? Et audit iſta tamen, & fert,
& tacet, atque diſſimulat, & de ſua benevolētia ac ſtudio be-
neſaciendi remittit nihil. Omnino ſi ad hanc incredibilem
ſuetudinem non obſtupſcimus, ſtupidi ac plusquam lapidei
ſumus. Vulnas graue libentiū patiatur vir honestus ac nobi-
lis, quam indignam auditu contumeliam. In iplum verò cāli-
decus & lumē, tot & talia iactata ſunt, quæ neq; numero ne-
que magnitudine iniuræ facile cōprehendi queant: Im-
properia imp̄operantium tibi ceciderant ſuper me.] Tota die
conſtituebant p̄tēlia: acuerunt lingua ſuam, ſicut ſerpētes.]

Nullius aspidis, nullius viperæ aut ſcorpij lingua mortuique
tantū veneni effundit, quam lioguæ illæ Iudæorum peſti-
lentes in Christum iaculatae ſunt. Neque ſolum tacet & fert
grauiſſimas iniurias, verū etiā volētes ſe vlcisci, tuos cohi-
bet: Angelos (inquā) ca leſteſq; potētias non tam ſibi vindic-
etam cōparare, quam illorū maledicorū ſalutē curare iubet.

Pſal. 68.

Pſal. 139.

Admi-

Admirabilis extitit Dauidis tolerātia & lenitas, quòd Semel seruum in se conuitiantē impudentissimè, non modò æquo animo tulerit, verū duces quoque suos compescuerit, nefarī terciū impudentiam vlcisci p̄perantes. Ob id, ceteraq; similia canebat ipse Dauid: [Memēto, Domine, Dauid, & omnis mansuetudinis eius.] Verū quid hęc ad filium Dauid, qui tot lacessitus iniurijs, etiam docere, ac monere, ac benefacere pergit inimicis? Adhuc enim ad vitam æternam invitat impios & perfidos, adhuc sermonis tui salutaris ac divini copiam facit: adhuc vel in uitis repetit: [Si quis sermonem meum seruauerit, morte non videbit in æternū.] Denique quem verbis profligate quanvis atrocibus & pestiferis non potuerat, laxis cuertere atque obruere moliūtar: provetere suo more non solū ore venefico, verū etiam nefaria manu certantes, ut scitē ab Augustino dictum sit: [Similes ad similes esse conuersos, lapides, scilicet, ad lapides.]

*Aug. tract.
in Ioan. 43.
§. Exhorta
tio ad recolē
dam, e.g. imi
tandā Chri
sti paſſionē.
Heb. 12.
Leo ferm.
§. de paſſio.
Domini.*

Recognitatē igitur (repetam enim Apostoli pium ac salutare præceptū) [Recognitatē (inquam) eum, qui tales sustinuit à peccatoribus contradictionem, aduersus femeū ipsum.] Hoc quidem semper cogitadū est Christiano, quòd pro eo passus est Christus: sed nūc accuratiū, atque studiosius in id cogitationis pię incubendum, cūm proprio ac statō tempore res illa gesta in vniuersa Ecclesia celebratur. Sancti Leonis sententia hęc, ac verba sunt: [Summū hoc, & potentissimum diuinę misericordię sacramentum, semper quidē in cordibus nostris cum tota sibi dignitate retinendum est, sed nūc viuaciorem animi sensum, & puriorem exigit mentis intuitum, quando nobis non solū recursus temporis, sed etiam textus Euangelicæ lectionis omne opus nostræ salutis ingeritur.] Hęc leo propter excitandam atq; acuendā Christi paſſionis recordationem. Hoc tempore Ecclesia novo ritu vtitur, & crucis insignia palam ostentat, carmenq; illud plenum doloris cuiusdam iucondi infonat. [Vexilla Regis prodeunt: Fulget Crucis mysteriū.] Solent enim Duces, cū in conspectum hostium progrediuntur, & conflictum ipsum iam meditantur, sub signis educere militem, vt specimen quoddā pugnare edant, atq; ipsa representatione certaminis, militū armos & robur accēdant. Quo instituto Sancta Ecclesia vexilla

Regis profert, signa crucis explicat, ad pugnā suos inflāmat,
atque ex castis in aciem vocat. Quā in acie magnus ac prae-
cipuus Christi signifer Paulus cōmilitones suos appellat, &
festinato gradu prodire in prælium maturat. Nonne vocem
cuius audimus concitantis? [Ex] eum extra castra,
improperium Christi portantes.] Ex hoc quidem die nefas
Christianū est molliter desidete, ac non Christi Ducis vesti-
gianon solum cogitatione & studio ſequi, verū etiam om-
ni opera & vitæ ratione, quātū fas erit, conſequi. Ieiunia
producenda ſunt, orationi prolixius vacandum, corpus cili-
cio al periore & flagris durioribus accipiendum, offendæ, fi-
qua supersunt, benignius condonandæ, egenis & miseriſ lat-
gioreſ eleemosynæ dandæ, lachrymis & gemitibus vberius
incumbendum. Denique quicquid ad cruciatu carnis, quic-
quid pertinet ad ſpiritus pietatem, religiosius ac diligētius
præſtandum hoc tempore eſt. Id enim eſt Christi crucē por-
tare, id ſequi Christum, id patienti compati & assimilari, in
quo vita decusque Christiani omne conſtitit. Magnum illū

Leo ſerm. 2. Leonem, cuius paulo ante memini, ea de re vos alloquentē,
de paſſ. Do- ſi placet, pauliſ per audite: ita enim quandam de paſſione Do-
mini concione in pérorat: [Nos ergo, dilectissimi, quibus Do-
minus noster Iesuſ Christuſ crucifixuſ non scandalū, neque
ſtultitia, ſed Dei virtus, Deique ſapientia eſt, nos (inquam)
pro quibus veruſ & immaculatuſ agnus immolatus eſt Chri-
ſtuſ, amplectamur ſalutaris Paſchæ mirabile Sacramentuſ,
& ad eius imaginē, qui deformati noſtræ conformiſ factuſ
eſt, reformemur. Exigamur ad eum, qui puluerem abieci-
tio-
niſ noſtræ corpus fecit gloriæ ſuæ: &, ut reſurrexiſionis
Eius mereamur eſſe confor-tes, humilitati & patientiæ iſpiſius
per omnia congrua-
mus. Magni nominis militiam, ma-
gnæ profesſionis ſuſcepimus disciplinam. Secta-
tores Christi diſcedere à regia non licet via,
ſed dignum eſt temporalibus non
occupari ad æternaten-
dentes.] **I**N

IN E A D E M D O.
MINICA DE PAS-
SIONE CONCIO
SEC V N D A.

*Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veri-
tatem dico vobis, quare non creditis mihi?
Ioan. 8.*



CHRISTVS perfectū Doctoris mu-
nus in se præstans, & discipulos suos ministrorū -
non præceptis solum, sed factis præcla que Eccle-
ris, quales Euangelicæ doctrinæ magi-
stros esse oporteret, informans, vitam irreprehēsi-
simul ac doctrinam suam omnibus ex-
ploratam esse voluit: atque ex utraque tere.

parte in tanta apud omnes homines lu-
ce versatus est, vt infestos sibi Iudeos, ipsosq; obtrectatores
suos, indices appellari, vt si quid in eo esset vituperatione
dignum, sua sententia cōstituerent. [*Quis ex vobis* (inquit)
arguet me de peccato? *Si veritatē dico vobis, quare non cre-
ditis mihi?*] Cuius interrogationis hæc est ratio. Orationi di-
centis duabus ex causis non paret auditor. Aut enim dicen-
tem contemnit, quod indignus sit, qui præcipiat, & doceat,
quod mores à sermone discrepent; aut certè falsa monen-
tem audiendam non putat. Quod si & dignitas vitæ auto-
ritatem, & doctrinæ veritas fidem conciliat, superest, vt
in auditoris culpa sit, optimis præceptis minimè obse-
qui. Quod planè Christus conclusit, cùm demonstrata &
vitæ innocentia, & doctrinæ veritate, tanquam rei caput
indicans, adiungit: [*Qui ex Deo est, verba Dei audit: pro-
pterea vos non auditis, quia ex Deo nō estis.*] Hæc Domini
præclarissimam dialecticam vt probeteneamus, illud primū
confide-

consideremus, Doctorē esse oportere cum, quem aduersariū arguere ac vituperare non posuit. Moribus ergo honestissimis, vitaq; integra sit. Nam, ut recte Gregorius dixit.

Gregor. lib. 1. in Ezech. bom. 3. [Cuius vita despicitur, restat ut prædicatio contènatur.] Putet ergo se auditorum iudicio addictrū, isq; sit, qui tutò querere queat; [Quis ex vobis arguet me de peccato?] Peccati quidem expertem omni ex parte, solū nouimus fuisse Christum, & priuilegio præcipuo ipsius sanctissimam matrem, quam Dei altissima electio & gratia cū actualis tū originalis peccati fecit innunem. Cæteri, quanvis sancti, atque ipsi quoque Apostoli Christi, generali illa lege tenentur, quā iij ipsi tradidere: [In multis offendimus omnes. Itemq; Si diixerimus, quia peccatum nō habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.] Quapropter omnes orare iubetur;

Matt. 6.

1. Ioan. 2.

[Dimitte nobis debita nostra.] At tametsi peccata leuiora nemo vitet, tamen graviora, & quæ propriè crimina censentur, effugere multi possunt, in quibus ijerant, quos alloquitur Paules, [Et confirmabit vos sine crimenie vñq; in finem.] Atque hoc ipsum nō adeò vulgare est, sed ratum atq; pretiosum, ob idquæ sapiens. [Beatus (inquit) qui non est stimulatus in tristitia delicti.]

Ecli. 14.

Enimuero sine peccato si penitus homines esse non possunt, at certè Prædicatores & Magistri Ecclesiæ sine peccato eo esse debent, quod possint arguere atque obijcere homines. Ea enim vita integritate atque innocentia conspicuos esse decet divini verbi ministros, & sacramentorum eius dispensatores, ut palam rogare ac dicere queant: [Quis ex vobis arguet me de peccato?] Apostoli præceptum est, [Sic ministri nullū crimen habentes.] Et rursus. [Oportet Episcopum irreprehensibilem esse.] Idem etiam: [Verbum sanū & irreprehensibile, ut is, qui ex aduersario est, vereatur, nihil habens mali dicere de nobis.] Eam ob rem ministros tēpli lex omni macula ac deformitate carere iubebat. Neque ego nego ministrum Ecclesiæ esse posse, qui sit in crimen aliquando lapsus, aut etiam aliquando labatur, est enim imbecillitas humanae cadere, ac quanvis enitendum sit semper in iustitia, & sanctitate coram Deo versari, tamen id difficile est pro infinitis rerum humanarum perieulis:

1. Tim. 3.
ibidem.

Tit. 2.

Leu. 21.

sed

sed illud omnino præstandam, ut lapsus ministrorum Ecclesiæ si quando contingat, non sit, qui Ecclesiastico ordini dederis, ipsis ignominia pariat: Si minus quam necesse est, castus, at non sit prorsus incautus; si ambitiosus, sed non im-pudens: [Est enim, teste Bernardo, quædam sobria & quodā-
modo oculata ambitio, moliens saltem cautè, et si nō castè.]

Bern. epist.
126.

Denique infamia & turpitudo fugienda est, scandalum om-ne vitandum. Est enim intolerabile malum si Dei minister,
si magistratus, si index ita se gerit improbè & stultè, ut ab ijs
quos regere ac corrigeret debet, in eum vitia retorqueantur,

Num. 25.

quæ in alijs ipse reprehendat. Iudices palam peccantes pu-blicè in crucem tolli Moyses præcepit, ut eorum supplicio
terreret cæteros, qui pessimo exemplo erant in culpam in-

1. Reg. 12.

citati. Samuel verò iudicium suarum rerum omnium, atque
factorum populo permisit. [Conuersatus (inquit) coram vo-

bis ab adolescentia mea usque ad hanc diem, ecce præsto sum.

Loquimini de me coram Domino, & coram Christo eius,
vtrum bouem cuiusquam tulerim, aut asinum, si quempiam ca-

lumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiusquam mu-

nus accepi.] Quid Paulus? [Vos scitis (inquit) à prima die,
qua ingressus sum in Asiam, qualiter vobiscum per omne te-
pus fuerim seruiens Domino cum omni humilitate, & lachry-
mis,] & post nonnulla. [Argentum & aurum aut vestem nul-
lius concupiui.] Itaque talis esse vita pastoris debet, ut omni-

Att. 20.

bus virtutis forma sit, ut liberè querere ex suis possit: [Quis
ex vobis arguet me de peccato?]

2. Non pla-

nea suppetat, id erat alterum caput. [Si veritatē dico vobis, cere homini
quare non creditis mihi?] Oportet enim Episcopum esse bus vera di-

Doctorem,] Paulus ait, verbum autem, quasi verbum Dei, centes.

verum, salutare, irreprehensibile. Nunc verò non tam veri-
tati lingua seruit quam voluntati, quam aures audientium ca-

ptant. Videamus illud impletum, [Ad fabulas conuertentur,

querentes sibi magistros prarentes auribus.] Prophetas fal-
los querunt homines, qui mēdacijs suis eorum vitia foueant.

2. Tim. 4.

Poëticum genus dicēdi in sacris concionibus amant: Satyrā
quandam probant, quæ alios acutè & vaste mordet: plus
Philosophorum quam prophetarum dictis delestantur: co-

moedum.

moedum in prædicatore quærunt, scenam in pulpito Ecclesiastico meditantur, si quis recta moneat, vana prætereat, auersantur. Et quod Amos dicebat. [Perfectè loquentem abominati sunt.] Michæam Ahab Rex odit, neque potest ferre verâ dicentem: Sede chiaë impudentissimo assentatori se totum credit. In hos vaticinatur Esaias. [Filij nolentes audire legem Dei, qui dicunt videntibus, nolire videre, & aspicientibus, nolite aspicere nobis ea, quæ recta sunt: loquimini nobis placentia, videte nobis errores.] Tales hoc tempore prædicatores, tales confessarios, tales consiliarios homines quærunt, præsertim Priacipes atque Præpositi: vera dicentibus aures animoque penitus occludunt. Quid igitur, Domine Iesu, ex istis rogas, cur tibi fidem non habeant, cur non credant vera dicenti? Cur adeò quæris? Propterea sanè quòd veritatem dicis, tibi non credunt, te auersantur, te ferre non possunt. [Non enim recipit stultus (ait commodè Salomon) verba prudentiæ, nisi ea dixeris, quæ versantur in corde eius.] Nisi libidini te accommodes, ac cupiditati obtemperes auditorum, non probabitur oratio tua, quâuis idonea, atque ex ratione profecta sit. [Obsequium, lictis, amicos, veritas odium parit,] quod Paulus, non comicus solus, dixit. [Ergo inimicus factus sum vobis, verum dicens.] Ea vel maxime causa est, cur Christi sermo minus probetur, quòd totus non adulatione, sed veritate nitatur.

Amos 3. *2. Paral. 18.* *Esai. 30.* *Prou. 18.* *Terentius.* *Gal. 4.*

[Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.] Hęc superiorū conclusio est. Cum enim neq; in persona indignitate, neq; in orationis absurditate dissentientiationem habeat villa, sequitur ut ex auditorū vicio tota ea offendio sit. Nam qui ex Deo est, verba Deiliberenter audit. Illud vnicuique iucundū est audire & loqui, in quo maximè studiū cogitationemq; defixit. Militi commemoratione bellorum placet, negotiatori quæstus, literato scientiæ, naviulatori navigationum sermo iucundus est. Itaque cælestis patriæ cädidatū putate, quem libenter de cælestibus audire cognoveritis. Est enim non mediocre indicium mentis in Deum propensæ, divina assidue ac iucundè tractare. Id valde fluidum Scriptura probat, & laudat, [Concupiscentia Sapientiæ,

3. Improbos anersari verbum Dei.

[Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.] Hęc superiorū conclusio est. Cum enim neq; in persona indignitate, neq; in orationis absurditate dissentientiationem habeat villa, sequitur ut ex auditorū vicio tota ea offendio sit. Nam qui ex Deo est, verba Deiliberenter audit. Illud vnicuique iucundū est audire & loqui, in quo maximè studiū cogitationemq; defixit. Militi commemoratione bellorum placet, negotiatori quæstus, literato scientiæ, naviulatori navigationum sermo iucundus est. Itaque cælestis patriæ cädidatū putate, quem libenter de cælestibus audire cognoveritis. Est enim non mediocre indicium mentis in Deum propensæ, divina assidue ac iucundè tractare. Id valde fluidum Scriptura probat, & laudat, [Concupiscentia Sapientiæ,

tit, ait Sapiens, deducit ad regnum.] David similiter de se: *Sap. 6.*
 [Super aurum & topazium dilexi eloquium Dei.] Non est *Psal. 118.*
 Ieue diuinæ prædestinationis argumentum, animus Dei ver
 bi audiendi audidus. Id sibi voluisse sanctissimos Patres inter
 pretor, Augustinum & Gregorium, cùm eum esse ex Deo,
 hoc est, electum ac prædestinatum centent, qui verba Dei
 libenter audit. Mariam, de qua Dñs septem dæmonia eice
 rat, quæ fuerat in ciuitate peccatrix, tamen diligebat Chri
 stus & cohonestabat, quod in audiendo verbo Dei sedulam
 studiosamque cognoverat. Incidisti fortassis in quæciam
 sacras conciones fugientem atque auerlaturem: qui de ijs que
 ad salutem animæ spectant, secum à quoquam agi molestie
 ferat, cui homines pīj ac deuoti, resque pīj ac religioj & fasti
 dio sint, istum ego facile pronuntio non modo perditum, ve
 runt etiam desperatum, cuius salutis perexigua spes esse
 queat. Quid enim Christus in eos præcepit, qui Euāgelicos *Luc. 10.*
 prædicatores alpernarentur? Si non receperint vos, neque
 audierint sermones vestros, dico vobis, terra Sodomorum
 & Gomorrhaeorum remissius erit in die iudicii.]

Aug. tract.
42. in Ioan.
Gregorius
homil. 18. in
Euangel.

Verūm hoc loco consistendum parumper est, & sedulò
 agendum, quid sibi velit illud: [Qui ex Deo est, verba Dei
 audit.] Multi enim audiunt, qui ex Deo non sunt. An audire
 non solum ad externum verborum sonum pertinet, auribus
 his corporis acceptum, sed ad internum potius mentis assen
 sum & comprehensionem? At sunt non pauci, qui credunt &
 assentiuntur, neque tamen protinus falsi sunt. Nonne eos
 Christus semini in terrā sterilem & petrosim iacto compara
 uit, qui cūp audierint verbum, cūm gaudio suscipiant illud?
 Et [hi] (inquit) temporales sunt, quia ad tempus credunt, & in
 tempore tentationis recedunt. Quid ergo? Beati qui audiūt
 verbum Dei, & custodiant illud.] Hoc modo Gregorius in
 terpretatur eū esse ex Deo, qui verba Dei audiunt. Hi profet
 & lo verba Dei non audiunt; qui ea exercere opere contem
 nūt, Inequē enim audiūt, vt decet Deiverbū audire. Nam ita
 iudicare, vt negligas vel etiam contemnas, non est sane audire
 verbum Dei. Quare Paulus vehementer probahat Thessalo
 nicensiū fidei ac pietatis ardorem, quod cum ab ipso audi
 sent Euangeliū, illud vt diuinum nuntium acceperint.

4. In eos qui
non syncretè
aut prædi
cāt aut au
diunt ver
būm Dei.
Matt. 13.
Luc. 8.
Luc. 11.
Greg. hom.
18. in Euang.

1. Thess. 2.

[Cum]

[Cùm audissetis (inquit) à nobis verbum auditus Dei, accepistis illud, non ut verbum hominum, sed sicut est verè, verbum Dei.] Hic admonendi sunt necessariò ipsi verbī ministri, vt, si velint saluti audientium consulere, illud ea gravitate, ac sanctitate tractēt, qua decet. Est enim indignissima res & nullo modo ferenda, quòd Dei ministri non pietati ac religioni inserviant, sed vanitati, sed cupiditati, sed mimica cuidam levitati. Paulus in istos inuehitur acrius, neque iniuria. [Non sumus (inquit) sicut plurimi, adulterantes verbū Dei, sed ex synceritate, sed sicut ex Deo, coram Deo in Christo loquimur.] Animaduertite, quo pondere orationis vtatur. [Sicut ex Deo, corā Deo in Christo loquimur.] Quid hoc? nempe non solū Dei verba proferre, quod est loqui in Christo, sed ita proferre, vt à Deo accepta sint, & Deo etiam inspiciente tradantur, quod fieri non potest, nisi ad id tradantur, & ea ratione tradantur, in quod opus, & quaratione diuinitus instituta sunt. Eos, qui fecus agunt, adulterari censet

Gregor. lib. 16. mor. ca. 18. & lib. 22. ca. 17. verbum Dei. Quid sit verò adulterari verbum Dei, Gregorius eleganter exponit: [Adulter (inquit) in coitu carnali nō prolem sed voluptatem quarit. Et peruersus quisque & vanagloria seruiens, rectè adulterari verbum Dei dicitur, quia per sacram eloquium, non Deo filios gignere, sed sibi clementiam desiderat ostentare.]

Theoph. & Ioan. Gag- nei in Pan- tiam desiderat ostentare. Quem enim libido gloria adloquendum trahit, voluptati magis, quam generationi operam impendit.] Habet Græcus codex pro verbo, adulterantes, verbum, κανέχει, quod dilucidius alij interpretatur, Cauponantes: similiorres expontudine ducta abijs, qui v in unum diluunt, vt pecuniam venditione angeant, quibus sunt similes concionatores, qui verbi Divini puritatem humanis doctrinis infirmant, vt quæstui sit, id est, favorem hominum sibi comparent. Quod Apostolus adulterium vocat, hoc Hieremias Propheta furtum appellat. In falsos Prophetas inuestitus, ait Deus: [Qui furantur verba mea vniquisque à proximo suo.] Cur adeò furti arguantur, qui Dei verba pronuntiant isto modo? Certè quòd ad id usurpent, atque in id expendant, quod Deo cordi minister est. Neque enim ille sua verba vanitati, & leuitati, & voluptati præpostera servire vult. [Nunquid non verba mea sunt, quasi ignis, dicit Dominus, & quasi malleus conterens petras?]

petras?] Iam mihi attēdite, quæfō: vt enim & adulter, & fur
in Scriptura sacra censetur is minister, qui verbum Dei non
tractat, vt debet: ita planè furti atque adulterij damnandus
est is auditor, qui verbum Dei non ad salutem animæ, non
ad diuinæ legis obsequium, sed ad voluptatem quandam sceni
cam, aut curiositatem ineptam illud auscultat. Eum morbi
Paulus primitum aurium nominat. Hos vanos & irreligiosos
auditores Propheta Ezechiel vituperat, cūm verba Dei au.
2. Tim. 4. dire dicit, perinde quasi musico aliquo concentu aures mul-
cere parent. [Audiunt, ait, Deus, sermones tuos, & nō faciūt
eos, quia in canticum oris sui vertunt illos: & auaritiam se-
quitor cor eorum. Et es eis quasi carmen musicum, quod
suavi dulcique sono canitur, & audiunt verba tua, & non fa-
ciunt ea.] Huius generis auditores permulti hoc tempore
existunt, qui se nequaquam debent existimare ex Deo esse,
quod verba Dei audiant. Non enim vt verba Dei, sed vt hu-
manæ eloquentiæ voces accipiunt. Debent potius audire
sincere, piè, obedienter, si dignos se auditores præstare ve-
lint. Denique ita inhætere Dei verbo, ita inde pendere to-
tos, vt diuelli minimè aliò patiantur, id demum eorum est
auditorum, qui ex Deo sunt propriè, qualis ille erat, qui ro-
gatus, an vellet abire, quod alij discesserant, conquerentes
durum esse sermonem, contrà ipse respondit: [Domine, quo Ioh. 6.
ibimus, verba vitæ aternæ habes?] Qui hoc animo, hac ala-
critate, hoc studio Dei verba hasrit, eum ex Deo esse, & ad
Deum pertinere Christi verissimo testimonio confirma-
mus. Vtinam ita nos audire contingat, vt qua audieri-
mus, etiam operemur. [Non enim auditores tan-
tum iustificabuntur apud Deum, sed facto-
res.] Tunc demum perfectè audimus,
cūm ita audimus, vt obe-
diamus.

Rom. 2.

Ezech. 33.

Hh IN

IN EADEM DO- MINICA, CONCIO TERTIA.

Qui ex Deo est, verba Dei audit. Ioan. 3.

1. Quales
audiatores
verbi Dei
Christus p-
bet: & detri-
plici genere
auditorum.
Pſal. 118.



Sapien. 16. tæ.
Ecclesi. 15.

OLENNE est in diuinis literis verbum Dei cibo assimilari. David quidem omni melle & fauo dulciora sibi sentiebat eloquia Dei: Sapiens autem ita pronuntiat: [Non natuitatis fructus paſcent homines, sed tuus, Domine, sermo.] Alias etiam de iusto à sapientia pasto: [Cibauit illum pane vi-

. 3. novi

Sapien. 16. tæ.] Res est perspicua, neque pluribus testimonij egit. Iam, quomodo cibo sustentetur salus, omnes nostis, quomodo instaurentur vires, quo pacto reficiatur vniuersum corpus illo uno alimento, quod ore capit is, etiam si homines non essetis, nosse possetis. Itaque verbum Dei audito accipitur, id enim os habet animus, traiicit verò in mentis veluti ventrem spirituale alimento. Cùm autem ægrotant homines, ægrè ferre ac difficulter salubres cibos capiant. Est tamen discriumen non exiguum. Quidam nullo modo ferre possunt, sed simul atque vel odorem cepere, tanto fastidio respuant, ut mori se malle affirment, quam quicquam gustare. Sunt qui non ita molestè ferant, si vescantur, verum, stomacho languente, id quod edunt, coquere nequeunt: itaque reiiciunt ac vomunt. Alijs, quantius ægrotis, non deest & appetitus ad sumendum cibum, & stomachi calor ad continendum ac concoquendum. His tribus generibus componite eorum auditorum vniuersam multitudinem, qui ad sacras conciones conueniunt. Nam quisque adeò à studio verbi Dei remoti sunt & auersi, ut nullo concionis genere delectentur, neque acre neque lene placeat, sed tormentum existiment, si cogantur horam audi-

dire concionantem, hos & grotis illis, qui ciborum quicquid
est respuunt, similes putate, de quibus verissimè pronuntia-
re potestis, quod de illis alteris medici solent, eos salutis es-
se desperatae, cum remedia necessaria omnino recusent. De
his Psalmus egregie; [Omnem escam abominata est anima
corum: appropinquauerunt usque ad portas mortis.] Quid
enim ei restat, qui ad cibum omnem nauusat, omnem re-
spuit, nisi ut mortis limina subeat, qui vita praesidia odit ac
reicit? De ijs Christus exclamat; [Cui similem aestima-
bo generationem istam? Cantamus vobis, & non saltat-
atis, lamentauimus vobis, & non planxitis.] Neque latet
alliciuntur, neque tristibus dolent, neque minis terroristur,
neque præmiis invitantur, omnia facile contemnunt: quid
ijs agas, nisi ut funus parari iubeas? iij non sunt ex Deo, non
sunt filii salutis & regni, abibant in locum suum, qui ver-
bum Dei repellunt, & indignos se tanto munere praebent.
De his Beatus Anselmus pronuntiat, multos esse nunc, qui
nolunt sustinere doctrinam salutarem, & veritatem quæ in
Ecclesia praedicatur, fastidire, fabulas autem histrioniū per-
libenter audire.

*Psal. 106.**Matt. 11.**Ansel. in 2.**Timot. 4.**Jacob. 1.*

Alterum genus est eorum, qui verbum Dei non illibenter
audiunt, tanquam a cibo non abhorreant; sed illud facile obli-
viscuntur atque deponunt, perinde quasi stomacho conco-
quere non possint; de quibus Christus dixit esse quoddam, *Matt. 13.*
[qui ad tempus credunt, & in tempore temptationis recedunt.] Hi quanquam audiunt Dei quidem verba, non tam ex Deo
esse censendisunt, quod Iacobus Apostolus ostendit, con-
gruente similitudine ab ijs petita, qui vultum quidem suum
ad speculum inspiciunt, sed vultus maculas non deter-
gunt. Testimonium Apostoli recitabo, quod est praæcla-
rum: [Estote factores verbi, & non auditores tantum, fallen-
tes volmetiplos. Quia si quis auditor est verbi, & non factor,
hic comparabitur viro consideranti vultum nativitatis suæ
in speculo, considerauit enim se & abiit, & statim oblitus est,
qualis fuerit. Qui autem perspexerit in lege perfectæ li-
bertatis ac permanserit in ea, non auditor obliuiosus factus
sed factor operis, hic beatus in facto suo erit.] Quem Iaco-
bus auditorē obliuiosum appellat, cum nequaquam Christus
Ezidor.

ex Deo esse dicat. Est tamen in hoc genere speci nonnihil, neque sunt prorsus proiecti, ut illi primi: sapere enim verbum Dei, quod ad voluntatem queritur, in utilitatem fructumque uberiorum conuertitur, quod de se Augustinus in audiendo Ambrosio testificatur: [Veniebant (inquit) in animum meum simul cum verbis, quae diligebam, res etiam, quas negligebam, neque enim ea dirimere poteram. Et dum cor aperirem ad excipiendum, quam diligenter diceret, pariter intrabat, & quam vere diceret.] Itaque auditores verbi Dei curiosi, quanvis humano studio ducantur, utilitatis nonnihil plerunque referunt.

Nunc de ijs dicendum, qui non solum libenter accipiunt, sed diligenter etiam verba Dei mente conseruant, tanquam optimo pasti alimento, quod calore idoneo concoctum in corporis membra distribuant. Qui quanvis vita huius temptationibus varijsque concupiscentijs, veluti morbo laborebant, tamen bonitate nutrimentorum salutem assequuntur, & quicquid humoris noxij vi perdunt, cibi ac medicamentis beneficio recuperant, usque dum ad firmissimam valetudinem euadunt, qua morbi vi omnino superata, cibo & iucundissime & sanissime vtuntur. Non potest, mea quidem sententia, magis accommodare & appositè exponi eorum status, quos hic Dominus ex Deo esse dicit, ac proinde Dei verba audire. Ita enim audiunt, ut maneat, quod audierunt. Id Paulus hortatur & monet: [Propterea abundantiū oportet obseruare nos ea, quae audiuitus, ne forte per effluamus.] Hoc pacto eos audisse Paulum Lucas refert, qui erant ordinati ad vitam, qui, relicta prælata sua superstitione, veritatis Euangelicas viam ingressi sunt. Hoc pacto etiam meretrices & Publicani Ioannem primum penitentiam, deinde Christum prædicantem audierunt. Hoc pacto discipuli, qui, relicta omnibus, sequuntur Dominum. Iam qui Dei verbo sancti firmam animi valetudinem compararunt, eodem Dei verbo eam conseruant & promouent, cuius perspicuum indicium est, quod eo & iucunde & frequenter utantur. Sic erant primi Christiani, Spiritu sancto accepto perseverantes in doctrina Apostolorum. Sic Colossenses Paulus hortatur, [Verbum Dei abundantiter habitet in vobis.]

Hebr. 2.

Act. 13.

Matt. 21.

Matt. 4.

Act. 2.

Coloss. 3.

vobis.] His enim panibus abundare familiares seruos-
que Patris sui, qui apud illum erant, dolenter commemo-
rabat filius ille perditus, cum se vel filiquis vix saturari apud
alienos animaduerteret. Quæ cum ita sint, inspicere se peni-
tus vnuſquisque debet, quo in genere sit, quæve ratione ver-
bum Dei vel accipiat iucundè atque fructuose, vel periculo-
se respuat atque auersetur.

Luc. 15:

E A salutari reprehēsione cum Christus id ageret, ut Pha-
ris et superbi, & contumaces se se tempestivè agnolcerent, re-
mediumque à medico peterent morbo inueterato, illi con-
trà in ipsum salutis suæ curatorem importunè insaniunt, &
impudecatissimis maledictis lacessendum putant: [Nonne
(inquiunt) bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæ-
monium habes?] O præclaram cum Christo agendi ratio-
nem. Stultorum est, cum ratione ac veritate se destitutos vi-
dent, ad contumia contumeliasque conuerti. Nos verò, fra-
tres, qui meritò istis improbis ac stultis Christi calumnia-
toribus irascimur atque indignamur, cogitemus tantisper, si
placet, an ad nos etiam æquissimæ huius iracundiæ causa
pertineat. Opportunè prorsus Gregorius hic loquitur: Greg. hom.
18. in Euag.
[Quād multi sunt (ait ille) hodie, qui Iudeorum duritiam
detestantur, quia prædicationem Domini audire nolue-
runt, & tamen quales illos arguant suisle ad fidè, tales ip-
si sunt ad operationem. Præcepta Domini audiunt, mira-
cula cognoscunt, sed conuerti à suis pravitatibus renuunt.
Ecce vocat, & redire nolumus; ecce sustinet, & eius pa-
tientiam dissimulamus.] Quin etiam sumus certè ingratii,
& contumeliosi in Christum, qui beneficia eius tam præ-
clara, tantis sceleribus compensamus, pro gratia iniuriam
manifestò referimus. Nonne clamat Apostolus? [Quan-
tò putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei con-
culcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, &
spiritui gratiæ, in quo sanctificatus est, contumeliam fece-
rit?] Vide quid dicat, Christum conculcari, eius sanguinem
pollui, eius spiritui contumeliam fieri ab eo, qui se-
mel accepta gratia Euangelica in pristina peccata relabitur.
At quis est nostrum, qui vestem illam candidam innocentia-
tæ baptismo indutam non macularit, non ruperit, non

2. Homines
iniuriosi in
Christum.

8. ed. greg.
genuina

Heb. 10.

exuerit? O nos sempiterna poena dignissimos, qui Christum
vera monenteim, salutaria tuadenteim, ad utilia vocanteim re-
pudiamus, auersamur, explodimus, nouis etiam peccatis at-
que iniurijs infestamur! Rursus: [Sibi crucifigentes & osten-
Hebr. 6. tui habentes Filium Dei.] Nostis esse Apostoli eiudē ver-
ba. Ludibrio nos habere Christi maiestatem censer, cum
gratia acceptæ ingrati sumus, eam vili lucello aut volu-
ptatula commatantes. Olim Ioseph cupidus videndi fra-
Gene. 37. tres & salutandi, ac paternis muneribus exhilarandi venie-
bat, acceptus vero est, qua gratia quo honore? [En(inquiūt)
somniautor venit: venite occidamus eum, & videbimus, quid
illi prosint somnia sua.] Non solum verbis dehonestant,
sed manus etiam cruentas in eum parant. Id hodie ab im-
pijs ingratilque Iudeis factum cernitis, ut Christum eos
amantem ac salutariter admonentem non modo conuictio
turpissimè lacerint, verum laxis quoque conficere moli-
ti sint.

3. Christi Quid ad tantam iniuriam Salvator retulerit, scire vul-
mirabilis le-
tis? [Ego dæmonium nō habeo: sed honorifico Patrem meū,
nitas. & vos in honorastis me.] O inauditam lenitatem! O mode-
rationem animi iphis Angelis admirādam! Certè mitissimus
agnus in carnifices suos nihil asperius, nihil durius obloqui-
tur. Quo loco beatus pater Gregorius bene admonet super-
Greg. ho. 18 biam nostram, confundi; [Quæ, si exagitata (inquit) velles i-
n Enang. ter fuerit, actiores iniurias reddit, quam acceperit: facit ma-
la, quæ potest, minatur & quæ facere non potest. Ecce iniu-
riam suscipiens Dominus non irascitur, non contumeliosa
verbare respondet.] Eam agni purissimamque dulcissimi man-
suetudinem discant sanè, qui de illius grege esse cupiant, ut
cum se viderint à canibis ferociter accipi atq; morderi, non
ipsi vicissim mordeant, sed lenissimè ferant, neq; perturba-
tione ducantur, ut mores suos deferant, alienos induant, ne-

Pron. 26. que de agnis lupi canes vè fiant: [Ne respondeas stulto, iux-
ta stultitiam suam, ne ei similis efficiaris.] Illud etiam at-
Rom. 12. tendas velim, gloriioris esse victoriae maledicta benedi-
cendo superare. [Neq; maledictum pro maledicto] ait Apo-
stolus, & [noli vincere malo, sed vince in bono malum] Poter-
at quidem Christus verissimè referre suis conuictatoribus,

eos potius esse dæmone plenos, & filios diaboli, & Satanæ seruos, quorum patres, Deo relictæ, diabolum adorarint: poterat, quod aliæ dixit, nunc etiam dicere: [Vos ex patre *Iean. 5.* diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere.] Non dixit, ne laceſſitus iniuria videretur, docens, nimirum, nos, tunc maximè à probro abstinaendum, cùm in nos probra iactantur. Id Gregorius commode adnotauit his verbis: *Greg. hom.* [Accepta iniuria, etiam quod verum erat, dicere veritas non luit (scilicet eos potius dæmonium habere) ne prouocatus *18. in Euan gel.* contumeliam reddidisse videretur. Ex qua re quid nobis inuitur, nisi quādō à proximis ex falsitate contumelias accipimus, eorum etiam vera mala taceamus, ne ministerium instæ correptionis in arma vertamus furoris?] Hoc, nimirum, Davidis consilium fuit: [Dixi, custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam, cùm consisteret peccator aduersum me, obmutui & humiliatus sum, & filii à bonis.] Quod sanè in Christo hodie videte. Cùm enim esset dæmoniacus appellatus, poterat profectò dice-re, se filium Dei, & Deum esse, quem omnes dæmons per-timescunt, ad cuius vel auditum nomen contremiscunt. Nihil tamen voluit de se referre magnificum, simplicissimo responso contentus fuit: [Ego dæmonium non habeo:] indicatissimos ac nefarios parricidas & quißima responce dignatus. O quæ illa humilitas Christi, o quæ invicta lenitas, o quæ suavitatis Dei, Apostolos suos aliquando in eos, qui illū faerant aspernati, atque hospitio excluserant, acrius cōmo-tos, & ignem superne in consecleratos imprecantes, mirabi-li suavitate cohibait: [Nescitis (inquit) cuius spixitus estis. *Fi Luc. 9.*] Huius hominis non venit perdere, sed liberare.]

[Ego autem non quæro gloriam meam:] quod mox amplius confirmat: [Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est.] Magna proorsus mirabilisque sententia, hoc ipso quo quispiam gloriam querit, gloriae veritate carere. [Gloria sa-nè, ut definit Tullius, est consentiens laus bonorum, incorrupta vox bene iudicantium de excellenti virtute.] Eam natu-râ mortales omnes expertunt, atque iij vchementius, qui gradu sunt altiore prædicti. Perfectam quidem gloriâ homines eam cogitant, quam autor idem ex tribus his constare censet:

honp

Hh 4

[Si dili-

4. Gloriame amates pro-hile est. priâ, gloria excidere.

Tull. Tusc. quæst. li. 3. *Tull. Offic.* lib. 2.

[Si diligit multitudo, si fidem habet, si cum admiratione quadam honore dignos prorat.] In cupiditate eius gloriae Pharisæi, cæterique primates Iudeorum toti inflammati, veræ virtutis officia parum admodum curabant, de existimatione & laude vehementer laborabant. Quorum morbo inueterato Christus persæpe non verbis modò, sed rebus ipsis remedia copiosa attulit, iam eorum vanitatem carpens: [Omnia opera sua faciunt (inquit) ut videantur ab hominibus:] & [Gloriam, quæ ab hominibus est, queritis, gloriam, quæ ex Deo est, non queritis.] Iam se ipsum documento præbens, qui gloriam suam non quereret: iam etiam ratione premens, quod gloria eo ipso quod queritur, amittatur: in quo vero minus captatur, amplius comparatur. [Si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est.] Præclarè Cicero dicit, [Gloriam, et si nihil in se habeat, cur expetatur, tamen virtutem tanquam umbram sequi:] quod alijs verbis Seneca dicit: [Gloria virtutis umbra est, etiam in uitios comitatur.] Scitur nempe est illud, [umbram sequentes fugere, fugientes sequi.] Quo iambo nihil est verius: ita certe virtutis umbram gloriam sectantes se fugere, fugientes affectari. Nam ipsi homines, qui gloriae cupidissimi sunt, tamen nolunt habeti gloriae cupidi, quod id sit non solum inglorium, sed etiam turpe. Acutè simul ac vere Bernardus scribit: [Quod gloria plus affectatur, eo minus apprehenditur, ubi deprehendit affectari. Quid denique tam inglorium, quam gloriae cupidum deprehendi?] Id hac sententia Salvatoris confirmat, qui in eadem epistola post nonnulla, pulchre exclassimat: [O stulti filij Adam, qui contemnentes pacem, & gloriam appetentes, & pacem perdunt & gloriam.] Est que illiciendum mirabile ipsis etiam mundi sapientibus, qui toti in gloria querenda versabantur, tamen esse visum, querere gloriam non oportere. Scribit idem, quem paulò ante cōmemorauit, Tullius: [Gloriae cupiditatem esse eauendam, quod eripiat animi libertatem.] Seneca item: [Gloriam, vanum, & volatile quiddam esse, auraque mobilius.] Nos vero, si stabilem gloriam ac solidam consequi voulimus, Deo placere studeamus: hominum iudicia contemnamus, non quo male de nobis sentiendi causas offeramus, sed quod

*Matt. 23.**Ioan. 5.**Ioan. 8.*

Tull. Tusc. quest. li. 1. xit, [Gloriam, et si nihil in se habeat, cur expetatur, tamen virtutem tanquam umbram sequi:] quod alijs verbis Seneca dicit: [Gloria virtutis umbra est, etiam in uitios comitatur.] Scitur nempe est illud, [umbram sequentes fugere, fugientes sequi.] Quo iambo nihil est verius: ita certe virtutis umbram gloriam sectantes se fugere, fugientes affectari. Nam ipsi homines, qui gloriae cupidissimi sunt, tamen nolunt habeti gloriae cupidi, quod id sit non solum inglorium, sed etiam turpe. Acutè simul ac vere Bernardus scribit: [Quod gloria plus affectatur, eo minus apprehenditur, ubi deprehendit affectari. Quid denique tam inglorium, quam gloriae cupidum deprehendi?] Id hac sententia Salvatoris confirmat, qui in eadem epistola post nonnulla, pulchre exclassimat: [O stulti filij Adam, qui contemnentes pacem, & gloriam appetentes, & pacem perdunt & gloriam.] Est que illiciendum mirabile ipsis etiam mundi sapientibus, qui toti in gloria querenda versabantur, tamen esse visum, querere gloriam non oportere. Scribit idem, quem paulò ante cōmemorauit, Tullius: [Gloriae cupiditatem esse eauendam, quod eripiat animi libertatem.] Seneca item: [Gloriam, vanum, & volatile quiddam esse, auraque mobilius.] Nos vero, si stabilem gloriam ac solidam consequi voulimus, Deo placere studeamus: hominum iudicia contemnamus, non quo male de nobis sentiendi causas offeramus, sed

Bernar. epistola 126.

Tull. offic. lib. 1.

Seneca lib. 22. epistola 125.

quod cum recte & ordine, quæ decet, gesserimus, quid illi probent, quid improbent, parum admodum curate debeamus. Ea erat Prophetæ mens afferentis: [Et diem hominis non desideravi, tu scis:] id est, laudem & fauorem humanum nihili feci. Is animus erat Apostoli: [Mihi p minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die.] Qui rerum suarum actionumque omnium fines in Dei voluntate exequenda ponit, is gloriam solidam, quæ ex Deo manat, consequetur, gloria quoque hominum, quò minus concupierit, eò plus afficietur.

Hiere. 11.

1. Cor. 4.

[Abraham exultauit vt videret diem meum.] Præcipū 5. Gaudiū Sanctorum gaudium semper fuit, quod Deum sibi amicem Patrū Chri esse lenserunt. Neque potuit amicitia maior significatio stus. ostendi, quām quod ipsem Deus hominum vsu ac confuetudine ita sit delectatus, vt naturæ nexus astrinxerit sempiterno benevolentiam suam, homo ipse factus, vt homo in Deum euaderet. Ita quidem vates canebat: [Ego autem in Habac. 3. Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo.] Quod def se Habacuch testificatus est, id de omnibus Paulus affirmat: [Iuxta fidem (inquit) defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromotionibus, sed à longè eas aspicientes & salutantes.] Itaque vniuersa eorum gloria, vniuersum gaudium, opes cunctæ, unus Christus erat: neque gloriam solum, sed etiam contumeliam Christi rebus omnibus præferebant, quemadmodum de Moysè idem scribit: [Maiores diuitias astimans thesauro Ægyptiorum improprium Christi.] Hanc veterum Patrum tam ardenter in Christum fidem Petrus præclare exposuit, cum scripsit: [De qua salute exquisierunt, atque scrutati sunt Prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetauerunt, scrutantes in quod vel quale tempus significaret in eis spiritus Christi, prænuntians eas, quæ in Christo sunt, passiones, & posteriores glorias: quibus reuelatum est, quia non sibi meti sis, vobis autem ministrabant ea,] & cætera. Fuit ergo excellentissima Patriarchæ Abrahæ fides de Christo, fuit incredibilis latitia atque voluptas, quod ex suo semine futurus esset is, qui cælo ac terra impelleret, atque omnium salutem mortalium mundo allaturus esset. Id quoties Spiritu instructus aspexit, exiliuit prægau

Hebr. 11.

Hebr. 11.

1. Pet. 1.

Die Christi dico, totus extra positus summum cælum vertice se continuens aduen- gere, ac superare senex optimus existimabat. Quam fidem tum in car- nos imitari debemus, & inestimabiles diuitias in Christo no- ne accipiunt bis propositas atque communicatas immenso studio, pietat- Aug. trah. te, animi ardore prosequi. Sumus enim re vera beati, si bo- 43. in Ioan. num nostrum quale est, cogitamus, si, quid sit nobis Chri- & trineus stus, agnoscimus.

lib. 4. c. 15.

FERIA SECUNDA POST DOMINICAM DE PASSIONE.

*Miserunt Principes & Pharisei ministros,
ut apprehenderent Iesum. Ioan. 7.*

I. Inuidia
machinatio-
nes virtute
superandæ.



NIMADVERTI facile potest ex hoc facto Phariseorum, quam sit contumax inuidia, quam inquietum & impudibile malum. Vincula in Salvatorem parant qui veritatis viribus astricti tenebantur, nec cedere tamen veritati in animum inducebant. Nouum nequam est inuidorum malevolorumque

facinus, capiti insidias comparare, vincula meditari ei quem oderis, cuius excellens virtus ferri praे suo splendore non posset: Iosephum à fratribus inuidia laborantibus ligatum. Danieli vincula iniecta, eius gratiam apud Regem, mirificamque sapientiam non ferentibus Satrapis Persarum. Davidem à Saule Rege comprehendi iussum, gloriae eius inuidia accenso: atque id genus non pauca documenta Scriptura diuina suppeditat. At illud & quæ in hodierno factu planum sit, quam exiguae sint vires inuidiae, quam eius tela infirma, nihil ut liceat nocere sapienti. Christum comprehensi- missi sunt à Pharisæis satellites: iij potius divini eloquij vin- culis

Gen. 37.

Dan. 4.

1. Reg. 19.

culis sunt comprehensi: qui ierant carnifices, iij prædicatores egregij Christi reuertuntur. Simile sanè Dauidi accidisse legimus. Nam qui ad eum ligandam missi à Saule fuerant, eos propheticō spiritu tactos, cùm eò peruenissent, repente in Dei laudes & Davidis gloriam animum convertisse, historia sacra narrat. [Sapientiam enim non vincit malitia,] cùm sit [omnium potentissima sapientia.] [Nō est consilium, nō est sapientia contra Dominum.] Recteque ab eodem est auctore dictum, [frustra iaci rete ante oculos volucrum.] Pedicam atque laqueum simul atq; intuetur, facile auolat. Recte etiā illud adiungit: [Ipsi quoque contra sanguinem suū insidian- tur, & moliuntur fraudes contra animas suas.] Seipsum cer- te laedit, qui virtuti & sapientiæ bellum indicit.

1. Reg. 19.
Sap. 7. 10.
Prou. 21.
Prou. 1.

Iam tertium etiam documentum sumere hinc licet, qua maximè ratione inuidia vincenda sit: quibus artibus divina bonitas iniquorum malitiam superet. [Vince (inquit) in bo- Rom. 12.
no malum.] [Et luci quidem lecedit nox, sapientiam vero Sapien. 7.
non vincit malitia.] Quos Christus mortis ministros accepe- rat, quos satellites furoris impij, quos vinculorum sibi ini- ciendorum machinatores, eos à se dimittit, sapientiæ ipsius amore & gloria captos, cœlestis virtutis laudatores, vitæ à se cognitæ studijs ipso suos dominos impertientes. [Nunquā sic locutus est homo,] pleni admiratione referebant. Iesu Christi eximius imitator Paulus apud Agrippam & Fa- stum causam capitum dicens, magis salatis iudicium suorum quam sui capitum memor, exoluī ipse vinculis non admo- dum curat, vt illi credant in Christū, acerrimè instat. Apud Felicem itidem præsidem, non tam libertatis suæ causam agit, quam de iudicio & iustitia & castitate disputat, vt Fe- licem æternæ infelicitati eripiāt. Nobilissimum genus pu- gnæ, gloriofissima laus victoriæ, bono malitiam oppugna- re ac vincere. Elisæum Prophetam Syri ligaturi venerant, eos Prophetæ conuiuio excipit, saluosque dimitit. Ea est ra- tio vitæ Euangelicæ, quam Christus Iesus verbis docuit, re præstitit: quam Apostoli, quam Martyres, quam viri omnes perfecti secuti sunt.

Aet. 26.

Aet. 24.

4. Reg. 6.

[Adhuc modicum tempus vobiscum sum, queretis me & non inuenietis.] Exiguum tempus vita fore sibi prædicit, vt furo- Occasionem boni non negligendam.

vt furorem temperarent, atque in præsentia parcerent, non
Sic Chrysostom. ac Eu- enim diurnam moram futuram. Quin conuersis studijs do-
lētūm. lendum i p̄s potius esse, quod breui eo carituri essent, quē
thymius hoc postea etiam si maximè optarent, minime essent reperturi.
loco.

Oppunitatem negotijs gerendis oblatam negligere ad
prætermittere nullo modo oportet. Erit tempus cum veli-
mus, neque possimus tamen, qui quo tempore possumus, ne
quaquam volumus. Christus se omnibus offert, neminem
reijicit; at non ita erit semper. [Videte ergo ne reculetis lo-
quentem,] sic admonet Paulus. Breue quidem est tempus
quocunque ad æternitatem. Tantis per modò laborandum,
ut aliquando liceat quiescere & lætari in perpetuum. Id qui
penitus considerat, nullos recusat vitæ huius labores ad il-
lam sempiternam felicitatem consequendam. [Quod enim
momentaneum est & leue tribulationis nostræ, æternū glo-
riæ pondus operatur in nobis: non contemplantibus nobis
quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur,
temporalia sunt, quæ autem nō videntur, æterna.] Nostis cu-
ius ea verba sint, qui oblitus præteriorum, & præsentis ne-
gligens, in illa futura intuens se se acris indies incitabat ad
cursus. Si incendio deslagrante opulenta aliqua domo, præ
conis voce publicum fieret, vt quæcumque quis rapuisse
atque è flammis eruisset, eorum possessione frueretur, dicit
te per Deum, qui arcuam plenam auro & margaritis sci-
ret, quam posset breui impendio præripere, num cuncta-
retur? num nonnullam fumi molestiam, num nonnullum
testiignis periculum spe certa tantarum opum adire grau-
retur? nonne celeri cursu & conatu diurnam fortunarum
possessionem libenter quereret? nonne breui eo labore pe-
ticuloque perfunctus, diligentia ac constantia fructum am-
plissimum gloriose ostentaret? Quid is, qui segnitie iner-
tiaque cohibitus, se tantis opibus priuatum cerneret? quo
dolore, qua inuidia vreretur? Querite ergo nunc, quando
tempus est. Erit, cum queri non posset, erit cum quesitum
non inueniatur. [Queretis me, inquit, & non inuenietis.] Te-
stes sint impii ipsi, quorum querelam & gemitus sapien-
tiæ liber exponit. [Poenitentiam, inquit, intra lemetiplos
agentes, & præ angustia spiritus gementes: Ergo erra-
uimus.]

Hebr. 12.

2.Cor. 4.

Phil. 3.

Sapien. 5.

uius.] Sera quidem pœnitentia, sera erroris deprehensio. Esau vero propter exiguum cupiditatem escæ primogeni. *Heb. 12. 11* turæ iura perdidit, quæ postea lachrymæ dolensque vehementer, recuperare non potuit. [Et ubi ego sum, vos non potestis venire, illud significat, tamen copiæ Christum in presentia facere, cum salvi esse possent, si vellent. Mox cum abierit, rationem certe futuram valde dissimilem. Neque enim, sicut ipse potuit ad eos descendere, sic eos ad ipsam posse ascendere. Ex quo sit, ut gratiam differre non debeamus. Neque patemus, cum oblatam negligimus, mox concupitam facile aſſecuturos, quæ est periculosa proſlus boni gerendi procrastinatio. Quare monemur à Paulo, ut etiā atq; etiā per. *Heb. 12.* spiciamus, [ne quis defit gratiæ Dei.] Namque, ut Basilius Baſil. in Re confirmat: [Accidit plerumque, ut omitta ex negligentia gulis brevi idonea occasione, in qua rogationem fieri oportuisset, animalibus respō. maduertamus postea, nos alieno tempore & incassum 10- 261. gare.]

[In nouissimo autem die magno festivitatis stabat Iesus, *3. Solū Dñi* & clamabat, dicens: Si quis sit in, veniam ad me & bibat.] Na- *explere ho-*
turale est desiderium, naturalis propensio in suum cuique minis deside-
bonum: quam sitim hic Saluator appellat. Nemo est morta- 3. Solū Dñi
ria. *Eccles. 5.*
lium, qui non sitiat: omnes expetunt felicitatem suam. Qui-
dam verò pecuniam sitiunt, quod, ea epota, se bene habitu-
ros patent: falluntur autem maxime. Non enim pecunia la-
tiat, sed excitat & accendit magis sitim, sic scriptū est. [Aua-
rus non implebitur pecunia.] Salomonis Aristoteles conſen-
tit, amore nummi aſſerens infinitum. Canit bene Boetius: *Arist. lib. 1.*
[Quanuis fluente diues aurigargite, Non expleturas cogat
aurarus opes: Nec cura mordax deterit superflitem, defun-
*ctumque leues non comitatur opes.] Sitiunt alij voluptate: *Polit. cap.*
sed turpis & obſcenæ voluptas nullo modo sitim extinguit
aut fedat, sed tanquam ecceano animum opplet, & magis siti-
re cogit. Salomonem audi satis experientia edocetum: [Inve-
ni amariorem morte mulierem.] Itemque alibi: [Ignis & vul-
*ua nunquam dicit, ſufficit.] Iam qui honores & gloriā mū- *6. omnes in*
di sitiunt, habet ſitis ſuæ remedia difficultia & molestia, que-
que duplo plus ſitis accendant, quā extinguant. Nihil enim
aliud imperia & dignitates afferunt prater molestiam & va-
nitatem, *infinitū au-*
gent, qui pe-
cunij stu-
dent. Boet.
de cōſol. Phi-
loſo. libr. 3.
met. 3.
Eccles. 7.
*Pron. 30.***

Eccles. 3.

nitatem, quod idem ille Salomon sentit, [Vidi, inquit, in omnibus vanitatem & afflictionem spiritus, & nihil permanere sub Sole.] Exemplis ea possent illustrari omnia & plurimis, & insignibus. Verum necesse non est in re aperta morari: plenæ sunt & sacræ, & prophætæ historiæ. Quia igitur eas omnes aquas dicitiarum, honorum, voluptatum & turbidas & oppidè fassas mundus habet, opus erit alias quærire aquas, puras & veras quæ refrigerent, quæ recreent, quæ sitim illam boni tam vehementem expleant. Harum hodie aquarum Christus copiam facit, hodie vbi eæ inueniantur, ostendit, atque præ amore mortalium, quos periculose pâsim errare cernit, contenta voce clamat. [Si quis sit, veniat ad me.] Ecce tibi aquæ perennis ac suauissimæ fontem vberrimam. [Fons enim sapientiæ verbum Dei in excelsis.] Is ipse est qui Samaritanæ mulieri aquam viuam obtulit, de qua qui biberit non sitiet in æternum. De hoc fonte potant, & incundè & copiolè, qui vitam vitalem viuunt, ut Esaias vaticinatus est: [Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris.] Tanta est diuini poculi dulcedo, ut quò magis bibitur, magis expetatur: eaporro salubritas, ut plus epota plus sanet, neque verò desiderium ipsum molestiam affert, neque sitis angorem, quo sanè modo mirabili, qui bibunt, magis sitiunt, & qui magis sitiunt, bibunt etiam magis, semper enim dulcis, semper est noua. Atqui tam pretiosum potum carius constare sibi homines (credo) arbitrentur. Nihil minus ipse qui habet, vltò offert, sponte sua inuitat, idque pro significando animi propensissimo studio, clamore vociferansque denuntiat: [Stabat Iesus, & clamabat, si quis sit, veniat ad me, & bibat.] Qui merces vñales offerunt, solent præconis voce clamare, rem enim agunt suam. At in nostram multò amplius rem cupidè fertur salutis humanæ auctor, & architectus: [Veniat (inquit) & bibat.] Non placit est tanta res, ire & bibere iubemur. Sic Esaias cecinit: [Omnes sitientes venite ad aquas, properate, emite absque commutatione vinum & lac. Quare appendit argentum, & non in panibus, laborem & non in saturitate?] Neque illud mysterio vacat, quod in die magno nouissimo festi initatis clamasse hæc Saluator refertur: Etat enim

*Ecli. 1.**Ioan. 4.**Esaï. 12.**Ecli. 24.**Esaï. 55.*

enim id festum, quod in Leuitico & Deuteronomio in decimam mensem incidit, quod ad expiandum populum, ac tabernaculum ipsum erat institutum. Itaque quo die finitur & clauditur expiationis nostræ opus, cum iam à peccati sorribus liberis sumus, tunc maximè idonei sumus, qui ad diuinam fluentia laetitia & voluptatis haurienda vocemur. Utinam digni tanto munere simus.

[Flamina de ventre eius fluent aquæ viuæ :] Mirabile 4. Spiritus certè donum, quodque cogitationem omnem nostram longè superet. Non enim satis Deo fuit, fontem aquæ illius perennis. sanctus fons rennis atque dulcissimæ nobis communicare, ut biberemus ipsi advorum, sed facultatem etiam dedit, ut alios ijdem potare possemus: neque alienum esse fontem voluit, vnde esset aqua petenda, sed proprium & natuū, qui domi intus oratur & fluat: neque id modicè & exiliter, sed eo redundatæ modo, ut fluminis instar manet & fluat. [Flumina (inquit) de ventre eius fluent aquæ viuæ.] Flumen magnum & præclarum Spiritum sanctum accipiunt Patres, de quo illud Basilius dictum esse demonstrat: [Fluminis impetus lætitificat cœnitatem Dei.] Talis est nempe Spiritus Iesu, quem quis in Pet. 45. cunque suscipit, fluminis in se nunquam desituri copiam sentiat, necesse est. Neque enim diuinæ charitatis modus est, aut limes ullus, omni tempore diligit, qui verè diligit. Neque in proximos parcè & malignè derivatur, sed copiose & largè. Ad omnes enim operari bonū iubemur: quod si re minus præstare licet, at votis certè semper necesse est. Quonā vero pertineat hic fluumus, quò cursus eius pertingat, docuit nos idem autor salutis nostræ Iesus: [Fiet (inquit) in eo fons aquæ viuæ salientis in vitam æternam.] Itaque quoniam Spiritus Christi viuens & efficax est, non sinit pectus, cui illabitur, otiosum esse, semper fluit diuino manere, semper ad bene merendū excitat. [Charitas enim Christi irget,] 2. Cor. 4. teste Paulo. Sunt autē fructus spiritus, veluti huius fontis riuuli perennes, aut etiā flumina. [Charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, fides, modestia, continentia, castitas,] quæ Apostolus enumerat. His consentit Gregorius, cuius verbæ sunt, [Flamina fluent aquæ viuæ de ventre eius: riuuli ergo sunt fluminis, dona Gal. 6.15. Spiritus

Leuit. 23.

Deut. 16.

Basil. in hom. in Psal.

mil. in Psal.

45.

Galat. 6.

Ioan. 4.

2. Cor. 4.

Greg. iij. mo

Gal. 6.15.

Spitus sancti, riulus est fluminis charitas, riulus est fluminis fides, riulus est fluminis spes.] Ita quidem Gregorius. Et certe, quantum ad spiritum Dei attinet, eius est tanta potentia, tanta maiestas, ut huius, vel fluma potius, nunquam exarcent, nunquam deficiant, sed semper fluant, & manent usque dum in ipsum mare influant atque perueniant, id est, in vitam illam quo tendimus, felicem & sempiternam.

FERIA TERTIA POST DOMINICAM PASSIONIS.

Ambulabat Iesus in Galileam: non enim uolebat in Iudeam ambulare, quia quarebat eum Iudei interficere. Ioan. 7.

1. Nō esse
ignani mor-
tem interdū
fugere.

Apoc. 11.



AGNUM suæ lenitatis documentum dedit Iesus Christus Dominus noster, qui homines sui perdendi cupidos devitare potius voluit quam uicisci, fugiebat enim perinde quasi infirmus & viribus destitutus eo sibi modo praesidium vita querendum existimaret. Atqui is est, qui penes se mortis & inferni claves tenet, ut scripturam testatur: neque tamen in homicidas, qua potest sedoritate, animaduertit, sed instar agni mitissimi se carnificium laorum permittit arbitrio. Sed cum mori iam destinari, quid est quod mortem tantopere fugitat? cur latere & celari suos aduersarios vult? An non ea fuga speciem habet formidinis & infirmitatis cuiusdam, quæ Deum minime deceat? Docere nimis temeriter nos Christus amat, atque ipsa sua fuga & latibulo, quid in vera fortitudine spectetur, præclarè ostendit. Neque enim timidus semper est mortem fugere, neque fortis nunquam non in eam se dare. Hand falsò

falso à Philosopho dictum est, fortitudinem medium versari inter timiditatem, atque temeritatem, inter audaciam & me. Aristot. lib. 3. Ethic. ca. potius oppere, quā fugam cum dedecore inire, quemad modum inclitus ille dux Machabeus suis fugam suadētibus. ^{3.} Est me aliquando dixit: [Absit (inquit) istā rem facere, ut fugiamus diā audacie ab eis: & si appropiauit tempus nostrum, moriamur in virtute timiditatis-
te propter fratres nostros, & nō inferamus crīmē gloriā no- que disposi-
strā.] Iudicabat sanè ad Dei gloriam pertinere, ut hostibus obuiam iret: atque adeò vel vincendum, vel fortiter occum-
bendam esse. Itaque gloriosam mortem vitæ dedecori ante- ^{6.} 1. Mac. 9.
posuit. In qua animi magnitudine atq; constantia omnis bel-
lica laus versatur, quā vel sacri vel pphani autores, magnorū
virorum passim celebrant. Ea fortitudinis laus à Salvatore
nusto minimè absuit, quin potius omnes omnium tempo-
rum viros mortis oppetendæ constantia & ardore longè la-
teque superauit. Quippe in Gethsemani horto ipse se obtu-
lit persecutoribus suis, ipse obuiā prodijt militi armato, de-
fendi se à suis retuit: auxilia etiam atque consortia patiënti
respuit omnia: solum crudelitati nefariorum latronū se per-
misit. Quæ fuit illa constantia? qui ardor patiënti infinita
pro nobis? Apud Esaiam de se ipse refert: [Posui faciem meā
vt petram durissimam.] Et illud: [Oblatus est, quia ipse vo-
luit.] Imò verò nihil tam in votis habuit, nihil & quæ ardēter
oprauit, atq; mortem mortisq; cruciatū, & ignominia incre-
dibilem? [Ego baptismo habeo baptizari, & quomodo coar- ^{14. 19. 1. 1}
ctor, vñque dum perficiatur?] Nonne vox eius hæc est? Atta-
men fugit interdū & latet, dum definita hora moratur, eoq;
facto doctos nos voluit, oportere occasiones vitare mortis,
vitamque conseruare, quoad Dei voluntate licet, neq; id im-
becillis esse & abiecti animi, sed prudentis & fortis, quippe
cū vitæ nostræ non simus ipsi domini & autores, sed cā pre-
cario datam atque depositam domino suo cōseruatam velle
debeamus. Etenim factio docere voluit, vt Augustinus ait,
[interdum declinandas esse persecutiones, neque in media
pericula temerè irrumpendum.] Magnus quidem Athana-
sius opus edidit de fuga, quo docet Christiani esse, vitam
tueri fuga, cūm licet, quo illud præceptum allegat Salua- ^{Augu. tract.}
^{28. in Ioā.} ^{Athanas. in} ^{apolog. de fu-}
^{ga sua.}

toris. [Si vos persequentur in una cimitate, fugite in aliam.] In eo opere inter alia sic scribit. [Hoc genus formæ institutiæ hominibus perfectionem conciliat. Nam quod Deus iniunxit, faciendum est, ideoque & ipsum Verbum propter nos homo factum, voluit, quemadmodum & nos, cum quereretur, & cum persecutionem pateretur, fugere, & insidias declinare; cum autem tempus a se definitum ipse sibi adduxisset, in quo pati volebat, ultra se ipsum pro omnibus obtulit.] Paulum eodem modo in spissa inclusum ac per murum demissum effugisse manus inimicorum scimus; ipsum illum fortissimum Machabæum, qui honeste cadere, quam turpiter fugere maluit, tamen aliquando fugasibi, suisque consuluisse Scripturam refert. Habent enim omnia tempus suum. Cum de voluntate Dei constat, esse moriendum, fortiter obijciendum peccatum est telis: cum non liquet, seruandum est in tuto commissum pignus a Deo, ut autem de voluntate Dei constet, ipse etiam atque etiam ut significare velit, exorandus est, quod Petri voce traditum tenemus: [Fidei (inquit) creatori commendant animas suas.]

2. Quid festo tabernaculo rum significetur. [Erat autem in proximo dies festus Iudeorum Scenopœgia.] De hoc festo lex copiose agit in Leuitico, iubens observari mense septimo, qui est apud nos September, post collectam segetem, per totos octo dies habitatione traducta ad tabernacula atque tentoria: quæ res significabat tempus illud peregrinationis diuturnæ, cum per annos quadraginta populus Istrael per loca deserta & multa tendens ad promissam terram, nulla domo, nullo firmo habitaculo usus est. Gestabant vero ad lætitiae significationem manibus frondes & ramos palmarum, salicium, ceteraque arborum virentium, quibus Deo Domino laudes canebant, qui se in felicissimam humum, finitam longa peregrinatione, perduxerat. Quæ eò pertinent omnia, quemadmodum Angelicus Doctor demonstrat, ut insinuerit nobis illa beatæ vitæ gaudia, cum, frugum spiritualium messe absoluta, iusti ac Sancti personam voluptatem recordabuntur veterem peregrinationem. [Pauperis & tuguri congestam cespite culmen;]

S. Tho. 1. 2. q. 102. art. 4. ad 10. & ultimum. Virgilius. Quam præteritam inopiam cum præsenti, & æternæ felicitate.

estate conferentes, laudes iucundissimas Deo canent: palmas interim ac victorias certaminum tuorum commemorantes, & Regem gloriae, mortis, & peccati victorem celebrantes. Non est exigua latitiae pars in praesenti fortuna ac rebus secundis prateritos labores, & calamitates reminisci; quod Poeta eleganter monuit. [Hac olim forsan meminisse fuuabit, *Virgilins.* Durate, & vosmet rebus seruare secundis.] Ideriam Psal- mus diuini vatis ostendit. [Laxati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala.] Hoc veteris legis institutum quodammodo sequitur Sancta Christi Ecclesia, cum omnium Sanctorum totis diebus octo solemnia festa celebrat: vbi prateritorum laborum, & longi difficilisque itineris memoriam cum caelestis patriæ perpetua felicitate coniungit, beatos eos prædicans ex sententia Christi, qui pauperes, qui mites fuerunt, qui esarierunt, qui passi deinde tam multa sunt. Nosigitur, qui adhuc peregrinamur, ne cum peruenimus, meminisse debemus, exteros nos esse, & futurâ inquirere ciuitatem: quemadmodum Paulus præcipit documento prisorum Patrum proposito. [Confite- tes (inquit) quia peregrini & hospites sunt super terram. Qui autem hæc dicunt, significant se patriam inquirere. Nunc autem meliorem appetunt, id est, caelestem.] Quod si nos hic ut peregrinos atque hospites gesserimus, nihil terrenis rebus affecti, neque quicquam aliud, quam usum necessariorū ad iter nostrum vendicantes, erimus sine dubio aliquando feli- cies, æternæ ciuitatis iure donati. Atque id est verè ac perfe- ctè celebrare spirituale festum tabernaculorum, ut certè Petrus faciebat, qui velocem sibi denunciabat fore depositionē tabernaculi sui: ut faciebat & Paulus, similiter afferens: [Quā- diu sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati: habi- tationem, quæ de caelo est, superindui cupientes.]

Dixerunt ad eum fratres eius. [Transi hinc.] Non fuit sa- 3. *Humana* nè mediocris labor Christo, ineptam de se suorum opinionem gloriae homi ferre: exiguum admodum fidem sibi maximè sanguine & ne- *nescupidi.* cessitudine coniunctorum cernere: qui, quod vitæ illius exordia tenuia progressusque humiles cognouerant, vix di- ignam aliquam de eo existimationem induere poterant. Da- 1. *Reg. 17.* uidi quippiam non dissimile accidit, quem fratres contene- bant,

510 Fer. III. post Dom. Paſſionis.

bant, & ad gregem reuerti iubebant, inutilem omnino rei
bellicæ existimantes, qui erat tamen bello præcipuum ope-
ram atque opem allatus, quiq[ue] Goliath gigante ſuperato
victoriam Iſraēli deiecit & erat redditurus. Quid Iosephus
Patriarcha? cui insultarunt fratres, & ſomnia vana expro-
brates, etiam in mancipiū Madijanitū mercatoribus vede-
rent: qui tamen contemptus ſomniator, princeps, ac domi-
nus, eorumque ſeruator euasit. Omnino caro & languis my-
ſteria cæleſtia non assequitur: neque de Iesu digna prædicat
aut cogitat; id Patris æterni donum est, quod ipse Petro di-
xit: [Beatus es Simon Bariona, quia caro & ſanguis non re-
uelauit tibi, ſed pater meus cæleſtis.] Quo exēplo diſceimus
non admodum ferre iniquè, ſi noſtri nos minoris faciant,
quām externi, ſi à domeſticis & contubernalibus humiliūs
accipiamur, qui ab alienis magnificè extollimur & prædica-
mur; id enim uſitatum fuit sanctis viris, quod de Bernardo,
de Franciſco, de Catherina Senensi, de alijs compluribus hi-
ſtoriæ prodiderunt: quod denique in ipſo Sanctorum om-
nium ſanctissimo capite Iesu aperte intaemur & cernimus.
Carnales namque homines vix altiora principia cogitant,
quām carnis ſibi cognitæ, quæ pro uſu & conſuetudine hu-
mana facile contemnunt & aspernantur. Cui præclaræ fa-
cientiæ dignum proſectò conſilium adiiciūt. [Nemo quippe (inquit) in occulto quid facit, & quærerit ipſe in palam
effe.] Egregia ſanctæ ſententia, propria certè filiorum tactu
huius, qui nihil aliud ſapiunt, nihil cogitant, niſi gloriā &
laude hominum, ex quo ſenſu quidam ſcītē vanitatem hāc
ridēs. [Scire (ait) tuum nihil est, niſi te ſcire, hoc tciat alter.]

Perſius.

Matt. 23.

Atque attendite animum, fratres, hāc ſententia est, hic in-
timus ſenſos mundi ſapientium, non impéritorum modò,
& ignorantium, ſed ſapientium (inquit) atque in omni ar-
te excellentium, ſive iij Philosophi vocentur, ſive quoq[ue]
nomine magnifico ceneantur. Eam fuſſe mentem Roma-
norū Augustinus eleganter démonſtrat, ut gloriæ & lau-
di cupiditate omnia agerent, omnia perferrent. Salutis
profert ita censentem. Itaque concludit: [Iſta ergo laudis
audi-

Gen. 37.

Matt. 16.

Augu. 5. de
ciuit. ca. 1. 2.
epist. 99. &

52.

auditas, & cupido gloriæ multa illa miranda fecit ; laudabiliæ, scilicet, atque gloriola secundum existimationem hominum.] Et ad calcem capitis ponit. [Causa honoris, laudis, & gloriæ patriæ consulebant, in qua ipsam gloriam requirebant, pro isto uno vitio, id est, amore laudis, pecunia copiditatem, & multa alia via comprimentes.] Quod de Romanis ducibus asserit, id de Græcis Philolophis certissimum alijs docuit, non veras habuisse virtutes, sed laudis amore omnia virtus esse. Seneca, & Plutarchus, & Cicero, & Aristoteles, & Plato, & ipse Socrates gloriæ serviebant, humanas laudes ubique cogitabant. Ipsam vitæ dispendium ea gloriola temperabant, eam immortalitatem reputabant, si in ore & laude hominum, quæ possent diutissimè, versarentur. Cætera, quæ de virtute prædicant, mihi credite, præter sonum & speciem solidi nihil habent ; somnia apud illos mera, nungæ denique sunt. Sola Christiana disciplina gloriæ falsæ verum contemptum docet, cuius autor & Princeps atque institutor Christus fuit, cum præceptis & copiosis & præclaris, tuum verò factis illustrissimis atque admirandis : cuius discipulus egregius siccus comparabat, ut diceret : [Mihi proximino est, ut à vobis iudicer, aut ab humano die.] Itēquæ : [Non quærentes ab hominibus laudem, neque à vobis, neque ab alijs.] Animadvertisse interim, fratres hos Christi in eum non credere, pro eo Euangelistam asserere, quod secundum carnem de illo sentirent, & humanam existimationem, & gloriam ei desiderarent.

[Tempus meum nondum aduenit : tempus autem vestrum semper est paratum.] Quæ verba illud sibi volunt, gloriæ Christi tempus non esse, vsque dum, Patris aterni præceptio impleto, per mortis crucisque suppliciū hominum genitus redimeret, ac morte deuicta immortalis gloriolusque resurgeret. Hoc enim ipse exposuit, cum dixit. [Oportebat tractat. 28. pati Christum, & ita intrare in gloriam suam.] Cæterum gloria multi hominum quærendæ semper adesse tempus asseruit, dissentit Cyproptere à quod vanitas hominum nullam prætermittat occasiōnem, ex qua non gloriolam humanamq; laudem auctoriter intelligi nō ducitur, neque sibi persuaderi patitur ab humanæ gloriantur.

1. Cor. 4.
1. Thes. 2.

rit seceditoribus, ut hominū laudes querat. Itaque nō ascendi-
dit ad diem festū, aut palam aut præproperè: sed ascēdit om-
nino & seriùs, & clanculum. Non enim laudes & plausus ho-
minum affectabat, sed ad utilitatem & fructum suam præsen-
tiā exhibendam existimabat. Id sibi vult: [Non ascēdam,]
cū tamen posteā ascendisse narretur, neque aut mendax,
aut inconstans fuit. Illi enim tāquam ad ludos proficiscerent-
ur, festinabant, opportuniorem locum meditantes & cele-
briorem: Christus, ut qui rūmusculos non captaret, sed salu-
tem hominum quereret, tardius & secretius se confert, cū
opera uauandæ, non comparandæ gloriæ, commodū putat.
Christum igitur in depellenda laudis cupiditate imitemur.

Aug. lib. 5. cap. 14. Praeclarè Augustinus ea de re: [Tantò quisque est Deo simi-
lior, quantò ab hac immunditia mundior. Quæ in hac vita et-
si non funditus eradicatur ex corde, quia etiam bene profi-
cientes animos tentare non cessat, saltem cupiditas gloriæ su-
peretur dilectione iustitiae.] Sapienter omnino. Quis enim
poterit sensum hominum penitus exuere? quis gloriæ cupi-
ditatē restinguere? omnino diuina gratia opus est, magno &
potenti auxilio, neque philosophicæ literæ, neque ullæ hu-
manæ orationes persuadent. Precibus agendum est assiduis
& ardentibus, ut eam pestem Deus ab animo nostro depel-
lat, cuius vel exiguum labem aut umbram potius idem ille

Aug. li. 10. Confis. cap. 37. Augustinus ita in se dolebat, ut lachrymis abstergendam
uberrimis existimaret. [Quotidiana (inquit) fornax nostra
lingua humana: tentamur, Domine, & sine cessatione tenta-
musr. Tu nosti de hac re ad te gemitū cordis mei, & flumina
oculorū meorū.] Si hæc August, tā humilis, ut humilior ne-
mo, tam sapiens, ut sapiētor nemo, quid nos sentire par est,
& ineptissimos & superbissimos homines? O infelices nos.

Agamus, fratres, & diligēter agamus, ne hæc pestis animo do-
minetur, atq; opera nostra cūcta peruadat. Cogitemus seriò,
quā falla & inanis ea gloria sit: quā saepe iniusta, negata dig-
nis, indignis attributa: quā parum animū expleat, ut semper
inanem relinquat, magis magis quæ avidum faciat. Quot &
quanta pericula excitet, quot pugnas & contentiones affe-
rat. Quām sit inquietum & perturbatione anxium cor, cui
ea cupiditas dominatur. Denique, quām citò exarescat,

quām

quam breui obsoleta nihil aliud relinquat, quam conscientia iniqua cruciatum. [Sed stultorum in finitus est numerus.] Faxisit Deus, ut rebus ipsis edocti, aliquando tandem sapiamus, atque animi studia & vota non falsa huic & inanis gloria, sed aeternae illi, & verae, & solidae reseruemus.

FERIA QVARTA POST DOMINICAM PASSIONIS, CONCIO PRIMA.

Facta sunt Encanaria in Hierosolymis.

Ioan. 10.



OSTE A quām Iudeæ Machabæi viri. Renoncione & fratribus eius vrbis Hierosolyma tio templi in recepta est, templumque restitutum terni quæ religioni diuinæ, quod erat Græcorum sit, scelere & sacrilegio contaminatum, cū 1. Mach. 4. summa lætitia sacrificia prisca instaurata Ioseph. lib. sunt, ac repurgatis cunctis illius colluvio 12. antiquitatis flagitiis sordibus, idem Ma. cap. 11.

chabæus instituit, ut quotannis festi dies ageretur, quo tempore illud tam singulare à Deo optimo maximo beneficium Alcein. senaccepissent. Id memoriam proditum in utroque libro Macha tiunt, tam etiam hæretici tenemus, cuius Iolephus quoque meminit, quod ad se Chrysost. suam etatem dararet. Itaque instauracionis sive renouationis dies festus nominè tulit, quod in eore renouatum esset tempus Euthym. plam, renouata & diuinæ religiones. Eius rei nunc mentio in aliud opinemus. Euangelio sit, cum Encanaria nominantur, quæ græca vox retur, quod renouationem significat. Neque præterevundum silentio presentiā sententiā. et quod de sacra narrat historia: quæ inter faustas lætationes bene que acclamations ob templum recuperatum etiam religiosos Card. Todi & sancte Fortunatini plenos gemitus commemorat fidelium let. in c. 10. vibrorum, præterita mala flentium, futura metuentium: *Ioan. ann. 15.*

- 2. Mat. 10.** [Rogabant(inquit) Deum prostrati in terram, ne amplius libus malis incidenterent: sed et si quando peccarent, mitius ab ipso corriperentur, & non barbaris & blasphemis hominibus traderentur.] Quæ verba eò recitauerim, ut cognoscatis quanta & quâ acerba vindicta sit peccatorum nostrorum. Quot Ecclesiæ psalmi videmus in plenisque provincijs, haereticis traditas, sacra abolita, pias ceremonias ludibrio habitas, loca sancta summis flagitijs commaculata? Et certè timendum est, ne, increbescientibus peccatis, quæ restare videntur illæsa atque integra, pari vindicta, hominum nefariorum scleri ac furori permittantur. [Assur virga furoris mei,] ait Deus. Virga furoris Dei Turca, virga furoris Lutherus, Calvinus, cæteræque pestes tales. Videtis Angliam, videtis maxima ex parte Belgium, & Galliam, Germaniam fere universam in manu calamitate oppressam. Certè Provinciæ conuinæ, quæ similibus peccatis Dei iram lacessant, similem tempestatem formidare merito possunt. Sed illud interim cogitemus renovationis templi festum diem, internæ renovationis nostræ nos admonere, id quod Theophilactus hoc loco sapienter animadaerit. [Sumus enim, telle Paulo, & ipsi Dei templum,] à quo hostili furore pulsus est Deus, ipsius beneficio tandem revocatur de integrō pristinus cultus & splendor, cuius beneficij diuini memoriam colere gratiam debemus, quemadmodum David praecipit. [Confitemini memorie sanctificationis eius.] Instauratur vero Dei templum spirituale contritione, confessione, communione corporis Christi; impleturque illud vaticinum: [In cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, orientur viros calamii, & iungi.] Et illud eiusdem Esaie. Non adiicit ultra, ut pertranseat per te incirculus, & in mundus. Sed, ut paulo ante dicebam, in hac laxitia etiam timendum, & exultandum Deo cum tremore, ne rursus in manus fauissimorum hostium tradamur, & fiant extrema deteriora prioribus, ut est à Salvatore prædictum. Itaque semper clamare debemus & Deum precari: [Ne tradas bestijs animas confitentes moderationem tibi.] Et ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis. His verbis illa præeunt. [Et hysmis erat,] nam is festus dies in ex-

Esaie. 10.**1. Cor. 6.****Psal. 96.****Esaie. 35.****Esaie. 52.****Luo. 11.****Psal. 73.****2. Christi****tuenda corpore.**

in extre^mos prope dies nostri Nouembris incidebat, quem
mensem Casleu Hebræi vocabant. Atque eius festi mentio- 2. Mac. i.
nem faciunt Hierosolymitani in epistola ad Agyptios, cùm
dicunt; [Facturi igitur quinta & vigesima die mensis Casleu
purificationem templi.] Eo tempore frigus ingruere non
mediocre ferè solet. Ea de causa Dominus deambulabat in *Ad frigus*
ampla illa porticu, vt commotione frigus ratis per pelleret. *pellendum*
Ex qua re documentum bene morale capere possumus, quā *Chr. sum*
sibi parum Christus indulserit, qui alperæ hyemis iniurias *deambulaf-*
simpli & naturali exercitatione defenderit, nullas pel- se censet *To*
les pretiosas adhibuerit corpori, non larem bene calen- *letus.*
tem coluerit. Decet, nimirū, Deiservos exiguō esse con-
tentos, ad temporis molestias corpus durrare, neque mol-
liter desidere. Sic sic agebat Paulus: [In frigore, & nudi- 2. Cor. 2.
tate.] Frigori adiungit nuditatem, qui cùm aliquando *Aff. 28.*
post atrocem tempestatem media hyeme semisudus in
litus eslet expositus, sarmendorum strue pyram excita-
uit, vt algori suo sociorū inq̄ue consuleret. Audiant hęc,
& pudore afficiantur, qui ad cuiusvis frigoris impatientiam
sacras ædes adire recusant, domi delicati resident, qui ve-
stes quavis temporis vicissitudine mutant, neque vestes
modo, sed habitacula, & cubicula, & domos ipsas: hic
hyemales, alibi æstiuas sibi extruentes. Quorum deli-
cias immoderatas punit iratus Deus, ad summam s̄æpe
egestatem eiusmodi opulentos & industrios deliciarum
architectos redigens, vt apud prophetam quendam mi-
natur; [Percutiam domum hyemalem cum domo æsti- Amos. 3.
ua: & peribunt domus eburnæ, & dissipabuntur ædes
multæ.] Alterum quoque morale documentum accipi-
te. Ambularem Dominum in templo cùm commemo-
rasset facer Euangelista, statim subdidit, [in porticu Salo-
monis.] Ne in ea parte templi Christum inambulasse pu-
tates, quæ erat orationi dicata. Neque enim domum ora-
tionis, tolum dedecet fieri negotiationis domum, sed ne
inambulationis quidem. Etenim Christus ipse [non sine-
bat vasa transferri per templum,] vt Marcus scribit. Qua- Mar. 11.
re qui in templo deambulant, sacro loco abutuntur, mul-
toque id peius sit, cùm sacra aguntur, vel concio haberetur

*Id notar Cor
nel. Iansen.*

ad populum. Quod minus plerique considerantes, religio-
ni Christianæ non mediocre detrimentum afferunt.

3. Phariseo [Quo vsq; animam nostrā tollis? si tu es Christus, dic no-
rum fraudes bis palam.] Erant quidem Pharisæi ancipites de Iesu, an es et
& *versutia* Messias. Ac multis planè argumētis ut esse existimaret, per-
in Christū. mouebantur: sed malitia & inuidia plus valebat, ut contrā cē-
serent: [Excœcauit enim eos malitia ipsorum.] Quare, quæ
modo rogam, non vero discendi studio rogam, sed calumniā
di magis animo sciscitantur. Nihil est in vero cognoscendo
recta intentione prius: nihil ad errandum dolo certius. Ita-
que Deum qui adeunt animo simplici & puro, facile inue-
niunt, qui facato & ficto, non Deum quidem, sed se ipsos
pessime fallunt. Quamobrem præclarè sapiens admonet;

Sap. 1.

[Sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis
quærite illum: quoniam inuenitur ab ijs, qui nō tentat eum:
apparet autem ijs, qui fidem habent in eum.] Cæcum illum
non ita pridem vobis propositū recordamini, qui cùm synce-
rè & candidè Christum rogasset: [Quis est, Domine, filius
Dei, ut credam in eum?] expeditū & planum accepit respō-
sum: [Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est.] Animi
candorem facto confessim probavit: [Et procidens (inquit)
adorauit eum.] Illam etiā alteram mulierem Samaritanam
hiuc cęco adiungite, cui asserenti; [Scio, quia Messias venit,]
cùm retulisset Dominus. [Ego sum, qui loquor tecū,] nulla
interposita mora hydriam reliquit, ad suos festinans abiit, ut
cognitum Messiam prædicaret. Nathanael quoq; in quo do-
lus non erat, simul atq; Christi orationem audivit, altioris
suzscientiæ indicem exclamauit; [Rabbi tu es Rex Israel.]

Ioan. 9.

Animos ergo puros & simplices veritas libētes illustrat: ma-
lignos & fallaces latet & fugit. Tales fuere Pharisæi, tam sa-
pe versati cum Christo, toties disputantes, toties inquiren-
tes, & nunquam ad veritatis lucem perhenientes, de quibus
est illustrissimum Esaïæ vaticinium, ut Hieronymus cateti-
q; ferè interpretantur, quod nō grauabor recitare, tametsi lō-
giusculū. [In die illa erit Dominus exercituū corona gloriæ,
& seruum exultationis residuo populi sui, & spiritus indicij
sedenti super iudicium, & reuertentibus de bello ad portā.]

Ioan. 4.

Reliquias Israëlis dicit, quæ iuxta D. Paulum secundum
ele-

Ioan. 1.

roga-

Esa. 28.

giusculū. [In die illa erit Dominus exercituū corona gloriæ,
& seruum exultationis residuo populi sui, & spiritus indicij
sedenti super iudicium, & reuertentibus de bello ad portā.]

ele^tionē factæ sunt saluæ, in Christi gloria exultasse, & iudicij veritatē didicisse, & robur in Christi perfugio inuenisse. Sequitur de Pharisæis & cæteris; [Verū hi quoq; præ vi-
no nescierūt, & præ ebrietate errauerūt. Sacerdos & prophe-
ta nescierūt præ ebrietate, absorpti sunt à vino, errauerūt in
ebrietate, nescierant videntem, ignorauerūt iudiciū. Omnes
enim mensæ repletæ sunt vomitu, sordiumq; ita ut non es-
set ultra locus.] Non puto de eisdem personis hæc & supe-
riora connecti, cùm sint inter se contraria: sed de eodem po-
pulo Iudeorum, qui erat populus Dei, in quo Pharisæi &
plerique Iudei, qui sacerdotum & doctorum titulos præ-
ferebant, ignorauerunt Christum, tarpiter lapsi sunt, prop-
ter ebrietatem superbizæ, avaritizæ, inuidiæ, malitiæ, qui-
bus sordibus omnia sua officia contaminabant, quemad-
modum est eis à Saluatore sapissime obiectum. Cùm er-
go hos Christus offenderet doctrinæ suæ minimè ido-
neos, sequitur propheta diuinè; [Quem docebit scien-
tiā? & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos à la-
cte, auillos ab uberibus.] Vult sanè Christum doctrinæ
suæ idoneos auditores iudicasse homines simplices, ac
puerilis vel etiam infantilis candoris & simplicitatis, vt
ipse etiam dixit, [Non introituros in regnum cælorum, Mat. 18.
nisi efficerentur pueri paruuli:] itaque humiles, & simpli-
ces & pueros discipulos amat. Curita tandem? Reddit sta-
tim rationem, cur superbos & importunos Pharisæos re-
palerit. [Quia manda, remanda, expecta, reexpecta, modi-
cum ibi, modicum ibi.] Significat his vocibus repetitis si-
stum studium descendendi & obtemperandi Pharisæorum,
qui toties ipsum rogarent, toties interrogarent, toties se
paratos illius præceptis parere pollicerentur, neque quic-
quam tamen perficerent. Quibus Christus vicem, quam
meruerant sua malitia, rependet, & obscurè atque ambi-
gue loquetur, vt nihil intelligent. Id exponit, cùm dicit;
[In loqua enī labij, & lingua altera loquetur ad populū
istum,] quod testimonium Apostolus usurpauit. Causam ve-
rō, ob quā Christus doctrinā suā illis tradiderit operā & ob-
scuram, explicat, q; nollent ea vti ad agendum, [A mandatis
enī tuis intellexi,] sit David: & [intellectus bonus omni-
bus]

1. Cor. 14.

Psal. 118.

Psal. 110. bus facientibus illum .] Isti verò nihil minus parabant. Id significant illa ; [Cui dixit , Hæc requies mea , reficite lassum , & hoc est meum refrigerium , & noluerunt audire .] En iustitiam & misericordiam contemptam à Pharisæis , qui dicere & non facere in pretio habebant . Iam apertius se indicat sermo propheticus , [Et erit eis verbum Dei. Manda remanda , expecta , reexpecta , modicum ibi , modicum ibi : vt vadant & cadant retrosum & conterantur & illaqueentur & capiantur .] Declarat eodem modo Dominum fraudes & dolos illorum repulisse , ut toties docens , toties prædicans , toties differens , vacuos scientia dimitteret , non quod vera non diceret , sed ita diceret , ut malitia eorum merebatur audire . Vnde in laqueum , quo caperentur , & in lapidem , quo contererentur , factus sit eis sermo Dei : quod etiam David vaticinatus est : [Fiat eis mensa eorum coram ipsis in laqueum , & in retributio-nes , & scandalum .] Denique apertissime , quid dicat , & de quibus dicat , Elaias ostendit illa conclusione ; [Propter hoc audite verbum Domini viri illusores , qui dominamini super populum meum , qui est in Hierusalem .] Non potuit expressius describi Phariseorum malitia & versutia , & fastus & arrogancia . Illutores & dominatores populi Hierosolymitani Phariseos fuisse is nesciet , qui Euangelia non legerit . Cætera , quæ sequuntur , quanvis ad Christi & Phariseorum tempora pertineant , relinqua fuit tam en , quod ea , quæ recitavimus , etiam a quo longiora abitum . Sed operæ pretium duximus cum ad alias innumeras occasiones Euangelicæ narrationis , tum verò ad hodiernam Christi & Phariseorū disceptationē præ clarissimā Elaiæ prophetiam commemorasse , ac breviter explicuisse .

4. Per Chri In qua profectò admittandam spiritus propheticī celsitudinē sū nō stare , qui quis cognoscat , atque vel ex ea ipsa Euangelicæ veritatis quo minus firmitatem Christianæ fidei gratuletur .

en agnoscā- [Loquor vobis & nō creditis]. Deus quidem lucis suæ ra-mus . dios quoquo versus porrigere nō desistit , homines in culpa

Dionys. de sunt , quo minus illuminetur . Egregè cārē demonstrat mag-Eccles. bie-nos Dionysius his verbis : [Dicimus igitur esse diuinam bea-rach. ca. 2. titudinis bonitatem , cui cū semper adsint per eadem &

codē modo sua lucis benefici radij, eos in omnia spiritualia lumina affatim explicatē. Siue itaq; motu proprio ab intelligibili lumine spiritualis natura libertate arbitrij donata discedat, & insitas sibi naturaliter vires, quibus illuminari valeat, amore nequitiae claudens luci, excedat gratia, cū præsens illa nequaquam discedat, sed cæcumenti suffulgeat, aduerstantique vi suam benignitatis occurrat.] & cætera. Ac mox hæc: [Diuina tamen (vt diximus) lux spiritualibus semper oculis benignissimè patet, licetque haurire præsentem ac paratissimam semper sua munera divina dignatione volētibus tradere.] Hæc magnus Dionysius, simul divinæ gratiæ largitatem commendans, simul liberi arbitrij docens libertatem, ex qua malitiæ omnis origo existit. Quod in Pharisæis istis manifestò cernimus. Nō enim fuisse in causa Christum, quò minus Iudæi crederent, satis demonstrat, cùm & verbis egerit, & factis præclarissimis, quicquid ad salutem eorum pertineret: verùm illi neque verba neque facta pētabant, qui essent ambitione & cupiditate impediti. Ita aliás Dominus *Ioh. 5.* declarauit. [Quomodo (inquit) vos potestis credere, qui gloriam ab iniucem queritis, & gloriam, quæ à Deo est, non queritis?] Hæc tota pernicies eorum, hinc fidei, vt Augustinus animaduertit, omnis offendio. Quare si quis saluus esse velit, Dei oculos cogitet, hominum opiniones minimè curret. [Neque in maleuolam animā introibit sapientia.] Rectè *Sapien. 1.* Paulus; [Si hominibus placerem, Christi seruus non essem.] Deum in mente habeto, qui conscientiæ latebras sacerdoti aperis, qui, quid debeas facere, quid omittere, discere cupis. Mores compone, vitam castam, cor syncerum adhibe: ne, si factus accesseris, elidaris, & iuxta immunditiam tuam immundus tibi Propheta respōdeat. Quèd si hodie audierimus Dominum nobis loquētem, ne obduremus corda nostra, ne aures mētis occcludamus, vt olim in exacerbatione deserti. Neque enim impunè abibit, cui dictum sit; [Loquor vobis, & non creditis.] Certè Deus multis rebus nos conuenit, atque alloquitur, vt præsentia contemnamus, futuri insitemus, cœduca & vanâ relinquamus, æterna & manerasce cœmer. Ut innam & credamus, & pareamus, vt digni Dei doctrina efficiamur.

IN E A D E M F E
R I A , C O N C I O
S E C V N D A .

Oues mea & vocem meam audiunt. Ioan. 10.

1. Operum
testimoniū
præferendū.



V M, sciscitantibus Iudæis & quæren-
tibus, an se Dominus Messiam aperte
profiteretur, respondisset latissime ea de-
re esse locatum, & qui esset, factis de-
monstrasse, obstare tamen eorum du-
ritiem & cōtumaciam, quod minus tam
præclaris testimonij crederent; vtrā-
que rem iam confirmat, & opera le fa-
cere idonea, ut cognoscatur quis sit, & illos nihilominus in
sua perfidia sponte perseuerare. [Opera (inquit) quæ facio in
nomine Patris mei, hæc testimonij perhibent de me.] Erat
quidem plurima & admirabilia, & illustrissima quæ patra-
bat, qualia genus hominum nunquam viderat, ac ne audierat
quidem, eadem sic patrabat, vt in nomine Patris sui facta cō-
staret, id est, ea sanctitate, ea potentia, eo veritatis testimo-
nio & argumento, quæ nisi filium Dei gerere erat impossibi-
le, cùm Deus mendacio & nequitiae autor adiutor ve esse nō
possit. Meritò proinde ex ijs operibus testimonium peten-
dum, quod esset idoneum, atque omni ex parte sufficiēs, af-
serebat. De his ipse aliàs dixit; [Ego testimonium habeo ma-
ius Ioanne. Opera, quæ dedit mihi Pater, vt faciam, illa testi-
monium perhibent de me,] Ad vitæ Christianæ instruc-
tiōnem plurimum valet hæc sententia, vt cuiusque hominis te-
stimonium quiuis ex factis petat. Sunt enim ea testimonia
certa, & minimè fallacia. Atque habet hoc natura rerum om-
niū, vt ex ijs quæ efficit, vnumquodq; cognoscatur: si quidē
Ignis sit, vrat oportet, si passer, volabit certè. Pyrus feret py-
ra, nō pruna, prunus contrà pruna, non ficus, olea nō dabit
vuas, sed vitis. Nos verò opera cùm habeamus infidelium,
tamen

Ioan. 7.

que nimis
cōsigilie
nisi.
Dianys. de
Euseb. hi-
rarch. 22. 2.

MF

tamen Christianos nos esse gloriariuntur: & qui belluino more
viuum, homines haberi volumus. Aristoteles sanè dixit id, *Aristot. 9.*
quod est, Cytharœdum fieri cytharizando, & fabricando fa- *Metaph.*
brum. At nos pœnitentes sine pœnitentia operibus esse vo-
lumus, casti sine corporis castigatione, sancti cum licetia las-
ciuè agendi. In tales Bernardus inuehitur: [Sunt (inquit) qui
pauperes esse volant, eo tamen pacto, ut nihil illis desit, &
sic diligunt paupertatem, ut nollam in opiam patientur. Sunt
& alii mites, sed quandiu nihil dicitur, vel agitur, nisi no-
rum arbitrio; patebit autem, quæ longè sint à vera mansue-
tudine, si leuis oriatur occasio. Alij contra alios tam impu-
denter, quæ inaniter & fluant zelo iustitia, se ipsis tam inspi-
cierent, quæ inutiliter palpan.] Multa in hanc senten-
tiam Diuus Bernardus eleganter persequitur, docens non esse
verbis, aut ostentatione nitidum, si absint opera. Sic enim di-
uinus sermo deuuntiat; [Dicite iusto, quoniam bene, quo-
niā fructum adiuventionum suarum comedet. Vxim
in malum: retributio enim manuum eius fiet ei.] Ex manu
suarum quisque labore recipiet, bonus bene, improbus im-
probè. [Nolite errare, ait Paulus: quæ seminauerit homo,
haec & metet.] Quare non magnifici faciendi sunt pulchri com-
positique sermones, vota etiam ampla & præclara non ad-
modum valent: facta, mihi credite, facta (inquam) attendite,
quorum est fidele testimonium. [Opera, quæ ego facio, ipsa
testimonium perhibent de me.] Ita Christus cum filium pro-
bavit ex duobus, qui tametsi iubenti patri ire in vineam, mi-
nus civiliter respondit, tamen poruit atque iuit, cum con-
traria repudiauit, qui se iturum cōfestim pollicitus est, nec iuit
tamen. Non speciosis Deus verbis capitur, sed factis, licet
agrestibus amplius delectatur. Rem gerite, quam Deus iu-
bet, si minus libenter, at non maligne: sequetur animus fa-
ctum, quod cum vi capiatis, cum voluptate finietis. Quæ
sunt initio asperiora vel ieiunio, vel vigilia, vel largitione,
eadem vsu sicut iocunda. Ergo opera semper inspicite, quæ
in nomine Patris facienda curate, id est, ut Dei gloriam, non
vestram, semper queratis.

[Oues meæ & vocem meam audiunt (dixerat) sed vos non cre-
ditis, quia non estis ex ouibus meis.] Nō erat illi plane ones, ues.
2. Officia pœ-

quæ

quæ pastotis vocem audirent: erant potius feræ sylvestres; erant lupi vespertini, canes rabidi, & vulpes erant. At oues veræ pastoris operam, curamq; percipiunt. Has Christus vocat, agnoscit, dicit, pascit, & seruat. Quinq; ea beneficia sunt,

Ezai. 40.

quæ paucis verbis cōplexus est, de quo Etaias mirificè: [Sic ut pastor gregem suam pascet, in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit: scetas ipse portabit.] Quæ de Christo esse prædicta confirmant Eusebius Cæsariensis, &

Enseb. li. 3. de demōstr.

Cyrillus Alexandrinus. Ac David quidem glorians narrabat, quemadmodum viso & leoni resisteret, atque agnum ē medijs fauibus eriperet, ac gregi restitueret. In pastore Dauidis pastorem magnum Christū adumbratum facile omnes cognoscitis, quod Prosper Aquitanicus eleganter explicat: [David pastor ouium (ait ille) vt nostrum signaret pastorem.

1. Reg. 17. diuin. prædict. p. 2. ca.

Et noster manu fortis de ore leonis diaboli, & Petru negantem, & latronē eripuit confitentem.] Videte igitur, quæ sint egregij pastoris officia. Primum Christus vocat oues; deinde vocatas allicit & mulcet; deinde ducit in pascua, mox pascuī ipsius immittit; quæ quidem in præsenti fidei & charitatis sunt pascua, erunt postea vitæ æternæ copiosissima. Atq; inter hæc omnia ita oues defendit & seruat, vt lupum, ferāq; omnem procul arceat, neque detrimenti quicquam pati sinit. Adeò enim sibi charas habet, vt dicat; [Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.] Hæc si omnia explicāda esent pro dignitate, oratio nobis longissima euaderet: illud modò admonebo, cùm pastor gregem dicit, in celum suum necessario gregis passibus accommodare debere, vt non sit celerior, quam ouiculae consequi queant. Id Christus præstit mirificè, cùm gigantis cursum, infantium penè reptantium gressibus attemperauit. Idcirco genus vitæ commune atque

25.

Zech. 2.

visitatum complexus est, quod ipse testatur; [Venit filius hominis manducans, & bibens.] Neque enim voluit asperitatem præferre, quam Ioannes Baptista prætulerat, non manducans, nec bibens, vt inuitaret certe suavitatem ac facilitatem sua peccatores, ad quem propterea Publicani etiama ac meretrices confluebant, neque eos auerſabatur benignissimus Dominus. Meministis olim Iacob causatum filiorū teneritudinem, & gregum infirmitatem, venatoris Etaui confortia

Matt. 11.

sup.

sortia detrectasse: [Si enim (inquit) plus eos fecero laborare, Gen. 32.
quām possunt, vno die morientur omnes.] Id igitur curæ
sit pastori, vt vitæ exemplo ouibus præeat, sed tali & tam
omnibus accommodato, vt sequi omnes possint. Non equi-
dem nego, maiora illum, & celsiora debere moliri, quæ pa-
storem deceant, quæque superiora sint cæteris: verum id si-
bi, & Deo: quærat ad ea secretum: vacet silentio, & castiga-
tioni corporis diuturnæ, orans rapiatur in cælum, si potest,
vbi angeli testes sint: at palam & publicè exhibeat se vnum
ex illis quos regit, humanitate, facilitate, iucunditate. Ponat
sibi ante oculos Paulum, ita se gerentem, ac proinde dicen-
tem: [Siue mente excedimus, Deo: siue sobrij sumus, vobis. 2. Cor. 6.]

Quid bonus pastor ouibus præstet, audistis, quid oues
fideles agant, cognoscite: [Oues meæ (inquit) vocem meam
audiunt, & sequuntur me.] Duo dixit oues præstare, fidem
& opera: id enim est audire vocem Christi, & Christum se-
qui. Vtrumque expressit Paulus, cum dixit: [In Christo Ie- Galat. 5.
su, neque circūcisio aliquid est, neque præputium, sed fides,
quæ per dilectionem operatur.] Atque ipse Christus: [Qui Matth. 7.
audit sermones meos, & seruat eos, comparabitur viro ædi-
ficanti domum suam supra petram.] [Fides enim (ait Iaco- Iacobi 2.
bus) si non habeat opera, mortua est in semetipsa.] Nemo
igitur sibi plaudat de nomine Christiano, nisi nomen offi-
cij impleat, & fidē actibus probet. Quæ verò oues eas duas
res exhibent, quid consequantur pastorem suum sequentes,
potestis hinc etiam intelligere: adiungit enim: [Ego vitam
do eis, & non peribunt in æternum: & non rapiet eas quis-
quam de manu mea.] Ergo inueniunt duo præcipua, malis se-
curitatem cum summi boni abundantia. Libertatem ac secu-
ritatem harum ouium Christum sequentium, vna quædam
ex ipsis de se ostendit: ita enim Sanctus Hieremias dixit: [Et Hiere. 17.
ideò non sum turbatus, te pastorem sequens.] Cui alias Pro-
pheta congruit de ijs pascuis affirmans: [Non erit ibi leo,
nec mala bestia, & non nocebunt in vniuerso monte sancto
meo.] Causam tantæ securitatis Christus ostendit, cum di-
xit: [Non rapiet eas quisquam de manu mea.] nam [dextera
sua sancta, (vt ait Scriptura) teget suos.] Idcirco summam
sibi esse fiduciam David significabat, cum se in grege opti-
mo sele-

mo selectarum ouium considerans , à tali pastore custodiri,
ne erraret aut raperetur , animaduerteret. Iraque ad ipsum
pastorem conuersus , cantabat : [Virgatua , & baculus tuus ,
ipsa me consolata sunt .] Quanvis enim innumeræ feræ ,
ex quo truculentæ exitium mihi minentur , tamē in tuto me
positum lator , omni timore abiecto , quod te pastorem non
solum virga ad me regendum , sed etiam baculo ad defendendū
armatum considero . Nulla enim vis est , nulla
totius tartarei exercitus potentia , quam extimescat ouicula
diuini pastoris præsidio munita . Ea est ab omni malo
& pernicie securitas . Quæ nam verò pascua ? quæ abundan-
tia bonorum ? [Et ego (inquit) vitam æternam do eis .] De-
scribit Ioannes horum pascuorum lætitiam & vberitatem ,

Apoc. 7. ac gregis illius fortunati felicitatem . [Non eludent ,
neque fitient amplius , neque cadet super illos Sol , aut vllus
æstus ; sed agnus , qui in medio est , reget illos , & deducet illos
ad vitæ fontes aquarum .] Quis prata illa cælestia possit co-
gitatione consequi ? illam amoenitatem ? illam vberitatem ?
illam perpetui veris lætitiam ? Quale illud erit gaudium
dulcissimo pastoris optimi conspectu frui ? illum sibi ami-
cum semper cernere ? mirabili sociorum omnium concor-
dia delectari ? innocentia , mansuetudine , benignitate , ciuium
charitate inuiolabili , nullum esse malitia , intuidix , obtructa-
tioni , timori , reliquum locum ? [Concupiscit & deficit anima
mea in atria Domini ,] aiebat sanctus David . Ac vere , si
quis est , cui in mentem venerit illius beatæ patriæ , non
poterit non vehementi tantorum bonorum desiderio rapi .

August.lib. Augustinum hæc meditantem tantisper audite : [Intrem
1.2. Confess. in cubile meum , & canteam tibi amatoria , gemens inenar-
cap. 16. rabiles gemitas in peregrinatione mea , & recordans Hieru-
salem extento in eam sursum corde , Hierusalem patriam
4. Prædesti- meam , Hierusalem matrem meam :] & reliqua , quæ cœlesti
natio insupe ardore inflammatus adiungit .

rabilis , ne- At illud non bene habet , quod Christus neminem rapere
que liberta- posse confirmat oues sibi creditas de manu sua . At quis scimus
ti tamē arbi plerasque oues Christi , grege deserto , in carnificis manum
trij repug- peruenisse . Nonne David de se fatetur ? [Erravi , sicut onis ,
nans . quæ perijt .] An Esaias nō generatim etiam confirmat ; [Om

nes nos quasi oves erravimus: vnumquisque in viam suam *Esa. 53.*
 declinavit. Ipse Christus se duodecim legisse professus est,
 vnum tamen ex eis diabolum esse factum. Septem diaconos *Iean. 6.*
 Apostoli primos nominauerunt: Nicolaus ex ijs in lupum atq; *Aet. 6.*
 carnificem, grege deserto, conuersus est. Quid ergo sibi illa
 volunt, aut qua veritate nituntur? [Et nemo rapiet eas de ma-
 nu mea.] Duobus sanè modis cōmodè intelligi potest, atq;
 explicari ea sententia Domini. Primum non qualescunq;
 oves Christi, sed prædestinatos æterna atq; immutabili vo-
 luntate cogitare possemus. De ijs enim dicit: [Alias oves ha- *Hanc senten-*
 beo, quæ non sunt ex hoc ouili.] Erant enim oves prædesti- *tiam habet*
 natione divina, quæ luporum magis, quoad prælenstempus, *Augustinus,*
 more versabantur. Hac ratione Paulus scribit ad Ephesios; *tract. 48.*
 [Elegit nos in ipso ante mundi constitutionē, ut essemus san- *quam pro-*
 nauit nos in adoptionē filiorū, per Iesum Christū in ipsum *bat Card.*
 secundū propositum voluntatis suæ.] Neque enim, quoniam *Tolet. anot.*
 sancti eramus & immaculati, elegit nos Deus, si Diuo Paulo *16. in c. 10.*
 fides habēda est, sed cūm nihil inter nos cæterosq; interef- *Ioannis, &*
 set, secundū propositum voluntatis suæ in laudē gloria gra- *Iansen. cap.*
 tiæ suæ elegit nos, ut essemus ipsius gratia sancti atq; imma- *93. concord.*
 culati in charitate. Quare nihil meritorum, nihil boni vñs *Enangel.*
 in nobis cogitandum est, quod diuina electio considerarit, *Ioan. 10.*
 ut quos voluit eligeret: sed ex eodem luto fecit vas in ho-
 norem quæ voluit, luto ipso reliquo alijs, ut quod per se ha-
 bet, vas contumeliaz esset idoneum. Hoc qui intelligit,
 de meritis non extollitur, neq; desperat tamen de gratia,
 sciens esse scriptum vtrumq; diuinitus à Paulo. Cūm enim
 Hymenæum & Philetum ex veritate excidisse, atq; in hæ-
 resim lapsos commemorasset, adiunxit: [Sed firmum fun-*2 Timor. 2.*
 damentum Dei stat, habens signaculum hoc: Cognouit
 Dominus, qui sunt eius, & discedat ab iniuitate omnis,
 qui nominat nomen Domini.] Atq; è vestigio Apostolus
 simile assert vasorum, quod paulò ante exposui. [In magna (inquit D. Paulus) domo non solum sunt vas aurea & ar-
 gentea, sed & lignea & fictilia, & quædam quidem in hono-
 rem, quædā autem in contumeliam.] Si quis ergo se emun-
 dauerit ab istis, erit vas in honorem, sanctificatum & utile

Domino, ad omne opus bonum paratum.] Duas res dixit Paulus, attendite. Nam electionem ac prædestinationem docuit esse immutabilem, atque ex Dei gratia & consilio procedentem. Id significant illa verba, [Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc, Cognovit Dominus qui sunt eius.] At libertatem arbitrij quæ erat alterares ex duabus, continuo adiungendam putauit, ne quis falso sentiret, salutem aut exitum non dari meritis hominum. Proinde dicit. Et discedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen Domini. Itemque post pauca: Si quis emundauerit se ab istis, erit vas in honorem, ubi cernis certe esse vas in honorem, id fieri diligentia & industria liberi arbitrij. Nemo ergo potet prædestinationem obesse libero arbitrio, nemo liberi arbitrij usum etiam præcognitum potet prædestinationi causam, aut subsidium, aut adiumentum afferre. Quomodo vero tanta liberi arbitrij potestas ad salutem aut mortem, nihil deroget aut detrahatur de firmitate & omni modo gratuita electione Dei, si non satis intelligentia assequimur, fide agamus. Intuitum patriæ reseruemus in rebus planè obscuris & captum mentis humanæ prorsus superantibus. Quæ præcepta sunt nobis illa potius cogitemus iuxta sapientis consilium, certa ratione aliquando perspecturi, nihilo magis gratiæ immobilitatem cum arbitrij libertate, quam cœlontiæ illies diuinæ unitatem cum vera & reali trium personarum distinctione pugnare. Hæc enim non ideo docemur, ut modo aperte in-

Ecli. 3.

4. *Vim* gra-telligenda putemus, sed ut credentes salui simus, visuri certe ex se, om-ni- te aliquando in ipso Deo incommutabilem fideli nostræ venibus tenta-ritatem.


monibus po-rentiorem. Quod si ea Christi verba, [Non rapiet eas quisquam de manu mea,] nō ad æternam electionem & prædestinationē Hæc senten-velimus, sed ad præsentem diuinæ gratiæ vim & efficacitatiā habet Ea tem referre, stabit nihilominus atque consistet veritas Euany. & Chry-gelica. Si enim ones præstent, quod per Dei gratiam valent, fosi. homil. vt vocem pastoris audiant, vt vestigia eius sequantur, nihil 60. quā To-erit quod perhorrescant, nulla vis tanta, nullæ copiæ, quæ eis let. annotat. nocere queant, atque eas de manu pastoris inuitas rapere. 17. non im-Nulli tyranni, nullæ tentationes, nulla persecutions, non probat. ipsi dæmones vniuersi superare possunt animum Christi præsidio.

prædio bene munitum. Quæ sanè est prouersus illa eadem Pauli sententia , sic de Christi charitate gloriantis: [Quis Rom. 8. nos separabit à charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an famæ? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? Et mox:] In his omnibus superamus propter eum , qui dilexit nos. Certus sum enim , quia neque mors , neque vita , neque Angeli , neque Principatus , neque Virtutes , neque instantia , neque futura , neque fortitudo , neque altitudo , neque profundum , neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei , quæ est in Christo Iesu Domino nostro.] Tanta est diuinæ charitatis & gratiæ vis. Quid si quis vincitur , & à Christi grege seducitur , sponte is malo suo assensus est , per Dei gratiam non stetit , cui si adhærere voluissest , superior omnibus inimicoram viribus fuisset. Vnde autem hæc tanta virtus & munimen , declarat Dominus : [Pater meus quod dedit mihi , maius omnibus est , & nemo potest rapere de manu Patris. Ego & Pater vnum sumus.] Docet manum suam , & Patris esse eandem , id est , potentiam & facultatem , qua omnia moderatur , ut vult , quam accepit à Patre Christus , non imminutam , neque illa ex parte inferiorem , quam habeat ipse Pater , cùm sit vna , eademque vtriusque facultas , & potestas , sicut vna , eademque natura atque substantia. Hoc enim declarat , cùm dicit : [Ego & Pater vnum sumus.] Neque enim Pater sibi quicquam detraxit , ut daret Filio , neque divisit potentiam atque substantiam : sed totam communicauit & dedit. Itaque est vna & eadem vtriusque : ac proinde æquè Deus est Filius , atque ipse Pater. Quod plane intellexere Iudæi Christum de se prædicare , propterea quod vim verborum illorum : [Ego & Pater vnum sumus:] eam esse , idque declarare , perspicue ratiocinatio instituta demonstrabat. Quo loco pudere sanè debet Arianos hæreticos , ut præclarè Hilarius exclamat , qui in literis Euangelicis probè intelligendis à Iudæis supererentur. Nos verò amplissimam 7. de Trin. Christi Iesu maiestatem cognoscentes ac venerantes , eius gratiæ gratias agamus , precemurque , ut illa sua pastorali cura & diligentia hasce ouiculas in perpetuum conseruet & regat.

FERIA QVIN-
TA POST DOMINICAM
PASSIONIS, CON-
CIO PRIMA.

Remissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Luc. 7.

i. Gratia
vicitur natu-
ræ propen-
sionibus.



A B E T consuetudo diuinæ sapientiæ, ut natu-
ralibus bonis ad gratiæ superiora munera impar-
tienda vtatur, atque vt ipsas propensiones natu-
ræ insitas diuinis institutis accommodet. Non
enim naturæ gratia cōtraria est, neque eam cūtuit, vt Theo-
logi summi recte docēt, cūm ab eodem vtraque autore pro-
ficiatur, & veniat: quin potius illam hæc ornat & perficit.
Itaque in vocatione homiaum ad instituta cælestia, quod
est præstantissimum quoddam munus gratiæ, videmus Deū
ingenio se se illorum maxime accommodare. Paulum, qui
ingenio & doctrina accuratius excultus erat, altiore sapientiæ
dono illustratum, atque ad munus Euangelicæ prædicationis
egregiè euectum, sacræ literæ demonstrant, quemad-
modum animaduertit prudenter magnus Papa Gregorius.
Moysēm eadem literæ perhibent, omni doctrina & scien-
tia Aegyptiorum imbutum: quare legum diuinarum popu-
lo promulgandarum, atque omni administranciæ atque in-
stituendæ Reipublicæ officio idoneum summus legislator
& rerum omnium Conditor iudicauit. [Paulus Apostolus
Gregor. lib. 5. in c. 13. 1. Regum. ait Gregorius) ideo fortasse per doctrinam alijs Apostolis
excellit, quia futurus in cælestibus terrena prius studiosius
didicit. Item Moyses, vt capere vel exprimere diuina pos-
set, in omni Aegyptiorum scientia rudem animum infor-
mauit.] Erant Petrus & Andreas pescatores, pescibus de ma-
ri extrahendis æratem consumperant: hos Christus cū
sibi discipulos adiungere pararet, non nomen, non artem
piscandi.

piscandi contempsit, sed mutato genere piscium, meliorem prouentum capturamque feliciorem pollicitus est. Pastorem ouium Davidem pastorem hominum fecit, ut ipse de Matth. 4 Psal. 77. se confiteter: [De post foetantes (inquit) accepit eum pascere Iacob populum suum.] Hoc planè instituto ac consuetudine sua hodierno die vsus est Christus, qui fœminā auctoritatem hominum diu ac vehementer deditam, in Dei ardenterissimum amorem tradidit, effecitque, ut quæ tunc piter amando peccatrix insignis extiterat, eadem diuino inflammata amore, in fastigium perfectæ cuiusdam sanctitatis evaderet. Hoc enim testimoniam ab ipso Deo est consecuta beatissima illa, & omnibus mortalibus suspicienda & colenda fœmina: [Remissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum.] Nos quoque, si sapimus, cum cælestem vitam meditamur atque instituimus, eam maximè rationem, atque id genus potissimum probabimus, & sequemur, quod ita Deo placet, ut naturali nostræ affectioni & propensioni nō magno pere repugnet. Sunt enim, quibus vita remota, atque ab omni negotio libera magis congruat. Alij ad tractandos homines, & proximorum salutem sancto ministerio querendam, aptiores sunt. Literarum studia quibusdam cordi sunt, quosdam magis capit & tenet externorum charitatis operum usus atque exercitatio. Hic cælibatu bonus est, natura temperata, illi coniugium commodius, qui plus corporis ardore commoueatur, quam ut comprimeret queat. Quæ certè est Apostoli Pauli præceptio: [Vnusquisque proprium donum habet ex Deo: alius sic, & alius quidem sic.] Quam instituendi alias rationem tenere plurimum debent, qui sunt magistri præfectorique morum, ne cuiquam vim afferant, sed naturæ ductum optimis consilijs iuuent, & si qua in parte deflectat, emendent. Si enim equorum frænos permutes, regere eos commodè non possis. Id lex vetus diuinæ habet: [Non induetur vir ueste fœminea, neque mulier ueste virili.] Quod quidem tametsi præceptum politicum est, habet etiam occultioris ac reconditæ eruditioonis amplius, ut uniuersus sit, qui maximè illius naturæ sit accommodatus. Qua in re grauiter peccant persepe patresfamilias, cum filias contra ingenium

& vota virginitatis statum suscipere cogunt, aut filios Ecclesiasticis munijs addicunt: errant etiam maximè Principes, qui officia pro libidine assignant, non satis, ut par est, naturæ facultatisque ratione perspecta.

2. Chari- Quanuis autem, sicut in cælo mansiones multæ sunt, sic etiam viæ multæ ac diuersæ eò ducant, tamen charitatis via fine vlla dubitatione cæteris præstat, Apostolo teste: qui cum varia dona Spiritus sancti commemorasset, adiunxit: [Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro.] Quam demonstrationem continuò facit, ostendens sine charitate cætera nihil prodeſte, & charitate omnia contineri. Reclam. **Ioan. 14.** Nazianzenus nihil charitate esse ditius: rectè Augustinus **1. Cor. 12.** Gregor. Na sine charitate nihil haberí, nihil agi, eam solam discernere **1. Cor. 13.** zianz. orat. inter filios Dei, & filios diaboli. At quanquam vitæ æternæ de modestia, citra charitatem nemo esse particeps possit, quòd Deus cha in disp. seru. ritas sit, & qui charitatis expers sit, eū oporteat à Deo esse Aug. tract. alienum: tamen nō est omnium propriè ac peculiariter emis. in Cano- nere, atque excellere charitate. Cui enim velut proprio mu nicipi. **1. Ioā.** nere, & prærogatiua charitas attribuitur, eum sanctitatis ac **1. Ioan. 4.** perfectionis fastigium tenere necesse est, quales esse Apostolos Ecclesia censet, quos prædicat electos à Deo in charitate. Apostolis verò qui Mariam Magdalenam mulierem prorsus Apostolicam adnumerarit, minime errabit, quippe quæ testimonium ipsius Christi præferat: [Dilexit multū.] Scribit Dionysius Areopagita in cælesti hierarchia principatum tenere Seraphinos, quorum & nomen, & officium nihil sit aliud, quam totos diuino illo igne succendi, & ardore inflammatos eximio amore Conditoris: quos beatissimos spiritus eam ob rem proximos Deo, atque in ipsis veluti **Dionys. de** valuis eius collocatos vult. [Primis (inquit) illis substantijs, **cælesti Hie** quæ post autorem suum Deum locatae, ac veluti in ipsis val- **rarch. c.7.** uis positæ, omnem inuisibilem, visibilemque virtutem conditara longè transcendunt.] Apostolos in terra, Seraphinos in cælo imitata est Magdalena tam ardentí Christi amore inflammatæ, vt ipsos Apostolos aliqua ex parte superare videatur. Nam quem illi deseruere, hæc neque viuum, neque mortuum deserendum sibi putauit: à quo auelli nulla obretatione vel alienorum, vel suorum se passa est: quem mortuum

tuum etiam, atque acerbissimi supplicij turpitudine deformatum, tamen Angelorum pulcherrimorum iucundissimo conspectui anteposuit. Itaque iure carmen illud vendicare sibi posse videtur: [Fortis, ut mors, dilectio: dura, sicut infernus, & mulatio: lampades eius lampades ignis atque flammarum. Quae multæ non potuerunt extinguere charitatem: nec flumina obruent illam.] Neque Apostoli Pauli verbasi vñlaret, immodica ea gloria videri debeat: [Certa sum, quod neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque instatia, neque futura, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu.] Etenim neque mortem, & quidem crudelissimam atque terribilē crucis, neque vitæ conseruandæ studiū, neque Angelorū cōspicuum, neque præsentium malorum tempestatem, neque futurorū spem ac volsptatē, neque aliud quicquā ex ijs, quæ viros etiam constantes deterrent, eius foeminæ ardenter in Christū amorem retardasse, nedum viciisse ac superasse, res ipsæ abundē probant, quas Euangelicis literis cōsignatas, ab ea foemina gestas tenemus. Illud enim cælesti oraculo de se prædicatum encomium sibi perpetuò retinendū, cōfirmandū, atque illustrandum arbitrata est: [Dilexit multū.]

Atque huius excellentissimæ charitatis ut lumen & decus amplius emineat & eluceat, suis veluti partibus demona stranda mihi, atque explicanda videtur ea amoris magnitudo. Fortasse non erit solū iucunda oratio, sed salutaris etiam, quæ animos in diuinæ charitatis splendorē rapiat, atque inflammet. Vultis igitur huius amatricis vim cognoscere? Vide te priusū, quibus telis petita sit, quæ bella pertulerit, dum à Christo eā selungere atque dimouere homines conantur: quibus inuicta celsit nunquā. Charitatis quidē laudē eā primā Paulus ponit, q̄ patiēs sit. Nunc quas persecutiones passa sit foemina, cōsiderate. Phariseus obturatur, Martha soror obtrestatur, ipsi discipuli tremunt, atque indignantur. Magdalena nihilominus dulcissimo Christi amori secura vacat: nihil superbo Simonis fastu & supercilie cōmouetur: nihil Marthæ charissimæ sororis gemitu & querelis retardatur: nihil Apostolorum ira & sermonibus de studio & obsequio liberalissimo remittit. Atqui nostis omnes, quām sint

Cant. 8.

Rom. 8.

3. Chari-
tas Magda-
lenæ in
Christi ar-
dentissima.1. Cor. 13.
Luc. 7.

Luc. 10.

Ioan. 12.

Matth. 26.

acerbæ, & ad tolerandū difficultates obtrectationes sapientum; amicorum, necessariorū: his tamen nihil mouetur hæc fœmina. Quid est in causa? Nempe charitas patiens est.] Nihil etiam pro se respondet accusantibus, nihil criminantibus satisfaciēdum pro se putat. Quid ita? [Charitas nō irritatur.] Amat & tacet, obsequium amoris præstat, aduersantim tēla non curat. Deinde constantiā in amando cōsiderate. Apostoli ipsi, cūm Saluator est cōprehensus ac ligatus, fuderunt: hæc eiā in cruce pendentī interrita affuit: sepultus est piorū officio Christus: peracto eo officio cæteri abierunt, hanc remāsse in regione sepulchri inerentē, atque sustinēsam hæ-

Matth. 27. remane in regione Iepucliti in oriente, atque iupetam ha-
fisse, Matthæus scribit. Sanctæ mulieres summo mane ad mo-
numentū, quo erat illatus Christus, contulerunt: nō inue-
nisse se Dñm discipulis renentiarunt; illi accurrēre, vt reū
explorarent: cōfestim redire domū. Hæc perslitit, cæteris
abscedentibus, semel atque iterū, ac tertio quæritans charū
sibi magistrum, & nullū quærendi & explorādi finē faciens.

Ioan. 20. *Nimirū[charitas omnia sustinet.] Ad hāc illud animaduertite ardentiissimi amoris verissimum argumētū, q̄ quoties ferē contigit occurrere Dño, & congregri, habuit Ianē congresio verborū admodum parum, lachrymarū certè plurimam. Est enim minimē verbosus verus amor, maxime vero*

Ioan. 11. actionis apud hanc hanc quidem nocturno die ne viderem
quidem ex ore peccatricis sonat. In Lazari excitatione quā
brevis sermo: [Domine, si fuisses hic, non esset mortuus fra-
ter meus.] Quæ verò lachrymarum copia, quis imber, tum
apud Pharisæum, tum hic in Bethania, vt Iudei plorare con-
pulsi sint, atque ipse Dñs non illachrymari nō potuerit, illo
fletu tanto fœminæ conspecto: Iam post resurrectionē ver-
ba paucissima Angelis retulit, Dño ipsi, quem hortulanū cœ-
debat, per pauca: flendi verò tantus ardor, vt rogate coger-
ret, cur ita fleret? O præclaram orandi artem! o facultatem ad
quiduis diuinitus impetrandum idoneam, pauca dicere, flere
multum! Idq; fœminis præsertim magnū profecto ornamē-
tum assert. Postremo, si vim amoris huius penitus intellige-
re velitis, quæ & quantæ pro Christo reliquerit, considerate:
quibus verbis Christi viuis obsequium anteposuerit: [Si
Cant. 8. dederit (ait in sacro carmine Salomō) homo yniuersam sub-

Cant.8. dederit (ait in sacro carmine Salomō) homo vniuersam sub-
stantiam

stantiam suā pro dilectione, quasi nihil despiciet ēā. Beneid quidē! At hæc & sua omnia, & se se, &, quod omnium maximum, famam existimationemq; suam propter Dñi amorem abiecit, atque contempnit. In prima enim conuersione non illecebras modō & fastum, ornatumq; illum mulieribus in primis charum, nobilibus præterit atque elegantibus, sibi ipsa detraxit, sed decus, & gloriā, & dignitatē omnē ad pēdes Christi deposituit, seq; ludibrio & fastidio superbi Pharisæi in medio consilio irridendā & lacerandā libenter dedit. Quid: cū silentio à Martha forore de aduētu Salvatoris certior facta est? At nō cōfūstī, nulla salutationē reddita pri marijs hominibus, qui frequentes aderant, ad pēdes Christi aduolauit, eosq; ne pedes originū hominū omnium modō, sed etiam Angelorū imper prætulit? Etenim, cū extinctū lugeret monumēto incubās, neque Apostolos secuta est in urbē reuertētes, neque Angelos se amicē & suauiter appellātes in pretio habuit, tota ea in cura & cogitatione defixa, vt Iesum saltē mortuū inuehiret. Quo ex animi vulnere tota lauicia, vt præclarissimè Origenes differit, nihil aliud dicere, nihil cogitare poterat, nisi Iesum: nihil alijs etiam aliud in mētem venire putabat, quæ, ne nominato quidem Iesu, ita loquebatur: [Si tu sustulisti eū, dico mihi, & ego eum tollam.] Quē eum? Certè mentem pro verbis sufficere opinabatur, neque esse aliū posse, de quo ageretur, nisi suum Iesum. Ardenter enim amantium est, vt, quæ volunt, cæteros intelligere putent, etiam si minus ipsi significant. [Dilexit multum.]

Ioh. 11.

Ioh. 20.

Orig. in ho-
mil. de Re-
surr. Dñi.

Ioh. 20.

4. Prinile-
gia Magda-
lene præcla-
rissima.
Pron. 8.

Luc. 10.

Marc. 14.

Huic Magdalena tam insigni amori, atque eximiæ in Christum charitati, præmia profectò digna respondent: si quidē sapientiae incarnatae vera vox est: [Ego diligentes me diligo.] Primùm enim, quod sui ipsa oblitera nihil calumnioribus suis respondit, Christus semper eius causam suscepit, præclaro ubique patroni munere functus est, criminatores eius arguens ac refellens. Ita hodierno die Pharisæum tumētem, atque peccatricē auersantem cōsulat, lōgè præferendā ipsi, quā tantopere fastidiebat, demōstrans. Ita Marthæ querimonias repressit, nō desidiosam & torpentem, sed prudēti cōsilio meliora sibi que gratiora secutam defendēs. Ita Iudæ furenti, cæterisq; Apostolis grauiter ferentibus vnguēti pre tiosissimi

- Matt. 26.** tiofissimi iacturam, respondit Iesus, non esse id facinus vituperandum, sed magna cum laude eius fœminæ totò orbe prædicandum, quod morituro officium idoneum præstitit. Denique huius se fœminæ perpetuò Christus nō modò defensorem præbuit, sed etiā laudatorem atque prædicatorē. Quale autem, & quantū sit Dei ore laudari, vos cogitate. Iam huic ante omnes Apostolos, præ ceteris sanctis mulieribus, primæ Christus Iesus, ubi à mortuis resurrexit, se se videndum obtulit: hanc ante omnes dulcissimè salutavit, proprio compellans nomine: [Maria.] Quid tum illa beatamens sit? quid animi fuit? quid gaudij cognito, quem sic amabat, Iesu? [Anima mea liquefacta est,] ut sp̄s locutus est, dicere eam putate in sacro carmine. Cur Mariæ Magdalenæ primus Iesu resurgentis aspectus datus, & prima congressio? Quod illam præ ceteris amare se, Dominus nouerat. Ecclesiæ autoritati credere possumus, sic interpretantis: [Prima meretur gaudia, quæ plus ardebat ceteris.] Iam verò dignitate prædictam amplissimam cogitate, cùm à Christo Apostolorū ipsorum Apostola hęc designata est. Vniuerso mūdo Apostoli Christi resurrectionē annuntiarunt: id enim summam Euāgeliū Paulus esse docuit, ob id in omnē terrā exiisse sonum. Apostolorū: at Apostolis ipsis qui Christū resurrexisse doceret, hęc delecta est, huic mandatū: [Vade ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad Patrem meū, & Patrem vestrū: Deū meū, & Deū vestrū.] Quod munus diligenter obiit sancte. [Venit (inquit) Maria Magdalena annuntians discipulis, quia vidi Dominū, & hęc dixit mihi.] Cui q̄ minus fidem habuissent testificanti discipuli, à Christo reprehensi, vituperatiq̄e sunt. Atque, vt finem faciā dicendi, eius quę multū dilexit, nobilissimum prēmium fuit, altissimæ cuiuldā contemplationis singulare atque incredibile priuilegium. Dulcissimæ cōtemplationis fructū capiens ad pedes Dñi asidebat, ibi mēte illud voluebat, re præstabat: [Sub umbra illius, quę desideraueram, sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.] In ea cælesti voluptate capienda cōmendata est huius & prudentia, & felicitas. [Maria optimā partem elegit, quę nō auferetur ab ea.] Ei dulcedini assuefacta à corpore Iesu etiam mortui diuelli non poterat: Aquilæ cuiusdam instar regiae, quę vt Scriptura habet,

habet: [Vbi fuerit corpus, illuc protinus aduolat.] Atque huius tantæ suavitatis fructus contemplationis ad summum perductus est, cum iam excitato ab inferis Domino, iam illius Euangeli longe lateque prædicato, in emotissimam atque editissimam rupem Malsiliensis regionis ipsa concessit, vbi reliquum ætatis totos triginta annos non humanam vitam, sed prorsus Angelicam egit, in cælos septies quotidie sublata, ineffabili Iesu amore suspeſa, voluptate ac felicitate fruēs illa diuina, quam neque eloqui neque verò cogitatione asseQUI quisquam potest. Cuius spectaculi magnitudinem mihi delineare quodammodo videtur Spiritus sanctus in volume
ne Job, ita loquens: [Nunquid ad preceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum suum? In petris manet atque in præruptis silicibus commoratur, atque in inaccessis rupibus, inde contemplatur escam, & de longè oculi eius prospiciunt, pulli eius lambunt sanguinem, & vbicunque fuerit cadaner, statim adeſt.] An non aquilam nominemus, quæ volauit altissime? an nō nidū huius aquilæ in præruptis silicibus atq; in inaccessis rupibus cernimus? Certè Mafilia hodie rupes ea extare dicitur testis tanti miraculi. Quid de contemplatione escæ? an fuit villa esca, fuit illa huic cibus, quo viueret, præter Christum? In eo tota erat, illic habebat, oculis atque animo auelli inde non poterat, quam longe positam escam perspiciebat, quandiu ad dexteram patris sedentem iacens ipsa in corpore mortali cogitabat. Interim recordabatur & frequenter, & dalciter fasi quondam sanguinis, atque vniuersæ illius passionis memoria iucundissima palcebatur. Illuc aduolabat animo, illic versabatur dies, & noctes. Pullos enim huius aquilæ dulces ac teneras eius recordationes ac cogitationes de Christo non inepte accipio, cuius sanguinem ita suauiter cogitabat. Cogitabat, vt lambere merito dicatur, eius memoria ita tota erat affixa, vt rectè sit dictum, vbicunque fuerit illud cadaver, confessim eam conuolasse. Quæ quoniā de magnitudine amoris huius sanctissimæ fœminæ, deq; eximia felicitate, quam etiā inter mortales agēs, cōsecuta est, pro nostra facultate satis, pro votis parū, pro eius diuinis meritis angustè admodū dicta sunt, dicendi finē faciamus, & quod orationi deest, precibus pijs agamus,

agamus, ut ad peccatores nos peccatrix ipsa aliquando respiciat, & præsentem sibi Iesum nobis propitiam reddat, ut optatissimo cōspectu frui, meritis & intercessione eius, quæ multum dilexit, nobis qualibuscunque dilectoribus detura.

IN EADEM FERIA, CONCIO SECUND A.

Rogabat Iesum quidā Pharisæus. Luc. 7.

1. Dei clementiam in peccatores conuersos ostēdi in hac peccatrice.
2. Tim. 1.



AVLV S Apostolus scribens ad Timotheum, se ipsum demonstrat documentum peccatoribus datum, ut magnitudinem diuinæ clementiæ cognoscant, atque ad salutem suam quærendam informentur. Verba Apostolica recitare placet, quæ sunt obseruatione dignissima: [Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quoniam Dominus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum ego primus sum, sed ideo misericordiam consecutus sum, ut in me primo ostenderet Iesus Christus omnem patientiam, ad informationem eorum, qui credituri sunt illi in vitam æternam.] Exhortari voluit peccatores exemplo suo, ne disfidant, cùm sit tanta misericordia Deus, qui potius ex acerbissimo hoste Ecclesiæ fortissimum ducem factum considerantes, intelligent nullam scelerum vel copiam vel magnitudinem obstat, quò minus de magnis peccatoribus magnos Sanctos diuinæ bonitas facere posset. Sic ut enim viris Paulū proposuit documentum, ita fœminis sapientia Dei Mariam Magdalenam proponendam existimatuit. Nam fuisse hanc mulierem, quā Lucas peccatricem nominat, illam ipsam Mariam, de qua Marcus & Lucas septem electa dæmonia narrant, quam Ioannes sororem Marthæ & Lazari dicit, tametsi quidam

Marc. 16.
Luc. 8.
Ioan. 11.

quidam olim Patres fecerint, nos cum Ecclesiæ pro-
pe vniuersitate cōsensu teneamus, dubitandum nullo modo pote-
mus. Ergo Maria Magdalena commode nobis hodie usurpa-
re posse videtur verba Paulina, seqꝫ; primā inter peccatrices
confiteri, atque ideo tantū gratia cōsecutā, vt posteritas vni-
uerſatam illuſtri pœnitentia exemplo informetur. Appa-
ret enim arqꝫ elucet ſatis in hodierno Christi ſacto, quod ſer-
mo Elaiæ propheticus olim habet: [Hæc dicit Dominus Deꝫ
sanctus Israel; Cum reuersus ingemueris, ſaluuſ eris, &
ſcieſ, vbi fueris, quia confidebas ſuper vanis.] Quo testimo-
nio antiqui Patres, Græci p̄fertim, ſa penumero utuntur,
tamen Hebraica, & iuxta ea communis editio aliter ha-
beat. Sed illam Septuaginta interpretum habere legitimam
tuam autoritatem, viri docti facile intelligunt, ſiquidem
per trecentos & amplius annos Ecclesiæ canonica interpre-
tatione caruiffe, non potest, ſalua eius autoritate, concedi:
ſed de hac re aliás. Quod attinet ad negotium, quod ſuſce-
pimus, ſi quis Elaiæ fidem non habet, quod cum pri-
mum peccator reuersus ab iniuitate ingemuerit pœnitentia
digna, ſaluuſ ſit, conſpecta hodie muliere peccatrice,
dubitare non poterit, quæ non modò flagitorum ſuorū ve-
niā est consecutā lachrymis ac pio dolore, verum etiam ad
magnum ſubito culmen sanctitatis euecta. Fuit enim in-
gentis operis laus, quæ Deo vni est propria, tantopere mu-
tare niuentem hominis, idque breui, vt ex obſceno atque im-
pudico amore, in coelestem diuinūque amorem, pene nullo
interuallo interiecto, conuerteretur. Id ſe Deus poſſe facere
pollicetur, vt cor, quò velit, vertat & transferat. [Auferam
(inquit) à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneū.] Ea Ezech. 36.
res quo pacto euenerit, diligenter attendite.

[Rogabat Iesum quidam Phariseus, vt manducaret cum illo. Et ingressus domū Pharisæi discubuit.] Nō eſt alperna-
tus Dominus epulas Pharisæi; quanquā enim ſatis nouerat, catoris esse
eius & perexiuā fidem, & magnā arrogantiā, tamen para-
bat optimus coniuia melius illi coniuiuū, quò vel ſuperbiā
hominis deponeret, vel fidem etiam conciliaret ſibi. Namqꝫ
vt elegāter sanctus Petrus Chrysologus dicit, [Pharisæi do-
mum Christus intrauit, non accepturus Iudaicos cibos, ſed
diui- f. 3. Cor com-
punctū pec-
tatoris esse
in delicijs
Deo. Petrus Chry-
ſologus ſerm. 93.

diuinam misericordiam largiturus : neque accubuit pocula saporata melle, floribus odorata sumpturus, sed pœnitentis lachrymas ex ipsis oculorum fontibus potaturus. Deus delinquentium gemitus esurit, sitit lachrymas peccatorum.] Pulchre hæc, ut dixi, Chrysologus. Etenim inter omnes epulas nulla diuino palato iucundior & dulcior corde peccatoris, compunctionis cultro cæso, & charitatis igne decocto. Euangelica parabola docuit quād id sibi festiuum ac latum esset, qui nonaginta ouibus relictis, vnius perditæ studio dicitur, quainuentafestos ludos cum amicis agitat. Idque eo perducit, ut afferat plus sibi afferre latitiae peccatorem vnu recuperatum, quam nonaginta nouē iustos qui in fide stant. Equidem suauissimum Deo epulum existimo cor contritum, quodque nunquam ille fastidiat ac respuat. Neque ea mea sententia est, sed Davidis ita afferentis. [Cor contritum & humiliatum Deus non despicies.] Id ipse poscit & flagitat, [Fili mi præbe mihi cor tuum.] Si placet igitur, fratres, id genus edulij conuiuæ Christo appositum cernere, si spectare iuuat cor aliquod diuino gustui quam optimè accommodatum, atque conditum, oculos conuertite in Lucam, digito vobis eam rem indicantem: [Ecce inquit, mulier quæ erat in ciuitate peccatrix.] In medias epulas venit, lachrymas suas conuicio adhibuit, neque se fastidio fore putauit, quæ iam quo Christus delectaretur cibo, diuinitus erat edocta. [Poenitentia, ait idem ille Chrysologus, ponit mensam, sercula compunctionis apponit, panem doloris infert, potum lachrymis temperat in mensura.] Dere adeo vili, imo vero adeo putri & foetida, quale cor peccatrix erat, instituitur Christo obsonium. Quis hoc ferret? Mulier & quidem peccatrix, idque in ciuitate, quod ego (quicquid subtilius alij interpretentur) publicam & famolam peccatrixem accipio, atque Chrysologo afferenti, [iam non solum peccatrix, sed ipsius civitatis facta fuerat ipsa peccatum:] mulier (inquit) famosa peccatrix Christo pro delicis in cibum offertur. Neque offendit eum iri tam tetro conuiuo verebitur? Phariseus certe ad primum aspectum statim commotus est, & sane stomachans conuiuam suum tanquam rusticum & crassipalati hominem est aspernatus, quod vel tactum ipsum

Matt. 18.

Luc. 15.

Psal. 50.

Prov. 23.

Chrysolog.
serm. 93.Chrysolog.
serm. 93.

sum conselerat & mulieris ferret, neq; eas sordes procul repelleret.

Humani, nimirum, stomachi id est familiare vitium, vt sordes suas facile deuoret, alienas ferre non possit. Sic planè Petrus Apostolus commouebatur, neq; & quo animo ferre poterat, cum esurienti ostensalunt multiplicia genera quadrupedum, reptilium, canum (inquam) & colubrorum, & lachratorum, cæterorumq; sordidorum: cui, quanvis respuenti & nauseanti, disinitus imperatum est; [Surge, Petre, occide & manduca.] Cùmq; is referret: [Absit à me, Domine, quia commune & immundum nunquam manducavi:] Secundò est ei dictum: [Quod Deus sanctificavit, tu commune ne dixeris.] Docet nos Scriptura peccatorem per se quidem esse inhumandum, & omni tetro atq; obsecrano cane vel angue turpiorem, sed diuinitus tactum, & cælesti quadam arte consecutum, non esse ineptum cibum, vel potius omnibus illecebris & condimentis ei, qui Dei habeat gustum, suauius ac dulcius sapere. Coquorum certè id arte fit, vt aper, qui truci aspectus sit, & si crudus apponatur, ferri non possit: tamen decoctus igne, & condimentis idoneis affectus, optimum atque etiam regium cibum præbeat. Spiritus sancti propria est ars humanū, cor alioqui cruentum, & turpe, & tetur ita condire, eo modo parare, vt Deo ipsi in delicijs sit. Eum cibum quamlibenter caperet, quam cupidè expeteret Christus, declarauit, cū alias epulas ieuno offerentibus suis dixit; [Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis.] Quis vero is cibus fuerit, nosse si cupitis, spe state patienter, mulierem Samaritanā pellicata turpi implicitā Christi animum ab alio cibo capiendo ad se auertisse. Quo sanè documento vehementer nostraignauia refutatur, nostræ deliciæ arguuntur, cùm homines viles aut fœminas, multis præsertim flagitijs contaminatas auersamus: elegantes ac nitidos auditores pœnitentesq; expetimus. Quin potius si diuinitus tactas animas viderimus, si desiderio salutis pulsatas, ne cū phariseo repellamus & repudiemus: sed cum Christo recipiamus libet er, atq; amplectamur. Etenim Dei dexteræ difficile nihil est: atq; in locis vbi prius habitabant dracones, oriri potest viror calami & iunci, iuxta propheticum dictum. Fieri sanè potest, [vt li-

Act. io.

Iean. 4.

banus transeat in Carmelum, Carmelus autem in saltum reputetur, quod hodie accidisse videmus. Quę enim erat peccatrix, iustitiam adepta est: qui verò iustus existimatione sua, is iniustitiae damnatus est. Quia id ratione euenerit, dicā.

3. Cognitio Iesu, ini-
tii saluiss.

Ezai. 30.
iuxta 70.

Ambro. lib.
10. in Luca

Lnc. 19.

Ezai. 5.

[Ut cognovit (inquit) quod Iesus accubuisse in domo Pharisæi, attulit alabastrum vnguenti.] Initium iustificationis fides est: prima salutis exordia ex veri cognitione ducuntur. Haic foeminæ salutare fait cognovisse, vbi nā esset Iesus: inde illum querendi, & promerendi initiu sumptū. Reclam̄ Elalias dixit; [Vbi reuersus ingemueris, saluus eris, & cœles vbfueris.] Salutis prima spes, agnoscere morbus, medicū desiderare. Peccatrix sanè hac vbi esset, cœpit considerare, in quibus sordibus, in qua labe, in quo exitio verllaretur: tū tantis malis remedium afferre posse solam Iesum, qui esset Salvator vnicus peccatorū. Hinc & dolor, sensusq; intimes maiorum, in quibus erat; hinc ardens desiderium medici, hinc lachrymæ illæ largiter manantes. Ut cognovit, aperuit oculos, se ipsam intuita est, lachrymas copiolas fudit. Petru negante Iesus respexit, aspectu Christi, Petri oculi percussi, apertiq; sunt, & in fletu protinus prorupere. Bene hoc Ambrosius prædicat, sic scribens: [Bonæ lachrymæ, quæ labant eolpam. Deniq; quos Iesus respicit, plorant delictum. Negavit primò Petrus, & non fleuit, quia non respexerat Dominus. Negavit secundò, non fleuit, quia adhuc nō respexerat Dñs. Negavit & tertio, respexit Iesus, & ille amarilissimè fleuit. Respice, Domine Iesu, vt sciamus nostrū deflere peccatum, lauare delictū.] Ita quidē Ambrosius. Attamē Hierosolymam cùm aspiceret Dñs, flebat, dicebatq;: [Si cognovisses & tu.] Eleres quidē, si te ipsa videres: quod facio, faces, si cognosceres, quæ de te ipse cognosco. Nā quæ alia, fratres, causa sit, q; cùm malis tot vrgemamur, nihil flemus, nihil dolemus, nisi, quod malorum maximū est, q; mala nostra nesciamus: non consideramus, non attendimus, non animaduertimus? Inde risus, & ioci, & nugæ, cū lachrymæ & lamēta abū dare deberent. Inde vniuersa petnices, nihil eo morbo petulosis, qui ipsum, qui patitur, latet. Ita deliramus, & ludicris tenemur, cū remedia leuera quære et debemus. An non id Elalias vaticinatur præclarè? [Cythara (inquit) & lyra, & tympanum.

tympanū, & tibia, & vinū in cōsilijs vestris, & opus Dñi nō respicitis, nec opera manū eius cōsideratis. Propterea capti-
vus ductus est populas meus, quia nō habuit scientiā, & no-
biles eius interierunt fame, & multitudo eius siti exaruit.

Propterea dilatauit infernus animā suā, & aperuit os suum absq; vlo termino.] Videlis, quò progrediatur oblitio Dei

& Iai: quād implet sinu omnes tartari multitudine dāna-

torū cōsiderationis inopia. Meritò Bernardus bonoru om-

nium matrē cōsiderationem prædicat: [Et primū quidē (in-

quit) ipsum fontem suū, id est, mentē, de qua oritur, purifi-

cat cōsideratio: deinde regit affectus, dirigit actus, corrigit

excessus, cōponit mores, vitā honestat, & ordinat. Postres-

mò diuinarū pariter & humanarū rerū scientiā cōfert.] Mul-

ta adiicit Bernardus alia, eaq; præclara: sed hæc sufficiunt, vt

& bonis agendis, & malis corrīgēdis magnopere pdesse con-

siderationē intelligamus. Quāobrem Apostolus magnope- Ephes. i.

re nobis optat, & precatur illuminatos oculos cordis, [vt

sciamus, quæ sit spes vocationis nostrę.] Qui enim fieri pōt,

dic mihi, homo, vt si scelerū tuorū molē cōsideres, si imma-

nia supplicia, quæ te manēt, animaduertas, si in sola pœnitē-

tia opportunū tibi remediū sitū cogites, vt nō confessim ex-

grati somno experrectus, saluus esse cupias? si Iesum vocant-

ē & remedia offerentē videas, num fieri potest, vt tuā salutē

negligas? vt nō accurras, & beneficio oblato potiaris? Quid

igitur expectas peccator? En vocat, en p̄f̄stolatur? en dīcū

bit, ad Pharisæi mēsam te conuiuam inuitās. [Expectat Dñs Esaï. 30:

vt misereatur vestri, ideo exaltabitur parcēs vobis,] ait Pro-

pheta. Quid igitur moramur? quid non festinamus, & curri-

m⁹, vt hodierno die salutē tātopere desiderādā cōsequamur?

Magdalena sanè nihil est morata, confessim ad reinedia 4. Officia
quærenda conuoluit: id verò qua sapientia? quād admira- peccatricis
bili cōfilio egit? Primum ornamenta omnia, cultumq; illum egredia in
elegantem sibi detraxit, deinde pompa & comitatum de- pedes Chri-

spexit, deinde vetes: is corruptela instrumēta tanquā captiuā fli.

Spolia Christo detulit. Sic olim David gladiū Goliat, sic Iu-

dith conopāum Holofernis templo suspendit. Pictiosi vñ-

guenti pyxidem, quibus illecebris anteā delectabatur, pedi 1. Reg. 21.

bus Dñi vngendis adhibet: capillos illos, quibus tot mileros Indith 16.

amaqtes irretigerat, in linteum vertit siccādis Iesu pedibus,

mollien.

moliendisq; aptum? Quibus ocalis incendia libidinū in ple-
rosq; mortales iniecerat , ex iſdem oculis imbræ lachry-
marum copiosos demittit, qui & notas antiquæ labis deter-
gant, & flammæ excitatas extinguant. Os illud , cuius dul-
cedine atq; eloquio, mentes hominum plurimorum, ut Cir-
ce altera, cuperat: in oculandis Christi vestigij totum hæ-
ret, & cor ipsius illuc perpetuò affigit. O singularem amoris
vim! Ofemina omnibus viris fortiorē! Infinita sunt im-
pedimenta, quæ vicit, quæ disiecit, quæ rupit. Fœmina, &
nobilis fœmina, & locuples, tamen sola, in alienas q̄des, hora
importuna, in conuiuum non invitata vadit: in medias epu-
las lachrymas affert, pro musica luctum & gemitus conuiuo-
tribuit. Nec se irrideri, neq; se contemni curat. [Discite, quo
dolore ardet, quæ flere inter epulas non erubescit;] dixit

Gregor. bo-
mil. 33. in
Euangel.
Chrysolog.
serm. 93.

Gregorius; sed ante Gregorium Chrysologus facundia mi-
rabilis sic declamat: [Phariseus ad manducandum vocat Chri-
stum: quid ibi quærit mulier non vocata? clauſtra domus nō
prætampit extraneus, conuiuij ſecre tum non præſumit nō
invitatus intrare, cibos paratos relaxandis mentibus post la-
bores perturbare non audet arbitrii luxuriosus: & quid eſt,
quod hæc mulier ignota, imò malè nota, onusta luctibus, ple-
na lachrymis, clamolosa planetus, neſcio ianitore, nullo cōſcio,
ipſo ignorante pastore, domus aditus percurrit omnes, tran-
ſit totas ministeriorum cateruas, ipſum conuiuij peruolat ad
ſecre tum, & facit domum lætitiae domum lamentationis &
planetus:] Haec enus Chrysologus. Nihil igitur pudor hu-
manus, nihil existimationis ſuæ iactura remoratur, vnaſalutis ſuæ cura ac cogitatione tenetur. Ut enim cerauus telis pe-
titus & fauicius, in fontes aquæ properat, inuia omnia præ-
teruolans, per rupes & care et a, & spinolaviam ſibi aperiens:
ſic hæc nihil obſtare ſibi putauit, quod minus curlum ad Chri-
ſum, qua poſſet ſumma celeritate, cōtēderet. Aiebat enim:
[Quemadmodum deſiderat cerauus ad fontes aquarū, ita deſi-
derat anima mea ad te, Deus.] Quæ ſimul atq; optatis Chri-
ſti vestigij potita eſt, incredibile dictu eſt, quā vim lachry-
marum profuderit: quo animi, atq; oris ardore plantas illas
ſacras exocularetur, quo studio, qua pietate premetet, ac te-
neret. Inter hæc ipſa officia charitatis identidem ex vetere
carmine.

Pſal. 41.

carmine repetens: [Inueni, quem desideravit anima mea, te- Cant. 3.
 nui eum, nec dimittam.] Ita pia fœmina Christi vestigis
 semper inhæsit: auelli inde animo nunquam potuit: corpo-
 re, cūm licuit, etiam frequentauit. Nimirū, iij pedes sunt,
 qui salutis nostræ viam consecere: iij sunt, qui quærēdis per-
 ditis nobis per montes, & deserta, & alpera defatigati felsi-
 que sunt: iij pedes sunt, quos clavi cruci affixere pro nobis: iij
 pedes sunt, ex quibus sanguis abluendis nostris maculis mul-
 tus effusus est: iij pedes sunt, quorum terra vniuersa scabellū
 est: iij denique pedes sunt, qui stant in monte Oliuarum ad iis
 dicandum orbem terrarum. Ex ijs salutem petere atque ex- Zach. 14.
 pectare debemus: & quoniam [qui appropinquant pedibus
 Domini, eos de doctrina eius accipere] Moyses afferit, nos Deut. 32.
 & doctrinam, & misericordiam, & gratiam libēter oblatam
 capiamus, atque (vt ait Paulus) [opportunè ad thronum gra Heb. 5.
 tia accedamus, vt misericordiam inueniamus.]

FERIA SEXTA POST DOMINICAM PASSIONIS, CON- CIO PRIMA.

Collegerunt Pontifices, & Pharisæi conciliū.

Ioan. II.



M N E S vel mediocriter cōstitutæ re- 1. Iudæorū
concilia per
uersa, quod
spūlicæ, omnes digni eo nomine Prin Dei religio
cipes, habent certa concilia sua, quibus ni principa-
adhibere solent homines prudentes & tuus studium
gnaros rerum, quō melius grauia & ma- anteponerēt:
gna, quæ incident, negotia expediri ubi Psalm⁹
queat. Atque pro diuersitate rerum & secundus pro
causaram, solent etiam diuersa concilia prio sensu
& collegia constitui, ijs maximè attributis senatoribus, qui exponitnr.

*Prov. 11.**Ecclesi. 32.**Sap. 6.**Sap. 6.**1. Mach. 8.**Proph.**10.**11.**12.**13.**14.**15.**16.**17.**18.**19.**20.**21.**22.**23.**24.**25.**26.**27.**28.**29.**30.**31.**32.**33.**34.**35.**36.**37.**38.**39.**40.**41.**42.**43.**44.**45.**46.**47.**48.**49.**50.**51.**52.**53.**54.**55.**56.**57.**58.**59.**60.**61.**62.**63.**64.**65.**66.**67.**68.**69.**70.**71.**72.**73.**74.**75.**76.**77.**78.**79.**80.**81.**82.**83.**84.**85.**86.**87.**88.**89.**90.**91.**92.**93.**94.**95.**96.**97.**98.**99.**100.**101.**102.**103.**104.**105.**106.**107.**108.**109.**110.**111.**112.**113.**114.**115.**116.**117.**118.**119.**120.**121.**122.**123.**124.**125.**126.**127.**128.**129.**130.**131.**132.**133.**134.**135.**136.**137.**138.**139.**140.**141.**142.**143.**144.**145.**146.**147.**148.**149.**150.**151.**152.**153.**154.**155.**156.**157.**158.**159.**160.**161.**162.**163.**164.**165.**166.**167.**168.**169.**170.**171.**172.**173.**174.**175.**176.**177.**178.**179.**180.**181.**182.**183.**184.**185.**186.**187.**188.**189.**190.**191.**192.**193.**194.**195.**196.**197.**198.**199.**200.**201.**202.**203.**204.**205.**206.**207.**208.**209.**210.**211.**212.**213.**214.**215.**216.**217.**218.**219.**220.**221.**222.**223.**224.**225.**226.**227.**228.**229.**230.**231.**232.**233.**234.**235.**236.**237.**238.**239.**240.**241.**242.**243.**244.**245.**246.**247.**248.**249.**250.**251.**252.**253.**254.**255.**256.**257.**258.**259.**260.**261.**262.**263.**264.**265.**266.**267.**268.**269.**270.**271.**272.**273.**274.**275.**276.**277.**278.**279.**280.**281.**282.**283.**284.**285.**286.**287.**288.**289.**290.**291.**292.**293.**294.**295.**296.**297.**298.**299.**300.**301.**302.**303.**304.**305.**306.**307.**308.**309.**310.**311.**312.**313.**314.**315.**316.**317.**318.**319.**320.**321.**322.**323.**324.**325.**326.**327.**328.**329.**330.**331.*

his rebus amplissimi in concilium coiserint, quod est veritatis lumen, salutis monumentum, quid est, quod tam turpiter, tam perniciose lapsi sunt, ut facinus omnium, quæ vñquam auditæ sunt, pessimum, atque immanissimum suis sententijs decreuerint, ut necandam sceleratissimè cōstituerint ipsum vitæ omnium autorem? Ita enim eos arguit Petrus: [Autorē vitæ interfecisti.] Quam fuisse tam absurdi erroris causam arbitremur? Nempe non eo animo in concilium ibant, quo maximè oportebat: neque id agebant, quod ipsorum propriè, & maximè intererat. Sacrae res, religio, cultus Dei ad eorum curam & studium maximè pertinebant, qui erant Sacerdotes, Pontifices, religiosi, legi Doctores. At iij nihil minus curarunt, quam religionem, & Dei cultum, gradus & dignitatis lux conseruandæ studio tenebantur. Rem suam priuatā, non publicam populi salutem procurabant.

Atque olim quidem, cùm ab Herode Rege Principes sacerdotum & scribæ conuocati sunt, vt de Christi natalibus quid sentirent, exponerent veritatem, & mente sunt afficiuti, & voce denuntiauerunt, tametsi factio minus eidem sunt obsecuti. [Congregans(ait Matthæus) omnes principes sacerdotum, & scribas populi sciscitabatur ab eis, vbi Christus nascetur. At illi dixerunt ei, [in Bethlehem Iudæ, sic enim scriptum est.] Bene planè censuerunt. Cur tunc bene, hodie non bene, in ò pessimè & sceleratissimè. Tunc, nimis, veritatis investigandæ causa, & animo conuenerant. Itaque innuere, & renuntiauere, quod res erat. At non eo animo hodie conuenient, vt verem querant, non id agant, vt saluti lux consulant, nihil cordi est scire, an Iesus Messias verus sit, atque vt præceptis ipsius verissimis populis parcat, denunciare. Quæ quidem omnia in diuinis litteris facile inuenient, si vel mediocriter quererent. Neque enim minus id Scriptura perspicuè docet, quam illud de Bethlehem, & ortu Christi vaticinium. An non ipsi facientur, quod negare nullo modo poterant? [Hic homo multa signa facit.] An non apertè in Esaiā legerant, quæ es-
set Melsias signa editurus, eaque, non alia, quam qua oculi
lis cernebant suis? [Tunc aperiuntur oculi cætorum, & Esai. 35.
aures surdorum patebunt, tunc taliet, sicut cerus, claudis,

Act. 3.

Matt. 2.

Ang. tract.
49. Chrys.
hom. 63.
Esai. 35.

& aperta erit lingua mutorum.] Quæ quidem signa de Messia aduentu esse praedita, manifestò demonstrant ea, quæ antecedunt: [Deus ipse veniet, & saluabit nos,] quæ admodum grauiissimi Patres Athanasius, Irenæus, Eusebius egregie tradūt.

Athanaf. de Incar. verb. Irenæus lib. 4. c. 66. Euseb. lib. de de- mōst. Euag. lib. 9. c. 13. Mitto cætera, quæ sunt innumerata vaticinia, quæ Christum illis temporibus promittebant, illis indicis & notis certissimis declarabant. Quid fuit igitur rei, quod tam graviter Conciliū Sacerdotale sit lapsus? Ea, scilicet, vna errādi causa fuit, quod in causa religionis, ratione in imperio & status potissimum sibi habendā esse duxerunt: Dei cultum & obsequium commodis suis posthabuerūt. Nam id fuisse conciliū status, quod valgo dicitur, liquidò intelliges, cum ex ijs, quæ proposita sunt, tum ex conclusione rei totius. Proponunt quidem illi: [Quid facimus, quia hic homo multa signa facit?] quod tēdant, animaduerte. [Si dimittimus eum sic, venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem.] Totius negotij cardo hic est, ut amplitudinem dignitatis & potentiae sue conservent, ut ne excidant gradus, ne Reipublicæ Iudaicæ imperium amittant. Hoc tempore vulgare est & tritum, quæ reipublicæ imperio agitantur, ea ad concilium status pertinere. Iam enim & vox ea, & plurima de re disputatio in vulgo ita manauit, ut nullum sit (in Italia præsertim) genus hominum tam humile, & abiectum, quod non de rationibus status passim differat: ipsi: sutores, sellularij, sartores, lanij, vltro, citroque status consilia versant. Senatores Romanos putes: Patres conscriptos dicas. Atqui hoc, quod tanto pere mundus extollit, diuinæ literæ propria nota, superbiam vitæ compellante.

1. Ioan. 2.

Dicit aliquis: Nonne imperia conservanda sunt? An Principum non interest Reipublicæ optimum statum, & florentissimum optare, & consiliis idoneis, atque omniratione, ut quam maxime valeat, eniti? Dico ita esse; sic egisse Dauidem, sic alios sapientissimos Reges, & Religiosissimos dico. At primas dare statui & imperio, inferiores partes religioni, & Dei legi seruare, id scilicet existium, ea pernicies certa omnium consistorum humanorum, omnium Rerum publicarum. In eo vitio versata est hodie Iudaica Respublica, quo uno labefactata atque euenia funditus.

ditus est. Collegerūt Pontifices & Pharisiⁱ conciliū aduersus Iesum, sic habent codices Ecclesiastici. Illud tamē verbū, *Aduersus Iesum*, non habet Ioānes Euangelista: sed habet rem ipsam, Nihil enim aliud disputatū est, quām quo pacto possent Iesu cęptis obsistere, ne Pharisaeus honos & autoritas pessum iret. *Dīuinū Dāuidis de hodierno conuentu audite vaticinium:* [Alliterūt Reges terræ, & principes cōuenērūt in vñū, aduersus Dominum, & aduersus Christum eius.] An aliud esse hoc putatis, quām quod modò dicebam ex Euāgeliā lectione? [Collegerunt Pontifices & Pharisiⁱ cōciliū:] ij enim Principes erant illi populo, ij Reges patrij, nullos alios habebat illa gens, nisi extērnos. Aduersus Iesum conuenerē. Id esse aduersus Dominum, & aduersus Christum, non solum sententia, sed verbis etiam expressum est. *Dīuum Hilar. in larium audite hunc verſiculum explicantem:* [Qui autem impi (inquit) irreligioſoq[ue] concilio multis conuenientibus aduersus Dominum tractabant, hi Principes conuenerūt in vnum, frequenter, scilicet, in domū Caiphæ, omnium fæderatum principibus congregatis.] Quæ fuit causa conuētus? quò illa omnis molitio tendebat? Protinus exponit; [Dirū- *Psal. 2.* pamus vincula eorū, & projiciamus à nobis iugum ipsorum.] Deo & Christo subdi nolebant, sic Augustinus ex horū per *August. in sona.* [Demus operam, vt non nos alliget, neque imponatur *Psal. 2.* nobis Christiana religio.] Vinculis scilicet constringebantur fortissimis, vt Christi regno parerent. Prophetarū oraculis plurimis, atque perspicuis, signis ac miraculis ingenti- bus, vitæ & doctrinæ rationibus validissimis. His (inquam) tanquam vinculis sic tenebantur constricti, vt ipfimet faterētur, & disputarent inter se. [Quid facimus, quia hic homo multa signa facit?] Non dicunt illum patrare mēdacia, non imposturam facere, non præstigias afferre, sed signa facere multa. Vera ac plurima signa fatentur. Recusant nihilominus subjectionem. [Dirūpamus (aiūt) vincula eorum.] Per vim, per nefas irrumpere, & enadere volunt. [Omnes credent in eum:] Id, videlicet, dolent, eam rem oderunt & detestantur. [Projiciamus (inquit) à nobis iugum ipsorum.] Iugum sanè suave, fidei legem sunt auersati.

Psal. 2.

Quā eius cōsilij rationē afferūt? Venient Romani, & tolent locū nostrum, & gentē.] Est ratio propria status, quā tā topere suspicit, & veneratur mūdus. Quid eā sententiā definitionem sequatur, attendite: [Qui habitat in cālis, irridebit eos, & Dominus subsannabit eos.] Fefellit eos magnopere opinio: in caput eorum consilium, quod salutare putabant, verum est, Deo ita eorum consilia irridente, & in contrariū vertente. Fidem Christi repudiauerere, ne perderent Iudaici populi principatum: ab ipsis Romanis, quos cauebant, debel lati, enersi, dissipatiq̄e sunt, neque urbis vestigium, neque gentis reliquā in ea vrbe relicta: & quod est omnibus modis admirandum, Romani ipsi, quorum impetum & gladium vitare cupiebant, in Christum credentes, quem Iudæi interfecerunt, potentiam atque imperium in orbem vniuersum propagauerunt. Neque tantum consecuti sunt insignibus imperij amplissimi, falcibus, atque aquilis, quantum crucis Christianæ auspicijs compararunt: neque Cælernm gladio Romana maiestas eō peruersit, quō pescatoris Petri clavibus perduta est. Quis hic non admiretur diuinorum consiliorum altitudinem? Quis eas cælestis sapientiā opes, vicissitudines imperiorum pro suo notu afferentis altius considerans, non simul & delectetur mirifice, & obnoxie obstupescat? Dei iram vindicem in illum populum inde excitatam statim Propheta persequitor: [Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos.]

Psal. 2.

Christi regnum, quod Iudæi stulti & ingrati non receperunt, diuinitus stabilitum dicit, idque non usurpatum temerè à Christo, sed iure optimo capisitum, quod esset verus ac nativus filius Dei, ipso Patre Deo attestante. Et quia Iudæi detrectarunt Regem diuinitus constitutum, fines regni & imperij longissimè prorogatos docet in gentes omnes, in vniuersi orbis ultimos fines. Fore autem Christi potentiam tantam, ut feriat, quos volet, & instar valorum fictilium communuat, quod tum de Iudæis inuitissime Regnum Christi agnoscere coactis, tum de cæteris nationibus, si quando resistant regis cælestis imperio, a quæ dictum accipite. Ita enim dixit; [Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans

Psal. 2.

præ-

præceptum eius.] Erat enim ita Rex Israelis Christus , ut magistri & præceptoris magis officio fungeretur, ut doceret Dei regnum & legem. [Dominus dixit ad me , Filius meus es tu, ego hodie genui te.] Naturalem se Dei filium attestatur , non obsoletis natalibus , sed illustribus & certis. Nam et si eum versum complures de Christi resurrectione declararent, quibus fauct plurimum Paulus in actis Apostolorum, tamen pertinere etiam ad divinam æternamque generationem, meritò interpretamur Patris Augustini sententia. Angust. in Psal. 2.
 regnum suum ad gentes transferendum duxit : [Postula Psal. 2.
 à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam , & possessionem tuam terminos terræ .] In Iudeos autem quæ sit facta animaduersio, declarat : [Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas siguli confringes eos .] Hoc Dominus in parabolâ expoluit: [Super quem ceciderit lapis, conteret eum.] Ita factum est . Misit ille populus comminutus & vindicte dissipatus est , quod hodie ipsi oculis cernitis , & Esaias pulchre olim prædixerat ; [Pro eo quod reprobâ. Esai. 30.
 stis verbum hoc, & sperastis in calunnia ,] &cætera. Post pauca adiungit ; [Quoniam subito dum non speratur , veniet contritio eius , & co-minuetur sicut conteritur lagna siguli contritione perualida , & non inuenietur de frag-
 mentis eius testa, in qua portetur ignieulus de incendio, aut Sic exponit
 hauriatur parum aquæ de fouea .] Terribile exemplum iræ Iansen. af-
 Dei: magna & admirabilis eruditio Principum: qui debent fertque testis
 ex hoc facto sibi ipsis documentum capere summopere & monat ex
 necessarium & salutare. Id opportunè admonet propheta: Esaias, & ex
 [Et nunc Reges intelligite: erudimini, qui iudicatis orbem: Apocalypsi.
 Seruite Domino in timore .] Psalm. 2.

Intelligent sane Reges & Principes , iudices & magistratus erudiantur, non esse consilium contra Dei consilium, nulla vñquam illis consilia processura , Deitimore postposito. Caveant, ne idolum principatus adorent, & Dei legi anteponant. Ne arcam testamenti altissimi, quod Philistei fecerunt, simulachro Dagonis inferiorem collocent. Neque enim Deus Dagonem sibi anteire vllaratione patietur, quin potius Dagon ipse corruet, & caput illidet in terram : ar-
cate. 1. Reg. 5.

ca testamēti manebit erecta. Tenetis bene, quid mihi velim; sic se res habet: rationes principatus & imperij homines Dei legi anteponant, at imperio disiecto lex Dei prævaleat necesse est. Hoc idem hodiernum Iudæorum consilium at-

*August. lib. 17. de Cini.
c. 20. Cyprian. 1. ad-
uers. Lu-
dæos.
cap. 14.
Sap. 2.*

que factum ex alia Scriptura cognoscite, quam iure Augustinus & Cyprianus apertissimam dicunt esse de Christo prophetiam. Sic enim in libro sapientie impii Iudæi inter se colloquuntur: [Circumseniamus iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ. Promittit scientiam Dei habere, & filium Dei se nominat. Factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum. Gravis est nobis, etiam ad videndum, quoniam ditsi milis est alijs vita illius.] Num hac prophetia sapientie aperitius Matthæus & Marcus, & Lucas & Ioannes de Iudæorū in Christum consilio insidijsque loquuntur? Ac videte finē, quō omnis illorum tendat oratio: [Morte turpissima condemnemus eum.] Morte crucis, nihilque crudelius, neque terribilis inuenire potuerunt. [Hac cogitaverunt & errauerunt: excæcasit enim eos malitia ipsorum.] Ea est prophetæ conclusio. Manifestò excæcatos dicit, quod & sanitatem vitæ, & magnitudinem miraculorum Christi contentur, & verò sua vitia & turpitudines meritò ab eo vituperatas agnoscunt: at mortem & exitium meditantur, tanquam eo sublato, liberum sibi futurum sit peccare, quod libeat. Qua

Sap. 2.

in re refellit eos vehementer opinio, quod propheta subdit his verbis: [Et nescierunt sacramenta Dei.] Arcana (inquit) Dei consilia penitus ignorarunt; ea, scilicet, via comparari sibi extremam cladem atque perniciem, Christo summū de-
cūs & gloriam, qua iij eum abolere, te in tuto ponere existi-
marunt. Itaque tam admirando Dei consilio merito
excitando Principes ac Reipublicæ mini-
stros David putabat, [Et nunc Reges
intelligite; & eruditimi, qui
iudicatis terram.]

(•?•)

I N E A D E M F E-
R I A , C O N C I O S E-
C V N D A .

Collegerunt Pontifices & Pharisei conciliū
aduersus Iesum. Ioan. 11.



S A I A S Propheta Phariseorum &
Scribarum insidias & calumnias in Chri-
stum Deum nostrum contemplans , ita
de iis locutus est , ut pene narrare histo-
riam , non scribere prophetiam videri
possit. Nam de cæcitate , & malitia , & ne-
quitia istorum ita quodam loco scribit:

[Ecce ego addam , ut admirationem faciam populo huic mi-
raculo grandi , & stupendo: peribit enim sapientia à sapieti-
bus eis , & intellectus prudentium eius abscondetur .] Et
adiungit ad hæc . [Vx qui profundi estis corde , ut à Domino
abscondatis consilium , quorum sunt in tenebris opera , & di-
cunt : Quis videt nos , & quis nouit nos ?] Hæc de consilijs
Phariseorum ubi propositum , quem exitum habuerint , post
paucum docet , Apostolorum , scilicet , gloriam , & confusionem
Phariseorum : [Et addent mites in Domino lætitiam , & pau-
peres homines in sancto Israël exultabunt : Quoniam defec-
cit , qui præualebat , consummatus est illusor , & succisi sunt
omnes , qui vigilabant super iniquitatem , qui peccare facie-
bant homines in verbo (hoc de peruersa Phariseorum do-
ctrina etiam Christus redarguit) & arguentem in porta sup-
plantabant , & declinauerunt frustra à iusto .] Nostis satis ,
quām fuerint illulores Pharisei hypocritæ , quo paeto Chri-
stum apertè eorum vitia redarguentē calumniari soliti sint ,
denique quantum ab eo declinare & cauere laborarint , sed
frustra , cùm potentiorem expertisint post crucem & necē
acerbissimam . Eosdem istos post nonnulla compellat : [Vx
filij desertores (dicit Dominus) ut faceretis consilium , & nō

^{1.} Quām sit
infesta legi
dei cupido
glorie , &
principatus .
Esa. 29 .

Esa. 29 .

Esa. 29 .

- Esa. 29.* ex me, & ordireni ini telam, & non per spiritum meum, ut adderetis peccatum super peccatum.] Insana Pharisaorum consilia atque impia Spiritus sanctus coarguit, de quibus supra in eodem libro Esaiae iam dixerat: [Quoniam miscuit vobis Dominus spiritum soporis, claudet oculos vestros, prophetas & principes vestros, qui vident visiones, operiet.] Hæc atque id genus complura, quæ in eo prophetale-guntur, diuini spiritus aperta testimonia sunt, quæ admiratio-ne afferunt maximam fidem verò Christianam plurimum cōfir-mant, & cùm ad alia Euāgelica facta valent, tum ad hoc ho-diernū consiliū plenum insaniae & malitiae, accōmodatūr māxime. Et quoniā divinus Psaltes eruditus nos iubet isto facto, atque istorū calamitate & exitio cōmoueri, opera & pretium erit, quid inde fructus capere debeamus, animaduertere. Ac priuū illud sit, quoniam hi ad necē Christo machinandā im-pulsi sunt eo respectu, ne potestate & cōpendijs exciderent suis, si Christi doctrina dominaretur: cogitemus, quām sit va-lidam principatus, imperij, status deniq; cōseruandi telum, quod timorē Dei, & legis sanctæ obedientiam tantopere per-cellat. Fere enim cōsciētiae & cupiditatis certamē periculōsum vel etiā exitiale est. Hic animæ hostis maximus est, qui propriè dicitur mundus: mundū intelligite opinionē & glo-riā hominū: cuius leges legibus Dei sunt vehementer infestæ. Neq; charitatis solum vires debilitat, atq; extinguit sæ-pissime, verūm etiā ipsi fidei bellū periculosisimū facit. Fi-lium Dei audite, suis obtestatoribus Pharisais aperte ob-iijcentem: [Quomodo vos potestis credere, qui gloriā ab in-vicem queritis?] Christo crederere recusatāt, ne gloriā homi-nū perderent: aut si credebant, cōsideri reformidabant, sicut Euāngelista testatur: [Ex principibus multi crediderūt in eū, sed propter Pharisaos nō cōsiderabāt, vt ex synagoga nō ejiceretur. Dilexerūt enim magis gloriā hominū, quam gloriā Dei.] Si historias consulitis, reperietis non paucos, ne-que verò mediocri ingenio & gradu homines in schismata & hæreses fuisse prolapsos, quodrationes status secuti sunt, id est, ut honori, existimationi, fortunisque prospicerent.
- Psal. 2.*
- Ioan. 5.*
- Ioan. 12.*
- 1. Timot. 6.*

quæ alia ratio fuit Tertulliano deficiendi à fide catho-
lica, si Hieronymo credimus? Quid aliud Montanum? Hierony. de
Quid Nouatum in hæresim impulit, si Epiphanio, & scriptoribus
Augustino? Quid illam pestem orbis terrarum Arium? Ecclesiasti-
Quid denique, vt recentiora loquamur, ipsam ex tar-
taro furiam excitavit Lutherum? Quid (inquam) nisi
petitio dignitatum, præsulatum, dominandi in popu-
los cupiditas? Id certe prædixit magnus Apostolus: [Et *Act. 20.*
ex vobis ipsis (inquit) exurgent viri loquentes peruer-
sa, vt abducant discipulos post se.] Iam Mahometis im-
probissimi ac turpisimi hominis, vel belluæ potius, præ-
clarum illud Alcoranum maiores orbis partes occupauit,
latiusque patet, quam Christi Euangelium. Cur tandem id?
quod prætentem vitæ statum futuro Dei regno homines
anteponant. Quod si ipsa fides & veritatis persuasio
tantum accipit detinimenti, cum de honore, fortunisque cer-
tatur, quid pauperum charitatem putatis? quid morum ho-
nestatem, atque innocentiam? Horribilis, mihi credite, ac
pertimelcenda ea tentatio etiam viris perfectis, atque eni-
xè poscendum à Deo, & clamandum: [Ne nos inducas in *Mat. 6.*
tentationem.] Ea, nimirum, tentatio Saulem de rege bo-
no tyrannum fecit pessimum; ea Davidem virum Deo pro-
batum, & charum homicidam reddidit, vt adulteriam te-
geret homicidio. Ea laudatissimum principem Ezechiam
in fraudem impulit, cum apud Regem Babylonum, eis-
que oratores diuinas iactaret suas. Hodie quoque die
haec una gloria imperijque cupiditas Iesum caput nostrum
& lumen neci acerbissimæ atque turpisimæ addicit, quod
superborum hominum avaritiae, ambitionisque resisteret.
Quare se unusquisque vestrum, fratres, interroget, quanti fa-
ciat Iesum, quanto in pretio Dei legem habeat: an mundi va-
na cupiditas & ambitio plus virum & roboris apud animū
eius, cum in certamen venerit res, quam religio, Deique ti-
mor, habitura sit.

Iam ex eodem hoc facto Phariseorum aliud docu-
mentum non minus salutare percipite. Quo enim tempore torquens cla-
hi principes sacerdotum & Pharisei nuntiis de inaudito illo ritudine bo-
lo, gloriofissimoq; Christi facinore accepérat, q; Lazarum norum.

quatriduo iam mortuum ab inferis excitatasset, continuò con cilium conuocauerunt, ea de re agendum sibi arbitrati. Quid eo tempore, tali nuntio verissimo allato & cognito, deliberandum fuisset? quid eo ex conuentu merito expectari debuit, nisi ut communī publicoqué decreto statueretur, in Christum esse credendum, cuius tam manifesta miracula cernerentur? Quid porrò prodijt decreti? quæ deliberatio facta? ut Christus omnino pereat. Quid causæ prætexunt homines docti & religiosi? ipsos audite. [Quid facimus. (inquit) quia hic homo multa signa facit?] Nihil se ab eo læsos memorangit, nihil fraudis sibi ab eo allatum; signa multa & admirabilia patrare fatentur; eam vnam necis eius rationem parant.

Gregor. lib.

18. mor. ca.

19.

Pulchram Gregorius affert comminationem illius versiculi apud Iob: [Terra, de qua prius oriebatur panis, in loco suo igne subuersa est.] [Terra (inquit) quæ prius panem habuit, post igne subuersa est: quia synagoga, quæ mandata Dei per legem protulit, nascentem Ecclesiam persequens, inuidiæ se igne consumpsit. An non æmulationis suæ facibus ardebat, cum Redemptoris nostri signa conspiciens, per quosdā suos diceret: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Videbant, unde conuerti debuerant, atque exinde peruersiores siebant. Quærebant extingueere, quem cernebant mortuos viuiscare.] Hæc Gregorius. Hic quis non animaduertat, quæ sint vires inuidiæ, quod ingenium, & mores. Saul in Dauide in exardescit odio, in eius pernicie & clade fortunas suas & salutem sitam putat. Quid causæ est? Ipsum Regis filium Ionatham audi patri obijcentem; [Operacius bona tibi sunt valde. Quare ergo peccas in sanguine innoxio?] Nā, quid egerit David, omnes scitis. Populum Israeliticum, ipsumque Saulem ex superbi Philistæi iniuria & opprobrio vindicauit, hostes toties fregit & superavit, & glorioſa spolia reportauit ad suos. Regem à Dæmons sequo vexatum sepe cythara ac modulatione suauissima liberavit. An ob hæc moliri ei & machinari necem, Saul ingratisime, debes? Omnino sic putat, sic sibi iam dudum persuasit. Ob hæc & comprehendendi, vinciri que iubet, & militem armatum mittit, & in præsentem telum contorquet, & ipsi filio, quod innocentem defendat, vehementissimè irascitur. O tartareas inuidiæ faces!

1. Reg. 19.

1. Reg. 19.

faces! ô furiam omni Erynni & Megæra sanguinore! Quid in vos offensæ admisit Iesus? quid fraudis molitus est, dicite mihi, quælo, Pharisei? Vnde ista tanta perdendi eius rabies & furor? An quod ægratos curauit? an quod regnum cælorum vobis prædicauit? an quod vos ipsos frequenter, ac benignè salutis vestrae admonuerit? Respondent sanè, quod liber Sapientiae habet: [Grauis est nobis, etiam ad videndum, quoniam nugaces æstimati sumus ab illo.] Dolos eorum, & machinamenta tenebat, vera semper inuitis loquebatur. Ea invidiæ, ea odij immortalis ratio fuit. [Odio iniquo oderunt me.] Hoc quantum malorum veritatis odium inuehit. Samsonem narrat diuina historia oculis captum in pistrinum datum, mox ludibrio inter choræas saltare iuissum, atque ita de fortissimo viro scænam ridiculam hostibus exhibitam. Is est habites inuidiæ, ex perturbata mentis actiones. Excaecat primùm animum, rationis oculis detractis, pistrino servire cogit mentem, rationes causasque excogitare pro vitio adigit, ad id demum insanæ nugarumque perducit, ut opprobrio & risu sit hostibus, amicis dolori maximo, & lachrymis immortalibus.

Verum enim uero quām sit turpis illorum error, qui mū 3. Cōsilie di leges Dei legibus anteponunt, quām miserum, votisque contrarium omnes cupiditatis suæ & gloriae sectatores exitum sortiantur, mirificè hodierno Pharisæorum & Pontifi. Dei lex cōcūm decreto docemur. Nihil enim certius, quām eam ipsam gloriam, quam maximè querunt, suis ipforum consilijs perditum iri. Sapienter admodum Pater Gregorius ea de re ita disserit, exponens illud lob: [Qui comprehendit sapientes in astutia eorum, & consilia prænorum dissipat:] [Sæpe (inquit) nonnulli humana sapientia inflati, dum desiderijs suis diuina contraire iudicia conspicunt, astutis eis resistere machinationibus conantur: sed inde voluntatem Dei peragūt, vnde hanc immutare contendunt, atque omnipotentis Dei consilio dum resistere nituntur, obsequuntur.] Quam sententiam vbi multis præclarisque exemplis ex Scriptura petitis Gregorius illustrat, ad hodiernum factum venit, itaque adiungit: [Certè, cūm ad Redemptoris nostri miracula credentium turba confluueret, cūm sacerdotes populi inuidiæ M m facibus

Sap. 2.

Psal. 24.
Iudic. 16.modo no-
stro, hono-
rigne postpo-
nitur.Greg. 6. mo-
ral. cap. 11.

12. 13.

facibus accensi, mundum post eum ire cernerent, ut proclamarent dicentes: Videtis, quia nihil proficimus, ecce mundus totus post eum abit: ut ab illo vim tantæ concursionis abscederent, finire eius potentiam morte conati sunt, dicentes: Expedit ut unus homo moriatur, & non tota gens perireat. Sed Redemptoris mors ad coniunctionem sui corporis, id est Ecclesiæ, valuit, non ad separationem.] Et nimis, fratres, quænam ratio fuit consilij istorum. [Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum: & venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem.] Nempe Christum ea opinione iam esse iudicarunt, eo autoritatis & gratiæ crescere, ut facile gentem vniuersam in suas partes attrahere posset: quam rem Romani, qui neminem dominari patiebantur, toleraturos minimè fore: itaque tanquam rebellantes Iudeos execidio ultimo accipiendos. Iosephus quidem Iudeus historicus Ananum refert huius Anani filium, qui erat sacer Caiaphæ Pontificis, bellum intulisse Ioanni, atque Eleazaro tyrannis, qui principatum Hierosolymorum inualerant: quem Ananum à Simone tyranno interfictum narrat, quod is contenderet Iudeos Romanis debere parere, neque principatum cuiusque pati. In eo igitur Concilio Pontificum & Phariseorum quam multa peccata? quam multa falsa? quam multa stultitiae & amentiae plena? Primum, ne regnum ingaderet atque arriperet sibi Iesus, verebantur. Quam id stulte? At qui viderant vel audierant certè populo regnum offerte meditantis fugisse, & latitasse. Quale verò erat, regni suspicionem ei impingere, qui perpetuo paupertatis amorem, diuitiarum ac dominatus contemptum & verbis prædicabat, & factis ostendebat amplissimis: qui regnum cælorum perpetuò in clamabat, nihil terrenum & humanum redolebat? Deinde quid habuit consilij Christum interficere, ne à Romanis debellarentur? imò verò ob id maximè sunt à Romanis debellati, eversi, excisi: id quod longè ante Daniel Propheta prædixerat: [Occidetur Christus, & non erit eius populus, qui eum negaturus est, & ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo: & finis eius vastitas, & post finem belli statuta desolatio.] Profectò historia Iosephi Iudei non apertiùs rem gestam narrat, quam

*Iosephus de
bello Iudei-
co lib. 5.*

Ioan. 6.

Dan. 12.

Danielis

Danielis Prophetia prædixit. Regna & imperia euent certissimum est, quod Dei leges violentur, leges porrò mundi præferantur. Non enim falso dictum: [In manu Dei potestas hominum, & regnum à gente in gentem transferratur propter iniustias, & iniurias, & contumelias, & varios dolos.] Neque frustra cuidam potentissimo regi renuntiatum est, breui regnum eversumiri, [vt cognoscant viuentes, quoniam dominatur excelsus in regno hominum, & cuicunque voluerit, dat illud.] Itaque qui Principes protuendo vel augendo imperio leges Dei violandas existimarent, eos potissimum potentia & regno exutos gravissimas amentias suæ pœnas dedisse comperietis. Nam irreligiosos & temerarios diuinorum religionum contemptores, imperio excidisse mementote. Etenim Saalem quid perdit, nisi quod sacerdotis munus, regia potentia fretus, contrafas usurpauit? Oziæ non dissimilis causa fuit, qui thuribulum et ripere de manu sacerdotum ausus, lepra foedissima continxè punitus est, vt palatio etiam excluderetur, qui templo præesse tentaverat. Pompeio Magno, ex quo prophetum templo sancto intulit pedem, victoriarum felicitatis que finis fuit, quod externi historici etiam indicant. Antiochus Epiphanes confessus est se acerbissima ac miserrima Iulius Florus Trogi abbreviator. lue confessum, quod templo Hierosolymorum impias ac sceleratas manus attulisset. Contrà eos fortunatos, & omni prosperitate, etiam humana, avetos cernimus, qui in Dei cultum se obsequentes & pios præbuerunt. Cyrum illum primum Persici imperij autorem ex eo cognouisse se diuinitus sublatum & secundatum, ipsius epistola apud Esdram per spicuam facit. Alexandro Macedoni quām fuerit ad Afiae imperium capessendum adiutrix religio, qua Dei sacerdote & templum suppliciter veneratus est, Iosephus copiose describit. Iulium Cælarem satis fauissime constat templo Hierosolymitano, sacrificijsq; illic pro Romano imperio Romana lege offerri cōsuetis, quemadmodum idem historicus literis prodidit. Itaque illius Imperatoris potentia, illius Reipublicæ maiestatem creuisse inde, non dubium est, Deo humana pro suo arbitratu moderante. Cum primùm illa sacrificia sublata sunt, bellis ciuilibus Roma concessa atque Mm 2 afflcta

1. Reg. 13.
2. Para. 16.I. Mach. 9.
2. Mach. 6.

1. Esdræ. 1.

Ioseph. lib.
11. Iudaic. antiquit.

afflicta est. Nam Marcus Tullius in oratione pro L. Flacco refert, aurum Iudeorum nomine quotannis ex Italia & ex omnibus Romanorum prouincijs Hierosolymam exportari solitum: idq; religionis gratia fieri, satis in eadem oratione declarat. Tametsi ipse defendat Flaccum eo nomine accusatum, quod ex Asia exportari id aurū vetuerit. Ex quo perspicuum est fuisse Romanis in summo honore templum religionemque diuinam, cùm Hierosolyma Deo vero seruiret. Iam Reges pios & Christianos commemorare infinitū est. Constantimum Magnum respicite, Theodosium seniorem recordamini, Carolum Magnum in mentem reuocate. Quæ horū pietas? quæ religio? quod diuini numinis & legis propagandæ studium? quis horum victorias narret? quis felicitatem non admiretur? Nempe verum est illud Dei elogium, [Quicunque me honorificabit, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.] Quæ cùm ita sint, restissime monet Sapiens hoc modo, [Auset impietatem de vultu Regis, & firmabitur iustitia thronus eius.] Nihil stultius, nihil amentia plenius, quam imperium augere bello Deo inimico. Diuinæ cuiusdam artis est eò impellere peccatorem fraudis & damni mali, quod maxime cupit vitare peccando. Ut adulterium suum celaret, interficiendum Vtiam David curauit: id verò est assecutus, ut eo homicidio adulterium maxime publicum fieret. Ita enim minatus est Dominus, [Tu fecisti absconditè: ego autem faciam in oculis Solis huius.] Denique Sapientia lentezia est [per ea quemque puniri, per quæ peccat.] Quapropter illud amplectamur atque imis visceribus reponamus, quod sanctissima ac sapientissima matrona Susanna decretum sibi sequendum constituit, ut Dei timorem quibuscumque hominū rationibus anteponamus. Cùm enim premeretur vehementer, hinc peruersorum iudicium calunnia; inde conscientia suæ testimonio, elegit homines potius inimicos habere, quam Deum. [Angustię mihi sunt vndique, dicebat illa beata: si enim hoc egero, mors mihi est: si autem non egero, non effugiam manus vestras. Sed melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Domini.] Quis sit rei eius exitus consecutus, omnes memoriam tenetis. Nam quæ mortem peccato

1. Reg. 2.

Prov. 25.

2. Reg. 1.2.

Sap. 11.

Dan. 1.3.

prætulit,

prætulit, & seruata est diuinitus, & plurima gloria cumulata, hostibus illius fallitatis convictis, ac debito supplicio mā statis. Cuius beatæ foeminae institutum quisquis sequi deliberat, vt Dei legem quibuscumque contrarijs rationibus anteponendā sibi semper existimet, is similē sine dubio exitū, Deo semper pietati & innocentiae fauente, reperturus est.

IN EADEM FERIA, CONCIO TERTIA.

Collegunt Pontifices, & Pharisai conciliū aduersus Iesum. Ioan. 11.



Vangelica Christi vox est: [Vbi cunque fuerint congregati duo vel tres in nomine meo, ibi sum in medio eorum.] Nihil salubrius, nihil felicius ijs conuentibus, qui auctore Iesu coguntur: quibus id curē est, vt diuinæ res, vt oportet, gerantur.

1. Sacerdotis præcipue consiprasse in Iesum. Matth. 8.

In his concilijs Spiritus Christi adest, & præst: [Salus autem, vbi multa consilia.] At quæ aduersus Iesum, nō pro Iesu, cōparātur cōcilia, ea scelerū & audaciæ plena extremā Reipublicæ perniciē afferre necesse est. Atque, quò dignitate & ordine superior quicq; est, eō graniora & periculohora, si à Dei lege deliciuit, confilia agitat. Ita Pōtifices sacrōtū Præsides, Pharisæos religionis conservatores turpissimè lapsos videmus, ac ceteris omnibus furoris & sceleris magnitudine anteire. Tales fuere, qui de tribu Lesi & Simeonis potissimum, hodie cōgregati sunt, in quos vetus Gen. 49. est vaticinū dictū à Patriarcha Iacob: [Simeon & Levi vasa Tertul cōtr. iniuitatis bellantia: in cōsiliū eorū nō intret anima mea, & Marcion. in cōctu eorū non sit gloria mea.] Has enim duas tribus p̄ Ambr. de be ceteris necem Christi machinatas Tertullianus & Ambro- nedidit. Pa- sius scribunt. Itaque adiungit sanctus Patriarcha: [Quia in triar. c. 3. furore

furore suo occiderū virū, & in volūtate sua suffoderū mu-
rū.] Quo loco habet alius interpres; [subneruauerū taurū.] Eū ego intelligo, de quo Psalmus: [Placebit Deo super vitu
lū nouellū cornua producēt, & vngulas.] Quid in hos par-
ticidas impt̄ecetur, attendite; [Maledictus furor eorū, quia
pertinax, & indignatio eorū, quia dura.] An vestra consilia
pro Iesu, an potius cōtra Iesum luscipiātur, videte. Nihil vo-
bis boni procederet, si Iesum habueritis inimicum.

**2. Inuidia
cæcatos
Pharisæos.**

[Quid facimus, quia hic homo multa signa facit?] Inuidia
& furoris disputatio est, torquetur inuidia gloria & laude
aliena: alterius bonū suū malum reputat. [Inuidia Siculi non
inuenere tyranni maius tormentū:] id Poëta in Satyra. Pul-
chrit̄ Chrysologus declamat in hūc modū: [Suos semper am-
pliū inuidia consumit: inuidia suo um carnifex semper ex-
titit: extendit sensus, torquet animos, discruciat mentes, cor-
da corrūpit. Et quid plura? Hanc qui reperit, sua luctinet si
ne fine supplicia, quia in se semper diligit suū habitare torto
rē. Quis malorū finis, vbi alterius bonū pœna est, vbi crucia-
tus est aliena felicitas? Malū multiplex: quot sunt prosperita-
tes hominum, tot sunt tormenta inuidorum. Cum alijs vitijs
animus confligere poterit Christianus: inuidiam quisquis,
ante quām sentiat, non fūgerit, non euadit.] Hac ille. In sacra
scriptura Job; [Parvulum occidit inuidia.] Verè enim miseri
& abiecti animi est aliorum gloria discruciarī. Sed quò pro-
grediatur hic sensus inuidia, in fratribus sancti Iosephi cogi-
tate, qui ad se venientem, & munuscula paterna afferentem
vita mulctandum primū, deinde seruituti demum addicen-
dum putarunt, quòd patri præ omnibus charus esset, quòd
diuina oracula somnio inuoluta fratribus proderet. Saulēm
grauius inuidia, quām dæmone vexatum intelligere facile
potestis, ex eo quòd David cythara & carmine Dæmo-
nem pelleret, inuidiam lenire non posset, quin in ipsum be-
neficium Psaltem lanceam furiosus Rex iaceret. [Quid fa-
cimus?] tandem queritis, o Pontifices. Cur ita? [Quia hic
homo multa signa facit.] Dicite per Deum, vera an falsa?
Cæci viū non verum putatis? Lazari vitā non com-
probatis? signa quidem fatentur vera, eaque multa. Atqui
oportebat potius gratulari, & de accipiendo Messiæ regno

**Horatius.
Chrysolog.
serm. 172.**

Iob. 5.

Gen. 37.

1. Reg. 20.

cogi-

cogitare. Cessavit antiqua querela: [Signa nostra non vidi-
mus: iam non est Propheta.] Imò verò est maximus Pro-
pheta: signa sunt tanta & talia, vt neque plura, neque maiora
optare possitis. Sed, nimirum, ea cæcitate nihil est despera-
tius, quæ vltro oculos claudit. Auertat Deus hanc pestem
ab animis nostris. Nihil vtile, nihil commodum adhiberi ani-
mo possit, qui bono torquerur: sunt morbi adeò pestilētes,
vt ipsa medicamenta in venena conuertant.

[Vnus autem ex eis, Cayphas nomine, dixit eis: Vos ne- 3. Deū ma-
scitis quicquam, nec cogitatis, quia expedit nobis, vt vnum lo bene vti:
moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc neque perso-
autem à semetipso non dixit, sed cùm esset Pontifex anni nam respice
illius, prophetauit.] Hic primum admirabilem divinæ sapientie re, sed offi-
ciorationem nemo satis celebrare possit, quod ea lingua cium Ponti-
Cayphæ ad eximiam prophetiam edendavsa sit, quam lin- fisis.
guam Cayphas ipse ad summum sacrilegiū & blasphemiam
commouebat. Manus illæ furentium tortorum & carnificiū
impiorum, quæ scelus omnium maximum in Christo inter-
ficiendo perficiebat, administrę fuere summi sacrificij, quod
Deo super omnia, quæ vñquam oblata sunt, cordi fuit. Pul-
chritudine enim eas manus sanctus Leo dixit Redemptori esse fa-
mulatas. [Admisit (inquit) in se impias furentium manus, Leo serm. de
quæ, dum proprio incubunt sceleri, famulatae sunt Redem- paß. Dñs.
ptori.] Nihil igitur est, quod divinæ prouidentiæ amplitu-
dinem fugiat, nihil, quod Dei sapientiæ ad altissimos suos
fines non feruat: vt [diligētibus Deum omnia (vt dixit Apo Rom.8.
stolus) cooperentur in bonum.] Malo Deus bene vtitur, ne-
que eius sapientiam vincere potest cuiusquam malitia. Est
alterum in eodem facto præclarum documentū, quod pro-
phetiam Cayphæ pontificati assignat Ioannes, vt intelliga
mus planè personæ peruersitatem non obesse officij digni-
tati. Id Chrysostomus notat his verbis: [Vides, quāta sit Pō Chrysost.
tificalis potestatis virtus. Cū enim Pōtifex esset, licet indi- hom. 64.
gnus, prophetauit, nesciens tamē, quid diceret.] Augustinus Aug. trax.
similiter: [Hic docemur etiam homines malos prophetiæ 49.
spiritu futura prædicere, quod tamen Scriptura diuino tri-
buit sacramento, quia Pontifex fuit, id est, summus sacer-
dos.] Itaq; non meritum, sed locum hominis oportet atten-.

1. Petr. 2. das, ut dicto audiens sis. Dominis etiam discolis obedientem Petrus præcipit: Paulus in Apostolis se non cogitasse seribit, quales aliquando fuerint, sed quo munere fungerentur, id mente agitasse. Denique enim personam hominum non respicere. David Saulem Regem impium atque sceleratum tollerat, a quo obseruabat, quod, licet nequam, Rex tamen esset: neque in animum vnuquam induxit in eum, qui esset vnuus à Domino, manus sibi iniiciendas. Itaque, si sit improbus tuus praefectus, tamen parere debes atque obsequi nihil de obedientia tua detrahit eius improbitas: sibi erit malus, si male visat, tibi, si male non præcipit, malus non erit. Christi sententiam mementote: [Super cathedram Moysis ederunt Scribae & Pharisei: omnia ergo, quæ dixerint vobis, seruare & facite: secundum opera eorum nolite facere.] Fit verò bonorum causa, ut mali quoque antistites & præpositi prophetent. Neque tam personæ rationem habet Deus, quam officij ac dignitatissimæ: quod fit, ut persæpe melius videat, quid factum opus sit malus prætor, quam ciuius bonus. Dictum est à Salomone præclarè: [Divinatio in labijs Regis: & in iudicio non errabit os eius.] Quod si de folio Regni, de cathedra Moysis ita diuinæ literæ lentiendum docent: quid de ipsa cathedra sanctissima Petri, immo vero Christi, existimare debemus? An qui Caiphæ, quod esset l'otifex, tametsi sceleratissimus ac nefarius, in publico concilio vaticinum certissimum inspirauit, is deerit vicario Christi in rebus ad fidem salutemque Ecclesiae vniuersal' peccantibus? Abeant, abeant non solum impii, verum etiam stulti haeretici, cum præclaris dogmatibus suis de Papatu abrogando: qui Ecclesiam Christi Synagogam Satanæ vocant: temeritatis atque impudentiæ tumulæ apud imperitam & miseram plebeculan gloriā queritent: nos diuinis oraculis instructi cum Hieronymo, cum Athanasio, cum Chrysostomo, cum Augustino, cum Bernardo, cum cetera sanctorum Patrum corona, Pontificatus Petri privilegia agnoscamus, prophetiæ spiritum illi in perpetuum datum, id est, certe dehincendi autoritatem inconcussum & suspiciamus, & veneremur, & verò, inuitissimis haereticis, prædicens.

Matt. 23.

Pron. 16.

4. Ex Christi morte sa das, ut dicto audiens sis. Dominis etiam discolis obedientem Petrus præcipit: Paulus in Apostolis se non cogitasse seribit, quales aliquando fuerint, sed quo munere fungerentur, id mente agitasse. Denique enim personam hominum non respicere. David Saulem Regem impium atque sceleratum tollerat, a quo obseruabat, quod, licet nequam, Rex tamen esset: neque in animum vnuquam induxit in eum, qui esset vnuus à Domino, manus sibi iniiciendas. Itaque, si sit improbus tuus praefectus, tamen parere debes atque obsequi nihil de obedientia tua detrahit eius improbitas: sibi erit malus, si male visat, tibi, si male non præcipit, malus non erit. Christi sententiam mementote: [Super cathedram Moysis ederunt Scribae & Pharisei: omnia ergo, quæ dixerint vobis, seruare & facite: secundum opera eorum nolite facere.] Fit verò bonorum causa, ut mali quoque antistites & præpositi prophetent. Neque tam personæ rationem habet Deus, quam officij ac dignitatissimæ: quod fit, ut persæpe melius videat, quid factum opus sit malus prætor, quam ciuius bonus. Dictum est à Salomone præclarè: [Divinatio in labijs Regis: & in iudicio non errabit os eius.] Quod si de folio Regni, de cathedra Moysis ita diuinæ literæ lentiendum docent: quid de ipsa cathedra sanctissima Petri, immo vero Christi, existimare debemus? An qui Caiphæ, quod esset l'otifex, tametsi sceleratissimus ac nefarius, in publico concilio vaticinum certissimum inspirauit, is deerit vicario Christi in rebus ad fidem salutemque Ecclesiae vniuersal' peccantibus? Abeant, abeant non solum impii, verum etiam stulti haeretici, cum præclaris dogmatibus suis de Papatu abrogando: qui Ecclesiam Christi Synagogam Satanæ vocant: temeritatis atque impudentiæ tumulæ apud imperitam & miseram plebeculan gloriā queritent: nos diuinis oraculis instructi cum Hieronymo, cum Athanasio, cum Chrysostomo, cum Augustino, cum Bernardo, cum cetera sanctorum Patrum corona, Pontificatus Petri privilegia agnoscamus, prophetiæ spiritum illi in perpetuum datum, id est, certe dehincendi au-

lus omnium. [Expedit (inquit) ut unus moriatur homo pro populo, & non

& non tota gens pereat.] Huc tota Scripturæ veteris series pertinet: oportuisse Christū pati, ut populum captiuū peccato, suo sanguine liberaret. Id Elalias: [Si poluerit pro peccata animam suam, videbit semen longævum, & voluntas Domini in manu eius dirigetur:] & [Oannes nos quasi oves erravimus, & posuit Dominus iniuriam omnium nostrum super eum.] Quid Zacharias? [Tu autem in sanguine testamen-
titui emisisti victimos tuos.] Quid Hieremias? [Et ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam,] nimis, ex persona Christi. Longum est ete ire per singula. Certe hoc illud animal est, quod, iuxta legem, omnia super se maledicunt. Et a portabat, si Cytillo fidem habemus. Hic Ionas ille, quem Cytillo in oportuit in mare deiici, ut tempestate iactari ceteri definerent. Hic Ioseph venditus & captivus, quod fratribus & familiis coera in lix vniuersitate contra impendentem calamitatem, & famem alimenta constituerentur. Omnes, quicunque talui & liberi sunt, in Iesum intuentur, unicum suę salutis autorem. Ni-
mium ingratius est, nimirum durus, qui tanto beneficio non pernicietur, non obligatur, non totus denique tenetur obstrictus. Paulum hec commemorantem mihi videte: [Chari-
tas Christi urget nos, & stimantes hoc, quia si unus pro omnibus mortuus est: ergo omnes mortui sunt: & pro omnibus mortuus est Christus, ut, qui viuit, iam non sibi viuat, sed ei, qui pro ipso mortuus est.] Talem de Christi morte & charitate sententiam utinam, sicut sive tenemus omnes Christiani, ita aetibus dignis prosequamur.

[Iesus ergo iam non in palam ambulabat apud Iudeos, sed abiit in regionem iuxta desertum.] En quod perduxerint homines Deum, impij & scelerati Seruatorem suum, ut occultare se cogeretur, ut relinqueret frequentiam urbium, & latebras solitudinis querere. [Facta est (inquit) mihi hereditas mea, quasi leo, dedit contra me vocem, ideo ego odio eam.] Quid autem in illo deserto ageret Iesus, non est obscurum. Sciebat appropinquare, imo vero instare sibi die passionis, quid aduersarij molirentur, nouerat: quid Parcer a terribus constitisset, peruidebat. Itaque meditabatur futuram pugnam, parabat se ad agonem, certus moti, & certate probobis. Ibi Patri pro nobis deprecabatur, pro ipsis hostibus Mm 5 suis.

Hiere. 18. suis vota faciebat. Audire mihi videor orantem, atque ita loquenter. [Attende Domine ad me, & audi vocem aduersariorum meorum. Nunquid redditur pro bono malum, quia responderunt soueam animæ meæ? Recordare, quod steterim in cōspectu tuo, ut loquerer pro eis bonū, & averterem indignationem tuam ab eis.] Talia quidem apud clementissimum Patrem Iesus de nobis queritur, tales pro nobis animum ardorem, que patienti gerit. Nos verò, nisi extrema amentia desperati sumus, Redemptoris nostri passionem pijs animis ac mentibus suscipiamus, tantisper à tumultu & perturbatione rerum humanarum animum seuoemus, meditemurq; attenitus, quis ille sit, [qui pro nobis dolet,] vt Esaias monet, quot & quanta ex nostra causa perferat: quo animo, quo nostræ salatis desiderio cuncta libenter opprobria, derissimaq; cruciamenta subeat. Ita fiet, ut non simus eius omnino misericordia indigni, atque ut aliqua ex parte consortium passionis adepti, vita quoque immortalis simus participes.

Esa. 53.
inxta 70.

SABBATO POST DOMINICAM PASSIONIS.

*Cogitauerunt Principes sacerdotum, ut &
Lazarum interficerent. Ioan. 12.*

**1. Cæcias
& pertina-
cia Iudeorū
aduersus
Christum.**



Neredibile est, in quod profundū malitia humana se det, ut ipsam diaboli malitiam vel aquare, vel proximè assestari videatur. Non fuit satis lauissimus Christi hostibus Pharisæis, & Scribis, calumniari doctrinam, criminari vitam, miraculis quoque obrectari, eaque Satanæ tribuere: quin etiam, cum signorum evidenter gloria apud se se premerentur, ut magnitudinem negare, multitudinemque non possent, tamen sententijs

tijs omnium dominant: neque hic consistunt, sed Lazarum vi-
rum nobilem, nihil peccantem, eo nomine solum necandum
sibi constituant, quod vivat, quod ipsa veritate vita actuam-
que potentiam eius, qui se a mortuis excitauit, ostendat.
Complures enim eo tam certo testimonio adduci videbant,
ut credent in Iesum. Itaque de medio tollendum censeret.
Felicem plane dixerim Lazarum, qui comes iam Christi sit,
eodem inimicorum Christi suffragio neci adiudicatus. Sed
videte immensam istorum sciariorum stultitiam, quam bene
Augustinus animaduertit: [Si enim Lazarus vere erat ex Aug. tratt.
mortuo viuis a Christo redditus, num cum vitam Lazaro
eriperent, potentiam quoque Christo detrahebant, ut non
posset iterum ad vitam reuocare extinctum?] At auertat à
nobis Deus, ne in cordis cætitatem duritiamque tradamus.
[Impius (ait Scriptura) cum in profundum peccatorum ve-
nerit, contemnit.] Cum enim in quipiam sibi omnino eun-
dum mens humana constituit, quidquid obuium, quicquid
contrarium offendit, nihil facit, dum ad destinatam libidinē
veniat. Saulem nostis toties Davidi insidianem, nec moni-
tis optimis filij, neque ipsius benefactis, neque ipsa, quam
perpetiebatur, diurna molestia, ab impio instituto reu-
catum, cumque Dei responsa non haberet, Pythonem & dia-
bolum, quem ipse sustulerat, adiisse.

[Multi (inquit) propter illū (Lazarū intelligite) abibant
ex Iudeis, & credebant in Iesum.] Valde equidein optādum
esse video, ut nobiles, ac primarij viri Iesu obsequantur, &
seruant, quod sine dubio permultos suo exemplo alios ad
Iesum adducant. Talis quidem fuit Saulus insignis dudum
Ecclesiæ persecutor: idem iam magnus defensor & dux eo-
rum, qui inuocant nomen Iesu. [Eram, ait ipse de se, ignotus
facie Ecclesijs Iudeæ: tantum auditum habebant de me,
quia qui perlequebatur nos, nunc euangelizat fidem, quam
aliquando expugnabat. Et in me clarificabant Deum.] Vul-
tus huic alterum simile exemplum? Respicite Aurelium
Augustinum, qui, cum Manichæorum dux strenuus esset,
victus ab Ambrosio, immo a Christo, is evasit in fide catho-
lica tuenda & propaganda, ut Manichæi omnes hæretici
oppugnatorem falsarum sectarum aciorem experti sint
neminem.

go. in Ioan.

Prou. 18.

2. Prima-
rios viros
valde pro-
desse cæte-
ris in reli-
gione.
Galat. 2..

neminē. Itaque & Paulo illi Iudei, & huic Augustino hæreti
ci insidias innumerabiles moliti, exitiūq; machinati sunt,
quod aduersus Lazarum Pharisæi designarunt. Ferre nullo
paēto Satanas potest primarios suos milites, vel etiā duces
egregios ad Christi militiam transfugere, & bellum contrā
infere, cūm præfertum magnas secum familias ducere ad ca-
stra Dei minimē ignoret. Cuius furorem, atque insana consi-
lia Dei sapientia irridet. [Quare tremuerunt gentes, & po-
puli meditati sunt inania?]

Psal. 2.

3. Ex oppu-
gnatione mi-
quorū, iusto
rum laudes
clariores.

Veruntamen ad acriorem Pharisæicæ inuidiæ dolorem
incitandum, quo tēpore hi de interficiendo Lazaro cogitat,
imminuendæ gloriæ Christi gratia, eodē tempore Christus
amplū sibi ingressum in urbem, vel potius triūphum ornatis
simū parat, quō res gesta illustrior fiat. Itaq;, cū ciues Hiero-
polymitani eius aduentū cognovissent, obuiam veniēti pro-
deundum sibi putarunt, omni lātitia & gratulationis signifi-
catione adhibita, omnibus gloriæ ornamētis, faustisq; accla-
mationibus regis maiestatē testificati: quorum ea p̄cipue
mens fuit, vt tam insigne facinus Lazari ab inferis excitati
debitis laudibus prosequerentur. Sic enim Ioannes narrat:
[Testimonium perhibebat turba, quæ erat cum eo, quando
Lazarum vocavit de monumento, & suscitauit eum à mor-
tuis. Propterea & obuiam venit ei turba, quia audierūt eum
fecisse hoc signum.] Hæc Ioannes. Quanvis igitur Pharisæi
angantur, & se discrēcent, atque oīnes in partes vercant,
vt Christi gloriam obscurent, veliat, nolint, clariorem visu-
ri sunt & illustriorem: vt inuidia rumpi cogantur, & dicant
inter se. [Videtis, quia nihil proficimus: Ecce mundus totus
post eū abit.] Itaque, fratres, causam nos Dei agamus fideli-
ter, nostrā ei curā esse ne dubitemus, quicquid obtrectet, &
obganniant aduersarij, virtutes veras obscurare nō possunt,
magis etiam infectando, & contrānitendo illustrant. Hanc
viam tenuere Patres, Ioseph, David, Daniel, cæterique in-
tegritate vitæ atque innocentia cōspicui, quos inuidia inimi-
corum ita exercevit, vt redderet sine dubio clariores. David
sane ita cōparabat, vt diceret. [Volūtariè sacrificabo tibi,
quia fuisti adiutor meus, ppter nomē tuum, quia bonū es,
& super inimicos meos despexit oculus meus.] Idē etiā in
hunc

Psal. 53.

hunc diem intuens, quo Christus triumphat inuitis ac multū dolentibus Pharisæis. [Peccator videbit & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet.]

Pſal. 1. 11.

Cur autem aſello vectus est Dominus, idque eopotissimum die, quo gloriāns & triumphans in urbem celeberrimā ſubit? Nā qui pedibus iter facere ſolitus erat, & breue ſpatiū cōficerē habebat, quid opus fuit nouo genere incessuſ vti? Quid ſi equitandum erat, cur non honestior aliquas species quæſita? Ipsiſ res planè mysterium demonstrat & parturit: neque tam commoditatis ſuæ, quām noſtræ institutionis rationem habuiſſe ſummuſ magiſtrum, monet. Primum igitur ad contemptum gloriae mundanæ videtur mihi Christus aſellum delegiſſe ad triumphum, non curru, non equo veſhi voluiſſe, vt quām ſibi parum cordi eſſet totus ille apparatus, & acclamatio, & occurſus, oſtenderet. Id vile iumentum & quidem precariò acceptum commode probat. Placet enim Diui Chryſtoſtomi ſententia ita dicentiſ: [Nō propter mysterium ſolam ſuper aſinam, ſed & mensuram nobis ſapientiæ tribuens, demonstrat, quod non ſuper equos ferri necelle eſt, ſed luſſicit aſino vti, & eo, quod necelſitatis eſt, eſſe contentum.] Itaque moderationis & gloriae contem‐ptuſ Christuſ eo facto documentuſ dedit. Sapientiſſimum viruſ Dauidem Scriptura commemoraſat, cum honorificè eſſet exceptuſ à Rege Achis in palatiuſ, amentiſ ſpeciem & actuſ induiſſe, quod mallet Iudibrio vitam tueri ſuam, quā gloria inuidiosiſ in diſcriſiſ incurrere. Non eſt mediocriſ ſapientiæ mundi gloriam contemnere, atque eam ob rem ſe optare contemni: quod de ſancto Moyle laudat Apoſtoluſ: [Maiores diuitias (inquit) aſtimans improprium Christi theſlauro Aegyptiorum.] Præterea manuſtudinem in aſino Christuſ probavit, quod ſanè animal, inter homineſ vtile, pa‐rumque vtile habetur rebus magnis gerendiſ: attamen ſpiri‐tualiſ & antiquis Patribuſ non vulgari uſui fuit. Eo & Abraham vectuſ eſt, & Abigail, & Iudiceſ Iſrael plerique vi‐ri præſtantef. Aliter enim Deus, aliter homineſ de rebus iudicant. Homineſ equo gaudent & volitant, de Deo au‐tem Dauid canit: [Non in equo, neque in tibijs vi‐ri bene‐placitum eſt ei:] [Semper enim mansuetoſum & humiliu‐m

4. Tribus ex caſis Chriſtum aſello uſum.

Chryſtoſt. bo‐mil. 64. in Matth.

1. Reg. 21.

Hebr. 11.

Pſal. 146.

tibi

Iudith 9. tibi placuit deprecatio,] aiebat sancta Iudith. Quare neque iumento vehi, neque iumenti etiam similitudine designari Christus recusat, cum super iumentum suum Samaritanus vulneratum illum imposuisse dictus est, quod de ipso Christo interpretatur Ambrosius. [Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus,] non bellicum equitatum, sed rusticum magis probat, ut se pacem, non bellum meditari omnes intelligant. Tertiū iam præceptum illud est, quod nos docuit, quales ipsi maximè idonei gestando sumus. Namque anima velut vesture quadam Deus vtitur. [Portate (ait Apostolus) Spiritum sanctum.] Quis sane eques lenis & placidus non amat ferociam, non importunos assultus equi, magis sedem eius probat animalis, quod sedatè & æqualiter incedit, quod [non equitem dorso, non frœnum depulit ore.] Vultis ne a sellum ferendo oneri facilem, virgæ patientem, non calcitrantem, non ferocientem cernere? Audite, qua suos ratione cælestis præceptor informet: [Si te percusserit in una maxilla, præbe ei & alteram: si te angariauerit mille passus, vade cum eo & alia duo.] Hos mores mundus non probat, immò vero contemnit, & irridet; at Dei sapientia amat & probat. Patientiam, mansuetudinem, modestiam, humilitatem Deus charam habet: ei libenter infidet animæ, quæ his moribus instructa est.

I N D I E P A L-

M A R V M.

Hosanna filio David: benedictus qui venit in nomine Domini, hosanna in altissimus. Matt. 21.

*i. Ecclesiæ
bodie coniū-
gere res val-
de inter se di-
scrpates, læ-
titiam pal-
marum cum
merore pas-
sionis.*



V A E res inter se maximè dissident, eas hodie non die Ecclesiæ sacrofanæ consuetudo coniungit & copulat. Vno enim atque eodem die, festum & luctum ritum palmarum celebrat, & funesta mortis ac passionis Christi historiam secun-

secundum Matthæum recitat: Christi Dei nostri triumphū & gloriam cum ignominia crucis atque acerbitate compo-
nit. Extrissimam hodie processionem solenni ramorum & re-
liqui festiui apparatus ceremonia vehementer insignem,
Missa cum summa quadam mœstitia significatione sequi-
tur, pulla veste, cæterisque luctus insignibus, post faustas vi-
ctoriae acclamationes, post Osanna illud iucundissimum,
statim tristissimas voces audimus, atque impios illos po-
puli furentis clamores: [Crucifige, crucifige:] quos ip-
sum cælum perhorrescere, & vix ferre posse videtur. Ecquid
causæ esse arbitramini, ut res summopere discrepantes uno
tempore inducantur? Nonne à Sapiente sapienter est di-
ctum? [Musica in luctu, importuna narratio.] Nam ple-
bem eandem, ac vile vulgus intrà sex totos dies Christo
victoriam ac triumphum cecinisse, & idem Christum ad
crudelissimum crucis tēterrimumque supplicium depo-
poscisse, & quem Dominicadic gloriōsissimum Regem præ
dicarunt, eundem cum latronibus Feria sexta ad necem
edoxisse, mirandum adeò non est, cùm vulgileuitate pos-
sit leuius esse nihil. At populi Christiani tantam dignita-
tem & grauitatem hæc tam diuersa vix horæ intervallo
agere, Ecclesiæque sapientiam palmarum solennem bene-
dictionem cum lugubri passionis cantu coniungere, mi-
rari profectò quiuis iure optimo possit. Vester intrà bre-
ue tempus mutari, cantica in luctum verti, palmarum læti-
tiam lachrymis & gemitibus concedere, paucarum hora-
rum spatio, aut insipientiæ leuitas est, aut exquisitæ alicu-
ius arcaniæque sapientiæ magna significatio. Et quoniam
illud cadere in Ecclesiam, quæ Spiritu sancto regitur, nul-
lo modo potest, demus operam, ut quid hic lateat ratio-
nis, quoad licet, exploremus. Nam, ut Bernardus scitè di- Bernard. ser-
mo. 1. in die
xit: [Processio plausum habet, passio planctum:] atque hu-
ius quidem coniunctionis affert is causas duas: vnam, ut palmarum.
seculares intelligent lætitiam vitæ huius tristem habere
exitum: alteram, ut spirituales cognoscant ad gaudia vi-
tae æternæ per passionem esse peruenientium. Quibus
sanè rationibus ita assentimur, ut mysticam quandam
aliam potiorem esse iudicemus. Etenim quanvis pas-
sionis

fionis Christi & mortis per se ipsa quidem commemoratio lugubris & acerba videatur, tamen Domino nostro, eiusque Ecclesiæ cœlestis consilij conscientia ad lætitiam potius, & gloriam, & triumphum pertinere videtur. Id quod melius intelligatur, pauca quædam, quælo, cognoscite.

2. Ideo palmarum festū præire, quod passio Christi victoria triumphus.
Ioan. 10.
Ezai. 53.
Hiere. 12.

Luc. 12.

Heb. 10.

Cant. 3.

Principiò nulla Christus vi, nulla externa violentia coactus est pati & mori: sed summa voluntate, atque penitus sponte sua eò est inductus, neque temerè aut casu, sed cōsilio ac deliberatione certa, morte, & genus id mortis subiit. Cuius rei testimonium idem dixit. [Nemo tollit animam meā à me: sed ego pono eam.] Cui astipulatur Ezias ita dicens. [Oblatus est, quia ipse voluit.] Hieremias item: [Dedi dilectionam animam meam.] Huic certissimo documento adiungite alterum: Nullum fuisse temporis punctum, quo nō haberet Christus animo ac mente præfens & mortis genus, & horā ipsam morti subeundæ decretam, eamque cogitationē (quo erat erga Patrem amore, atque ad salutem hominum studio propenso) iucundam, & gaudio plenam Christo fuisse, cuius lætitiae & voluptatis significationem non mediocrem licet animaduertere in illis eius verbis: [Ego baptismū habeo baptizari: & quomodo coarctor, vsq; dum perficiatur?] Paulus quoque confirmat eū, ex quo primū in visceribus matris Mariae homo est factus, protinus se obtulisse Patri, morteque ferendam libenter suscepisse pro nobis. Verba sunt Pauli hæc; ideo [ingrediens mundum (id est, vt Anselmus bene exposuit, quo primū tempore homo esse cœpit) dicit; hostiam & pro peccato noluisti, corpus autem aptasti mihi: holocausta & pro peccato non postulasti, nec placuerūt tibi, Tunc dixi: Ecce venio.] Quod quid est aliud, nisi prōptum se & libentem sacrificio crucis offerre? Itaque in sacro cantico cùm de spinea corona, qua transpunctus est crudelissimè, sponsa loqueretur, & afflictum eius caput nobis exponeret videndum, tamen ita agit, vt de re antiquissima sibi ac plena iucunditatis dicere videatur: [Videte (inquit) Regem Salomonem in diademeate, quo coronauit eum mater sua, in die desponsationis eius, & lætitiae.] Ex eo igitur, quantum mihi videtur, nobilis hic, cœlestisque sponsas Ecclesiæ coronam illam ignominiosam, & sentibus acerbam tanquam fertum

festum aliquod ex rosis floribusque adornatum, præ amore patiendi considerabat. Iam vero quamquam in omni tempore passionis sua diem sibi festum lætumque existimauit, tamen Christus nunquam eius lætitiae clariora & expressio ra indicia præbuit, quam ipso iam mortis tempore instantे. Quapropter Marcus eum narrat, cum extreum Hierosolymam iter ingressus est, tanto ardore & celeritate præuectum, ut viæ comites longo intervallo antecederet, idque discipulos & animaduertisse, & esse miratos. [Et ipse (inquit) præcedebat eos in via, illi verò stupebant.] Iam in ipsa ultima cœna, quam cum suis egit, quam significationem dederit animi sui ardorisque illius incredibilis, quo mortem prolequebatur saluti nostræ necessariam, credo vos omnes meminisse. Nam cui illa amantissima excidere verba de animo possint? [Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar.] Cuius rei non ignarus Ioannes, eam ipsius horam appellare solet: [Sciens (inquit) Iesus, quia venit hora eius.] Nostis verò eum diem alicuius proprium dici consueuisse, atque horam, in qua votis quispiam potiatur. Erat in Christo tantus erga homines amor, erat pater næ gloriae cupiditas tanta, ut eo tempore, atque ea hora, qua & homines esset redempturus, & Patris æterni gloriam recuperaturus, nihil esse posset ei gratias, nihil charius, nihil in honore potius. Quæ cum ita sint, fratres, mirabiliter diuino consilio sancta Ecclesia passionis Christi Domini commemorandæ ac celebrandæ initium esse voluit, & exordium quoddam, festum triumphalemque sacrarum palmarum apparatum, atque omnem illam lætissimam pompam, quam vidistis: ut Christianus homo cognoscat, alteque consideret, tanti fuisse apud optimum Dominum serui salutem, ut in ea comparanda non solum sanguini non pepercere & vita suæ, verum etiam in lucro id, & honore, & voluptate posuerit. Quam Christi charitatem in se quisquis attentius considerat, non potest te non ingratissimum iudicare, si tantum beneficij immemor sit.

Nunc videte, quam sit in præfata lege præclarè hæc victoria crucis, atque hic triumphus Christi pro nobis occisi significari.

N n nificare placuisse.

Marc. 10.

Luc. 22.

Ioan. 13.

3. Sacrificium suum Christo palamis & festo apparatu significare.

nificatus. Extat legis antiquæ decretum in hæc verba: [Decimæ madie mēfis huius tollat vnuſquisq; agnum per familias, & domos suas.] Decima quarta luna mensis primi, id est Martij, agnum immolari solitum, ut Phæſe, id est pascha celebra- retur, omnes vos nosſe credo. Dies omnino quatuor, antequā immolaretur agnus, iubebatur legi, & separari à grege, & do- man agi: itaque eo die ibat vnuſquisque ad pæſua, & futurā victimam festis clamoribus, & ramis, atq; omni significatio- ne lætitiae domum deportabat. Erat enim is agnus monumē- tum antiquæ libertatis iucundum, quam, Aegypto relicta, & Pharaone oppreſſo, Israelitæ consecuti fuerant ex durissi- ma seruitute. Hic q̄uis non animaduertat, quod Paulus admo- net, vmbraſ fuſſe lege in futurorum bonorum? Fuit enim, si qua alia, illastrissima prophetia hæc agni paſchalis ad Chri- ſti paſſionem & mortem dilucidè & expreſſe delineandam. Nam decima quarta luna Christum pro nobis traditum, & comprehenſum, & opprobria, necemque perpeſum, ac ſan- guine ſuo illo immaculato genus humanum ex diaboli serui- tute & tyrannide liberaffe, nemo Christianus ignorat. Hoc igitur ipſo die, qui propriè quatuor antecedit dies (ut etiā ad- notarunt viri sapientes, præcipue Chrysostomus) hoc, in- quam, die, qui ſemper diebus quatuor antecedit, & tunc ne- cessariò incidit in lunam decimam, quæ fuit dies hebdomadæ prima, quam nos Dominicam appellamus, hoc (inquam) die agnus immaculatus, qui tollit peccata mundi, in urbem Hie- roſolymā ingreditur, breui post immolandus: ſanguine ſuo liberaturuſ homines, & capti ſedempturus, & in libertatem filiorum Deireuocaturus. Quæ quidem eſt maxima Christi gloria, triumphus ſempiterna memoria dignus. Eam ob- cauſam excipi hodie voluit cum tanta illa pompa, cum lætiſ vociferationibus, cum effuſa lætitia celeberrima significa- tione. Quæ conſiderans omnia ſapienter Ecclesia, paſſione Christi lætiſſima processione, dulci modularione, palmarū inſignibus excipiendam duxit, cùm regnum Christi ex eius ſanguine & paſſione quæſitū, ſtabilitū, conſirmatūq; cog- noſcat: ita enim prædictum eſt, Christi imperiū & principa- tum fore ſuper humeros eius; quod nihil eſt aliud, ut Patres:

Heb. 10.

Chryſoft.
hom. 64. in
Ioan.

con-

consentient, quām per crucem & passionē Christū in homi-
nibus regnaturum. Quare, instantē iam die mortis & crucis, *Esa. 9.*
Spiritus sancti impulso plebs illa Hierosolymitana veniēti *Illud Esa.*
Regi suo obuiam prodiit, vocibus faustis & factis praelaris, Factus est
regnum Christi mirabile, diuinitus datum canens: Huc enim principa-
spectant illa; [Hosanna filio David: benedictus, qui venit in nōm eius su-
nomine Domini, Rex Irael.] Quem passionis dominica per humie-
gloriosissimum fractum considerans sancta Ecclesia, lata & rum eius.
festiu voluit esse huius magnæ hebdomadæ exordia, atque de cruce
in precibus sensum suum, atque hæc diuinam latitudinem ita ali- Christi di-
quando testatur: [Ad beneficia recolenda, quibus nos instau- *8. de pass.*
tare dignatus es, tribue venire gaudentes.] Neque ab eo my *Leo, serm.*
sterio significando abhorret, quod sacer Euangelista Domi- *brof. lib. 4.*
num in Beethphage venisse narrat, atque inde apparatum & *de fid.ca. 1.*
pompā futuro triumpho adornare cœpisse. Erat enim Beet-
phage, ut tradit Hieronymus, oppidulum sacerdotū, in quo *Inslin. in 2.*
victimæ paschales continebantur, atque inde solenni ritu ad *Apolo.* Ter-
sacrificiū Hierosolymā agebantur. Fuisse autē in more con- *tull. 3. con-*
stat nō solum Hebræis, de quibus iā dixi, sed etiā ceteris na- *tronis*
tionibus, ut victimæ coronarentur, & laeto carmine, & Re- *Marcio*
gijs insignibus sacrificio subijceretur, autor idoneus Plini⁹, nem. Cypr.
cuius hæc verba sunt: [Coronas Deorū honori sacrificantes *lib. 2.c. 21.*
sumpsere, victimis simul coronatis.] Id si quis dubitat, ex aduersus In-
actis Apostolicis argumētū sumat, ubi Lucas refert Lycao- *daos.*
nius Paulo & Barnabæ, tanquam diis, sacrificare conatos, ac il *Plinius lib.*
lud adiūgit: [Sacerdos quoque Iouis, qui erat ante ciuitatē, *16.c. 14.*
tauros & coronas ante ianuas afferēs, cū populis volebat sa- *Att. 14.*
crificare.] Ac quia Regum insigne erat diadema, hoc est, vit-
ta quædam fronti circundata, etiā id hostiæ vittarum insig-
ne adhibebatur, quod Poëta in Sinone insinuat, iurante per
vittas, quas hostia gesserit. Quæ omnia cō pertinēt, vt Chri-
stum intelligamus, cūn ad sacrificium crucis se accinge-
ret, & ob id certus patiendi Hierosolymam peteret, voluisse
regia pompa excipi, regnumque sempiternum palmarū in- *4. Palmas*
signibus denuntiari. *Christi imi-*

Palmarū ramos prætulisse ciues Hierosolymitanos in ho- *tatione no-*
dierno triumpho audistis; neque ignoratis sanè ysum om- *b. se fæ gesta*

nium gentium , sive Hebræi , sive Græci , sive etiam Romani fuerint , palmam semper existimasse insigne victoriaræ . Neque ea consuetudo ratione vacat , cum historici & naturæ scriptores tradant , id esse palmæ mirabile ingenium , ut quod cæteras arbores incurvat & deprimit , palma erigat potius , & producat pondus impositum . Neque enim cedit , neque flectitur onere , sed se ipsam magis confirmat , atque attollit , quod præclarissimum est victoriæ genus . Plinius quidem sic tradit : [Palma arbor inuadida , in diuersum enim curvatur . At populus contrâ omnia inferiora panditur : palma in contrarium fornicatur :] hoc

Plinius lib. 16.c.42. est , fornicis instar attollitur , & resupinatur . Xenophon lib. 7. Cyro- illustris Historicus ac Philosophus Cyrū illū magnū Persicū imperij auctōrē , cum Babylonem obsideret , turres in ipso flumine Euphratis , palmis suppositis , instruxisse , atque eo artificio urbem potentissimā expugnasse , literis commēdauit . Eo igitur instituto ad significandam Christi Iesu gloriosissimam de peccato & morte victoriam , diuinum numen populo Hierosolymitano hunc maximè palmarum apparatum inspiravit . Verè enim Christi regnum , & gloria perfectionibus & afflictionibus crevit : ac super dorsum eius fabricasse peccatores Scriptura dicit . Quæ verò fuerint machinæ illæ tot cruciatum , tot conuictorum , spotorum , colaphorum , verberum , spinarū , clavorū , atque omne genus iniuriarū , quis vñquam dicere , vel etiam cogitare satis posset ? Verū nihil tanto pondere malorum nostrorum flexus , nihil depresso , nihil superatus est , quin altior & gloriōsior surgeret , & caput supra cælos omnes attolleret . [In eo

*Heb. 1.**1. Petr. 2.**Cant. 7.**1. Petr. 3.*

(inquit) quod passus est , potens est & ijs , qui tentantur , auxiliari .] Item Petrus ; [Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum , ut peccatis mortui , iustitia viuamus : cuius liuore sanati estis .] Ecce crucis præclaram victoriam , in quam ipse ascendit , ut fructum illius decerperet , sic enim habet dissinū carmen : Dixi a scēdam in palmā , ut colligā fructus eius . Huius palma fructus scire cupitis ? evndem Petrum audite ; [Per resurrectionem Iesu Christi , qui est in dextera Dei deglutiens mortem , ut vitæ æternæ hære-

hæredes efficeremur.] Puto vobis pulcherrimos videri gloriosissimæ palmae illius fructus. Neque immerito palmarum ramis exceptus est Rex, qui victoria sempiterna hostibus profligatis, in libertatem cælestemque patris am genus humana num afferuit. Illud superesse video, ut nos quoque palmas portemus, & manibus ipsis, non solum vocibus, victore Regem victores ipsi prosequamur. [Nō enim coronabitur, nisi qui legitimè certauerit.] In festo quidem tabernaculorum palmas prætendere Iudaicus populus iubebatur; nos vero festū eum diem celebramus palmis adornati, qui mundo ac propria carne deuiciis, in cibitatem cælestē, peregrinatione omni exacta, nos feliciter assignauerit. Tales enim in illa curia vidisse se Ioannes cælestes ciues commemorat: [Et palmæ (inquit) in manibus eorum.] Erit quidem id, si Christum imitati fuerimus, si gnauiter, si fortiter vitijs, & concupiscentijs obstatiterimus: erit id, si tentationes varias ac persecutions hominum genitose tulerimus, vt possimus iure dicere; [Non solum autem, sed & gloriatur in tribulationibus.] [Gaudet enim patientia duris,] vt dicebat Cato. Sic enim se res habet; eos animos Deus sempiterna sapientia sua maioribus laboribus cumulat, quos videt ijs incommodis altius affurgere, quod ad diuinam iustitiam pertinere magnus Dionysius Areopagita rectè interpretatur: [Magis (inquit) est diuinæ iustitiae proprium, ne quaquam emollire atque enervare optimorum quorumque masculum sensum largitione carnalium, & illos in præclaro inflexibilique statu solidare.] Paulū vobis proponite, cuius sunt verba; [Peto, ne deficiatis in tribulationibus meis, quæ est gloria vestra.] Gloriam non solum suā, sed etiam suorum censuit, pro Christo acerbissima quæque perpeti. Quapropter, fratres, nobis palmarū ramos ex Ecclesiæ instituto hodie sumamus, & Christi passionem iam iā instarem, non solum pijs meditationibus, sed etiam factis clarioribus, atque illustri ipsius crucis gestatione, id est, maioribus carnis afflictionibus, omniisque macerandi corporis studio prosequamur. Ita fiet, ut Christi triumphum pro dignitate celebremus.

(. . .)

1. Tim. 2.
Exod. 23.

Apoc. 7.

Rom. 5.
Cato apud
Lucanum.Dionys. ca.
8. de diuin.
nomini bus.

Ephes. 3.

IN E A D E M D O-
MIN I C A , C O N C I O
S E C V N D A .

Cum appropinquasset Iesus Hierosolymis, & venisset Bethphage, ad montem Oliveti, tunc misit duos discipulos suos. Matt. 21.

1. Quidiu-
mentum sig-
nificet alli-
gatum: quid
Christū por-
taus.



MNIA facta Saluatoris nostri plena fuisse significationis spiritualis & doctrinæ cœlestis, nemo pius ignorat: tū verò ea, quæ ab usu & consuetudine mortaliū longè distant, facile est alicuius occultioris mysterij insinuandi causa adhibita interpretari: quale in primis est illud, quod hodierno die à Christo gestum accepimus, qui iumentum ad iter perbreue sibi quæsivit, solitus pedibus plurimum viæ facere, quique alias occulte & clam ingrediebatur in urbem celeberrimam, omnemque popularem gloriam à se alienabat, nūc de industria maxima frequentia hominum, extraordinario & vestium & ramorum apparatu, inusitato carminum applausu excipi voluit. Quoniam verò auctus Dei hominis, præter arcanam diuinæ sapientiæ notionem, moralem etiam continent eruditio- nem, de ea non nihil in præsentia dicendum censui, vt quid iumentum illud vile, cui insedit, quid vestes strate, quid rami ea si significant, et teraque, si qualunt, cognoscatis. Atque illud primum occurrit hominem, cuius gratia hæc à Deo geruntur, iumenti, nisi designatur latitudinem, & voce & viu Orig. tratt. declarari, quemadmodum Origenes & Chrysostomus hoc 14. in Mat. loco philosophantur. Nam fuisse animal, quo vescus est th. Chryso. Christus, ante prælepi alligatum constat, ex quo solutum homil 67. Apostolica diligentia, gloriose sarcina dorsum præbuit. Iā in Matth. qualis

qualis peccator sit, quām constrictus præsepi suo, in quo
vel libido, vel cupiditas, vel vanitas inest, ne ipse quidem
ignorare potest, si se intueatur. *F*unibus peccatorū suorū cō-
stringi vñquēque Scripturæ testatur. *N*eque; lui perfectū do-
minatum peccator habet, neque vni soli domino paret, sed,
quod de illo iumento Betphageo perlibetur, expositus est
omnibus, cōmune multorū animal est, atq; in via stabulatur.
*P*eccatis quippe addūtur peccata, neque repugnat insipies
homo, vbi semel ionexus est culpa, alijs atque alijs vitijs ter-
uire, quod ppheta declarat verbis illis: [*V*iajisti pedes tuos Ezech. 16.
omni trāscendenti;] sub scorti viliis figurā quēlibet libidine ad-
mittentis, animi multis & varijs sceleribus oppresi mores
significans. *T*alem quidem ducit vitam peccator, quandiu
diaboli captinus, eius imperio paret. [*N*e quādo (ait Aposto-
lis) det illis Deus poenitentiam, & resipiscant à diaboli la-
queis, à quo captivi tenentur.] *Q*uapropter Chrysostomus
bene eam peccati alligationē sic explicat: [*L*igata erat asina,
id est, diabolici erroris vinculo impedita, vt nō haberet liber-
tate eundi quō vellet; nā antequām peccemus, liberū habe-
mus arbitrium sequi voluntatem diaboli, an non. Quōd si
semel peccantes obligauerimus nos operibus eius, iā nostra
virtute evadere non possumus: sed sicut nauis, fracto guber-
naculo, illuc ducitur, vbi tēpestas voluerit: sic & homo, diui-
næ gratiæ auxilio perditio per peccatum, non, quod vult, agit,
sed quod diabolus vult.] *P*rofus bene, profus ex ratione
Catholicæ doctrinæ, quæ peccato liberum hominis arbitriū
docet seruituti miserrimæ subiici, vt Concilia contra Pela-
gium passim admonent. Non quōd peccatores libero priuen-
tur arbitrio, aut titulus sit sine re, vt impius Lutherus dixit:
sed quōd ita in malū inclinatū maneat, vt sine gratia Dei nō
polsit, vt opus est ad salutē, operari. *V*erūm cūm Christus Bernard.
immentum sic peccato alligatum soluit, atque ad se adductū, serm. 1. in
equitando dignat̄ suum facere, quale illud iumentum esse die Palma-
putatis? quām nobile? quām ornatum? quām diuinis rum.
quoqme laudibus celebratum? Bernardus quidem ita pro-
nuntiat: [*I*umentum, cui insidet Christus, nonne vos Serm. de Sā-
stis, iuxta præceptum Apostoli, glorificantes, & portantes ito Benedi-
cione 4 Deum ito,

Deum in corporibus vestris? Idemque in alio sermone; [Fratres mei pium Christi iumentum, qui cum propheta dicere potestis: ut iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum. Vos quibus infidet Christus, quoniam anima iustitiae des est sapientiae.] Hac Bernardus. Magna felicitatis est a Deo regi, praestantis gloria Deum portare: hoc humilitati & mansuetudini iumenti propositum premium est. Bene

Psalm. 72. August. ser. 24. de nati-
nit. ex bi-
bliothe. bo-
ml. proinde Diuus Augustinus admonet: [Noli erubescere Dei esse iumentum: Christum portabis, non errabis: ambulas per viam, sedet super te. Sedeat super nos Dominus, &, quo vult, nos dirigat: iumentum ipsius sumus, ad Hierusalem eamus: ipso infidente, non opprimimur, sed eleuamur: ipso ducente, non errabimus.] Neque enim in equo feroce Deo beneplacitum est, neque in tibijs viri (vt Psalmus habet) sed super humilem, & quietum, & Dei sermones extimescentem Spiritus Dei requiescit.] Ergo Apostolum nos adhortantem audiamus. [Sicut exhibuisti membra vestra seruire iniustitiae ad iniquitatem, ita nunc exhibete seruire iustitiae in sanctificationem.] Atque hic actus, hanc ratio propria spiritualis ac mystici iumenti est, quod quamquam per se vile est, & abiectum, tamen Christo nunc obsequens prae omnibus alijs gloriam tanti triumphi participat.

2. Duos dis- cipulos mit-
ti ad soluen-
ti adducendum.
ministrum sa- cramenti.
Mat. 18. At quod ex infelici & sordido stabulo ad Christi vecturam seruat, opus fuit Apostolos mitti a Christo, eosque duos, tum ab ijs solui, tum verò Apostolicis vestibus instrui, & præparari, vt Christus denique insideret. Quid hæc vobis videtur significare? Nonne venit in mentem munus iumentum, esse Apostolicum, homines peccatis soluere? Facile reuocare in animum potestis Domini verbum: [Quæcumque verbi, & mi-
nistrum sa-
cerdotum] rò cur missos esse putamus? num ascello soluendo unus non erat sat? Erat planè satis superque unus: sed duos oportuit mitti, vt ad conuerzionem peccatoris ministeria duo esse necessaria cognosceremus: prædicationis, nimis um, & sacra- mēti (sue baptismus, sue pœnitentia sit) ministros habe- re debet, qui salans esse desiderat. Paulus quidem ea mini-

ministeria ita enumerabat, ut se diceret à Deo missam non baptizare, sed Euangelizare. Sed quannis ministeria eaditer 1. Cor. 1.
 factae scilicet sint, ministros tamen decet inter se summopere
 consentire, neque alterum ab altero discrepare. Si enim is,
 qui Euangelizat & concionatur, ei, qui pœnitentiam admi-
 nistrat; atque hic illi bene consentiat, opus Domini alacriter
 fit, & plurimi peccatis soluuntur homines, ad Deumq; addu-
 cetur, sin male inter utroq; cōueniat, atque alter diuersam
 viam teneat, altero neglecto, si quos terret vnum cōcionibus,
 alter facilitate absoluendi metu liberat, nulli usq; erit labor
 assumptus. Testatur id Scriptura, cū dicit: [Vnus ædificans, Eccl. 4.
 & alter destruens, quid perficit eis, nisi labor?] Danda igitur
 opera est, vt ministri Christi inter se summopere cōsentiant,
 atque ad salutem hominum perditorum una atque eadem men-
 te conspirent. Ea est sane populi Christiani calamitas maxima,
 cum prædicatores inter se dissident, cum confessarij, &
 sacerdotes instituto & opinionibus discrepant, cū alij alios
 vel lacestant, vel infestantur, neque communem operam alatu-
 tianarum paribus votis impendunt. De Timotheo quib-
 dem Paulus sic scribit: [Opus Dei operatur, sicut & ego.] De 2. Cor. 12.
 Tito non dissimilia, [Nonne eodem spiritu ambulauimus?
 nonne ijsdem vestigijs?] Itaque ubi fuerit hæc ministrorum
 Christi perfecta confusio, peccatorem, tametsi mille vincu-
 lis sit impeditus, tamen absolvendum & liberandum, Chri-
 stoque addiscendum nemo dubitet. Attamen solei asellum
 præsepi, cui erat alligatus, non latis Apostolis fuit: prætereà
 vestibus suis operieundum, ornandum que censuerunt, quo se-
 denti Christo & mollior esset, & ornatior incessus. Vester
 ipsa opera & actus Scripturæ interpretari solēne est, sic Ioā-
 nes: [Beatus, qui vigilat, & qui custodit vestimenta sua, ne Apoc. 16.
 nudus ambulet, & videant turpitudinem eius.] Esaias quo-
 que: [Neque operientur operibus suis: opera eorum opera
 inutilia.] Ergo Apostolicis indui & adornari vestibus, is me-
 ritò, vt Hieronymus etiā insinuat, existimadus est, qui Apo-
 stolorum facta imitatur, qui mores institutumq; eorum le-
 quitur, qui orationi assidue instat, qui sacramenta frequet,
 qui pietatem colit, & legem libenter subuenit, qui corporis

Hierony. in
Matth. 21.

voluptates respicit, qui Christo denique quām simillimus est
fici conatur. Hoc cultu instructum, his ornamentis illustrē
libenter Christus admittit, & familiari obsequio adhibet,
ut similijsdemque paliibus gradiantur, quod Paulus admo-
nuit: [Portate Deum in corpore vestro.]

*3. Christi
introitū ex-
cipi vēstib
sibi detra-
ctis, elemo-
lynæ studiū
significare.*

Iam de iis, qui venientem Dominum exceperere, dicames.
Tria quidem genera videmus Christi ingressum atq; triū-
phū celebrantū. Vnū eorum, qui honoris causa vēstimentis
suis viam sternebant, & adornabant. Alterum ramos cæden-
tium de arboribus, quibus viam item instruebant & illustra-
bant. Tertium genus erat canentium, & Regis introitū lau-
dibus prosequentium. Quorum omnium cum sint variæ in-
terpretationes Patrum pulchræ atque probabiles, tamen ea
mihi nunc præsertim placet, quæ tria diuinorum obsequio-
rū genera distinguit. Nā eleemosynæ & misericordiæ actus,
iij mihi significare videntur, qui vēstes exuentes, Christi viā
cooperiebant. Neque est dubium, quin magnum ijs officium,
& Christo in primis gratum faciant, qui re sua, & spolijs sibi
detractis, veniente ad se excipiunt: quibus aliquando dicta-
rus est Rex: [Nudus eram, & cooperiūstis me.] Tale fuit san-
*Matt. 25.
Att. 9.*

cte illius viduæ Dorcadis studium, quam Petrus excitauit
ab inferis, lachrymis & dolore commotus piorum virorum
at fœminarū, qui cū flentes circumstetere, indumentis ostē-
sis, quæ ipsis benignissima faciebat Dorcas. Hoc genus Salua-
toris accipiendo præcursor Ioannes populum docebat, qui
se testatur eō præmissum, ut vias Domino venienti pararet
Lac. 3.

atq; muniret. Sic enim scribit Lucas. [Et interrogabant eum
turbæ dicentes. Quid ergo faciemus? Respondens autem di-
cebat illis: Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui ha-
bet duas escas, similiter faciat.] Ioannem Baptistam, nimi-
rum, hæc tempora, atque hi mores desiderant, qui pilis ipie
camelorum, duroqué amictus cilicio, luxuriam & delicias
vestium elegantium ac pretiosarum passim à plebeis quo-
que usurpari minime ferret, acriter superuacaneū, & inutilē
cultū coargueret: qui vatis minas caneret ijs, qui īduuntur
Sophon. 1.

veste pretiosa atq; peregrina. Quis enim ferre potest pauperes
plurimos frigore & fame enectos in vijs & plateis occurtere,

cum

cum plerique parietes suos ferica veste , atque auro intexta vestiantur Ita ne? Hominibus Christi sanguine redemptis cras sa vilisque desit lacerna, equi alijs atque alijs phaleris sumptuosis superbiantur Domum tuam, Christiane, multo ac præclaro peristromate exornes? templum Christi viuum vili saltem ac redundanti veste tegendum non cures? Ergo, fratres, venienti ad nos Regi occurramus, & quod facere solent Principes viri, ut familiam suam noua veste adornatam comitari iubeant in Regio introitu, nos quoque libenter sequamur, familiam potius Christi, id est, pauperes, quorum est regnum celorum, veste, & quibus poterimus modis iuvantes, obuios feramus, gratissimam sine dubio popam, ac Dei oculis præclarum spectaculum oblaturi.

Nunc alterum genus persequamur eorum, qui arbores cædunt, ramosq; adhibent ad ornandum Dei triumphum, quo-ruin mihi similes ij apparent, qui corporis sui membra mortificant, ac de voluptate & dulcedine vita partem plurimā amputant, eaq; ornamenta offerant Christo, quæ sibi detrahant, trunci ipsi, & matili, verūm eò aptiores regno Dei. Scitis Christi esse præceptum, de oculo cruento, de manu & pede truncando, & Apostolas concinit, dicēs: [Mortifica te membra vestra, quæ sunt super terram.] Olim quidem Abimelech ducē impigrū ramū cæcidisse, atq; humeris impositū gestasse, id exempli ceteros sequi imperasse, historia sacra prodit: eo facto indicare volens, proprio labore, Christiq; ducis crucē portantem vestigij milites fideles ad viatio-riam properare, cōtendere qj oportere. Nā re vera palcheretimè viam Christi exornant ramorum talium insignia, quæ martyres offertunt, & martyrum sectatores, qui corpus suū castigant. [Habet enim (ut ait Hieronymus) castitas sero-ita martyrium suum.] Hoc proinde tempore, cum passionis Dominicæ acerbitas solenni ritu Ecclesiæ vniuersaliter commemoratur, magnopere decet fideles voluptati reluctari, dolori libenter indulgere, corpus castigare verberibus, cetero-que instrumento alperitatis, tanquam bene acuta securi, ramos quanuis floretes & vividos, decutere, & ad terrā stercere. Est delectabile & iucundum spectaculum ramorum pro Christi

4. Ramos
cædere de ar-
boribus, qui
membra sua
pro Christo
mortificant.

Matt. 18.
Gal. 5.

Indic. 9.

Hiero. in vi-
ta Maltchi-

Malch. I

Christi honore & forum, id est, macerati corporis, & afflitti polia virtuti sacramentum, de congressionibus, de epulis, de somno, de ornatu, & cultu aliquid, immo permultum detrahendum est ei, qui passionem Christi ritè celebrare velit. Ut enim Leo Pontifex ait, [qui Sacramentum suæ reparationis intelligit, carnis se vitijs debet exuere, & omnes sordes abijtere peccatorum.]

Leo sermo. Christi laudes canent celebrantium. Hos esse puto, qui precibus vacant, oratione eos qui orationi, diuinæque contemplationi se totos dedunt. Qui laudibus assiduis Agnum Dei honorant & celebrant: [Erit vox laudis in medio tui Hierusalem.] Esaïæ vaticinium est, cui simile illud Zachariæ: [Et plateæ Hierusalem complebentur infantibus, & puellis iudentibus in plateis eius.] Non opinor ignorare vos cælestem Hierusalem, atque hanc pulcherrimam Christi Ecclesiam: in qua cernere est præclarissimos iudos ab infantibus, & puellis in Christi gloriam agi, ubi tot sunt collegia, tot sodalitia virginum, & regularem vitam ac sanctitatem profitentium adolescentulorum. Horum est pretiosa laus: horum dulcissimum carmen

Apoc. 5.14.

Regis nostri aures mulcet. [Et cantabant (inquit Scriptura) canticum nouum.] Quantus Dei sit cultus in confederationibus & meditationibus pijs, egregie Bernardus docet in verbis: [Quid sit pietas, quæris? vacare considerationi. Dicas me forsitan in hoc dissentire ab illo, qui pietatem definiuit cultum Dei: Non est ita. Quidenam tam pertinens ad cultum Dei, quam quod ipse hortatur in Psalmo? Vacate & videte, quoniam ego sum Deus, quod sanè in partibus considerationis præcipuum est.] Hæc Bernardus. Ergo date vos orationi, quietis & silentij loca opportuna petite, meditationibus diuinis animum exercete: laudes Dei ore, atque corde psallite, victori Christo non pœna, sed alleluia diuinum canite. His populis vos miscete, qui voce contenta clamitant: [Hosanna filio David: benedictus qui venit in nomine Domini.] Exaltate eum, quantum potestis, quia [cum consummaverit homo, tunc incipiet,] ut habet Scriptura. Triumphantem Gedeonem sic conseruant

Ecli. 1.

Iadic. 8.

in illud

bant vociferantes milites, [Deo & Gedeoni.] Nos verò non Deo & Gedeoni, sed Deo, & Christo Regi canemus, cuius ductus vicius diabolum, cuius numine euasivus mortem, & saeva post mortem supplicia tartari. Quanta sit lætitia Christi gloriam canentium, nemo intelligit, nisi in eadem choræ sit. Illud ad extremam cogitate, cateruam in Christi triumphum æquè antecedentiam, atque sequentiam in illius laudibus conuenire, omnes cundem regem prædicare, vni omnes deferre imperium: nimicùm Christi fide, & sanguine redemptos se confitentur, non minus iij, qui olim antecesserunt Christi in terram adventum, quām qui nunc eodem agmine illum sunt consecuti, quemadmodum sancti Patres hoc loco præclarè animaduerterunt. Nos habemus hoc communī gaudio, & triumpho populi fidelis exclusos nos nolimus, voces iungamus, actus sociemus, Christo venienti lati occurramus, euntem in celestem Hierusalem vestigis prosequamur: erit tuta & certa societas gloriae, si fuerit pugnandi nondissimilis ardor. [Si enim sustinebimus, & conregnabimus,] ut magnus dixit ^{2. Tim. 2.} Apostolus.

F E R I A S E. C V N D A M A I O R I S H E B D O M A D Æ.

Ante sex dies Pasche venit Jesus Bethaniam. Ioan. 12.



ONS VET VDO Ecclesiæ tenet, hanc ^{1.} Cœna
vocare magnam hebdomadem, non quod Christū pas-
plures in eadiis numerentur, neque longio-
ribus intervallis præ alijs proferantur: sed pinguis de-
ea potius ratione, quod plura ac maiora ne-
ciaræsse.
gotia.

gotia intrâ huius hebdomadæ spatia geri debeant. Quam obrem vigilare etiam atque etiâ oportet Christianū, & particissimo somno contentum animum rebus magnis considerandis atque agendis, quâm possit divitissimè, intendere: ita fiet, ut maiores dies studio & pietate siant, quâm natura cœli circuitu descripterit, ex quo magnam meritò piorum mês habebit hebdomadam. Scita quidem est Socratis sententia de somno, cuius ea verba Plato refert: [Somnus multis nec corporibus, nec animis, nec rebus gerendis natura conductus. Nemo quidem, cum dormit, aliusvis pretij est, non magis, quam si non viveret. Quare quicunque vivete, & sapere cupit maxime, quâm longissimo tempore vigilet, sola salutis commoditate servata.] Socratis sententiam diuinus sermo probat, quandoquidem dormire ac mori pro eodem ferre diuina Scriptura usurpat. Quæ ratio maiores nostros impulit, ut quo tempore Christi Iesu Dei nostri extremos maximosque actus refert & celebrat, longiores vigilias, Ecclesiastica officia copiosiora, productioraque populo Christiano indixerit. Numerantur vero quodam peculiari mysterio dies, qui antecedunt solemnisimum ac celeberrimum diem Paschæ, idque cum alijs Evangelistis, tum Ioanni curæ est, qui & cœnam supremam & maximè diuinâ, pridie Paschæ commemorat, & aliam quandam cœnam ante sex dies Bethaniæ factam refert: ut cœnit alle Christus videri posset, tâquam festum exoptatum que diu iam consecutus diem. Verum cœna illa extrema cum Apostolis acta, est eò magnificenter, mysterijsque vberior, quò passioni mortiq; propin quior. Hæc hodierna amicis data, Lazaro & Martha, & Maria, tanquam illius alterius prænuntia, in qua etiam sepultura mentionem, vnguento adhibito sibi, inferre voluit. Quæ ex te intelligi potest, quâm fuerit totus semper in cogitatione ac desiderio patiendi pro nobis, moriendique defixus, ut præclarè ab Esaia sic dictum: [Opus eius coram eo.] Itemq; à Davide: [Ego in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper.] Quem suum dolorē, quia medicamentum nostri morbi lethalis sciebat futurum, ea erga nos charitate voluit, ut iucundissimum atque optatissimum haberet.

Plato de legib. lib. 7.

*Esa. 40.
Psal. 37.*

ret. Tātē benevolentia, tamq; incredibili studio vt Apostoli vice in referrent, pro Christo pati in magna tua felicitate ponebant, nihil illis vt esset lātius & iucundius, quam verbera, contumeliasque perferrere eo nomine, quod Christi essent discipuli: [Ibant (inquit Scriptura) Apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro Christo contumeliam pati.] Id quod erat expertus Petrus, alios quoque communem faciendo duxit: [Nemo patiatur vt fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor, si autē vt Christianus, non tristetur, lātetur potius, & glorificet Deum in isto nomine.] Ergo eō cœna hodierna pertinuit, vt passionem mortis inque iam propinquantem gaudio, & conuiuio excipiendam pro suo in nos amore Christus significaret.

In ea cœna factum Mariæ Magdalenæ narratur, quod vnguento pretioso pedes Dni vnxerit, & capillis suis exterrit. Caput cōmemorant Marcus & Matthæus: itaque vtriq; parti adhibitū id vnguentum, quod Augustinus sentit, existimare debemus; id enim probabilitas longe est, quā, quod quibusdam placuit, diauersos fuisse actus, neq; conuiuum idem, quod Origenes, Chrysostomusque sentire. Pisticum autem vnguentum Ioannes dicit fuisse, quod quanvis sancti Patres nonnulli ex Græco verbo deriuenter, & ad fidei laudes accommodent, sine qua impossibile est placere Deo; tamen illud est promptius credere, idcirco fidele vnguentum dixisse, q; esset purum atq; syncerum, non artificio adulteratum, vt tēpe fit in ciuitatibus raris, pretiosissq; liquoribus. Ac propterea pretiosum esse censuit, quod esset pisticum, id est, syncerū & naturale. Quid in re occurrit mihi digna consideratione sententia, Christum non bene vngi adulterinis fucatisq; vngue tis, placete illi pura & syncera, eaq; esse pretiosa, ac proinde odore facile obvia quæque perfundere. Plerique actus nostri, et si religiosi esse videntur, puri tamen non sunt: pietaatem rebus alijs inficimus ac debilitamus, cōmodis (inquam) aut gloria, ac opinione hominum. Vix aliquid Deo offerimus, quod nō extero aliquo & alieno respectu maculetur. Porro lex maculosa animalia Deo offerri vetabat. Paulus quidem se bonū Christi odorem profitebatus, q; idem esset semper,

Act. 5.

1. Pet. 4.

2. Purū Christi
sī gloria ſlu-
dium, mirific
cēredolere.Aug. senten-
tiam, quod
fuerit eadem
cœna & vng-
uento, defen-
dunt egregie
Cardin. To
let. annotat.2. in 12. Ioh.
& Iansen. c.

109. cōcord.

Euang.

Lxxit. 22.

2. Cor. 2.

semper neque variaretur occasionibus temporum. [Chri-
stus bonis odor sumus , alijs odor vitæ in vitam : alijs odor
mortis in mortem. Et ad hæc quis tam idoneus ?] Merito id
ratur , ac proinde pretiosum censet , ita Deum pure colere ,
ut nella hominum opinione mutetur : sed & quæ facere , siue
id boni , siue mali consulant homines. [Quis (inquit) ad
hæc idoneus ?] Re vera quod pisticum est vnguentum , pre-
tiosum est . In auro discite , quantum de pretio & valore
imminuat alterius metallicomixtio. [Non sumus (idem
Paulus aiebat) adulterantes verbum Dei , sicut plurimi:
sed ex sinceritate coram Deo in Christo loquimur .] Im-
menita est eiusmodi perfecti , purique vnguenti fragrantia.
Nihil perinde homines admiratur , atque ab omni humano
respectu liberum prædictoris , pastorisque animum , cum
Dei gloriam , & animarum salutem querere animaduertit.
Nihil neque compendij , neque laudis humanæ cogitantem ,
eiusmodi hominem in cælum tollunt . Tales esse decet , qui
Christo impendere obsequium parant.

3. In auari-
iam Iudeæ
prædictoris.*Ambrosii li.*
3. de Spirit.

Janet. c. 18.

Pieratem sanctæ fœminæ in Christum , qui probare ma-
xime debuissent , vituperarunt . Iudas discipulus , scilicet ,
indigne tulit , quod pretiosa res Christo esset impensa ,
pauperum studium & misericordiam prætexens , quorum
nihil illi nefario curæ erat : sed in occasionem furandi in-
tentio dolebat spem lucri eludi . Itaque tumens ira , &
fraudis sua scelere commotus erupit in illam vocem : [Qua-
re hoc vnguentum non vænijt trecentis denarijs , & datum
est egenis ?] Pulchre hic Dmns Ambrosius hominis ne-
quam insaniam infectatur : [Rectè (inquit) o Iuda prodi-
tor , vnguentum passionis eius trecentis denarijs affimas ,
& passionem eius triginta denarijs vendis , dines in æsti-
matione , vilis in scelere .] Quid avaritia perficiat , co-
gitate : pluris vnguentum Iudas , quam Dominum æstimauit.
Dolevit Christo impendi obsequium trecentis de-
narijs , quem , scilicet , usque eò habuit vilem , ut triginta de-
narios pluris ficeret . Decorum pretium sui meritò irri-
det Dominus apud Zachariam . Quam porrò usitatum &
certum homines virtus sua virtutem nomine tegere , pranas
libidi-

libidines prætextu meliorum velle dissimulare? Beneficentiam in pauperes præ se ferebat, qui erat totus in rapina & dolo. Parietem perfodere Ezechiel Prophetam. Ezech. 9. betur, cumque fortis appareret albus & nitidus, repertus intus est infinitis lordinibus flagitijsque refertus. Paulus probari volebat operarios, utrumne veri essent & Euangelium solum quererent, an potius lucro & quæstui inhiarent suo. [Eiusmodi enim, ait, sunt operarij subdoli, & per dulces benedictiones seducunt corda innocentium, neque Domino nostro Iesu Christo seruunt, sed suo ventri.] Atque aliás idem. [Ut in quo gloriantur, inueniantur sicut & nos.] Magna certè probatio Euangelici ministri, fidele iustumque examen Apostolicæ functionis, si omnis lucri & emolumenti proprij ratio absit. Multi pauperum curam, & piorum causas falscipere solent, magis ut sibi consulant, quam ut eorum res adiuvent. Simul illud considerate, ex parvis initijs in vitio incrementa fieri maxima. Cernite Iudam, unde quò tandem processerit. [Erat (inquit) fur, loculos habens, ea quæ mittebantur portabat.] Non erat grandis pecunia, tenue certè marsupium Christi, cui reclinandi capit is locus deerat, qui paupertatem & prædicabat verbis, & factis colebat. Attamen necessaria vitæ suæ suorumque sustentandæ non respuebat, vivebat eleemosynis, fideles foeminæ, viri nonnulli pīj subsidij aliquid suppeditabant. Rei suæ familiari præfecerat Iudam, marsupium penes illum esse iusterat. Cur adeo? nonne furacem sciebat? an occasionem furti facidi cupidio & rapaci dandam existimabat? Equidem ita sensio, tametsi Patres rationes alias commode reddant, voluisse potissimum demonstrare, quam oporteret Prælatos & præfides Ecclesiæ rem suam familiarem contemnere, neque magnopere angi debere, si quid detrimenti fortunæ capiant, dummodo res Euangelica crescat proficiatque. Neque Iudeæ occasionem furti Dominus dabat, sed benevolentiam ostendebat suam, ut ipsa benignitate Christi admonitus, bene erga ipsum animatus esset. Sic enim, ut habet Scriptura, illum appellat: [Tu autem dux meus & notus meus:] ducem præfectumque rerum suarum vocans, amicitiæ ar-

gumenta, non fraudis se præbuuisse demonstrat. Attamen
 ut dicebam, ex paruis fortis, frequentibus tamen, ad in-
 finitam scelos Christi vendendi progressus est ille infe-
 lix. Quem subducta pecunia de aceruo delectabat, pau-
 latim ita inescatus est dolcedine nummi, ut triginta argen-
 teorum nummorum Christi Dei nostri sanguinem licita-
 ret. An non exclamate libeat illud Poetæ? [Quid non mor-
 talia pectora cogis auri sacra famæ?] vel potius illud no-
 stri sapientis, [Avaro nihil est scelestius.] Igitur miseri-
 rum exitum sceleratissimi proditoris intuentes, expau-
 escamus, fratres, ad tales fraudis etiam in exiguo facienda
 mores. Serpit paulatim id venenum, & totum animum &
 Eccli. 19. viscera intima occupat. [Et qui modica spernit, paula-
 tim decidet.]

4. Pios de- Atque in acerbum Iudeæ conuitum, lenem Christi pro-
 fendi à Chri- pia scemina defensionem videte. Pauperes non defuturos
 sto neq; mu- dixit, quibus semper benefacerent, si tanto eorum studio
 nificantiam tenerentur, se parum iam apud illos acturum, ex quo non
 in sacris esse oporteret esse graue, si quid impensum estet in ipsum, cum
 viuperan- præsertim sepulturæ honorem nemini inuidere fas sit. Of-
 dam.

ficium porro sceminae probari debere, quæ morituro impen-
 deret, quod mortuo an posset, si quā maxime cuperet, igno-
 raret. Admirabilis fuit Iesu Christi lenitas: singularis in de-
 fendendis infirmioribus diligentia, cum à potentioribus pre-
 merentur. De eo prædictum erat illud eloquium, [Humiliabit calumniatorem.] Et illud Esaïæ, [Arguet pro man-
 suetis terræ.] Eiusdemque Esaïæ vaticinium est, [Addent
 mites in Domino lætitiam, & pauperes homines in sancto
 Israel exultabunt: quoniam defecit, qui præualebat, con-
 summatus est illusor, & succisi sunt omnes qui vigilabant sa-
 per iniquitatem.] Verè vigilare mihi Iudas super iniqui-
 tatem videtur, qui ad omnem quæstus & avaritiae occasio-
 nem sic erat intentus, ut speciem sanctitatis præferret, quò
 posset securius rapere. Neque prætereundum est illud, non
 esse improbandos ac vituperādos, qui divini cultus studio,
 & religionis amplificandæ, templo magnifica extraunt, pre-
 tiosam supellestilem Ecclesiæ donant, amplas monasterio-
 rū ædes fabricantur, quod nonnulli immēritō reprehendūt,

pauperes

Psal. 71.
 Esa. 11.
 Esa. 29.

pauperes potius alendos & vestiendos dicentes. Nam pauperum quidem cura & beneficentia sancta est & commendanda semper, sed ea minime impedit, quo minus in Christi obsequium, & religionis Christianæ splendorem expendi polsint à copiosis & locupletibus, quæ sint perpetua quædam pietatis monumenta, & ad Dei maiestatem impensis venerandam animos intuentium excitant, & mysterijs diuinis peragendis augusta sint. Is magni Davidis sensus fuit, ea mens sapientissimi Salomonis vel in parandis opibus templo opportunis, vel in extruendo aedificio omnium quæ vñquam fuere in toto terrarum orbe, lögè augustissima. A qua sententia non abhorrere Christianam disciplinam, quicquid impij hæretici obganniant, ostendunt manifestò sanctissimorum Pontificum & p̄fissimorum Principū magnificentissima opera. Non enim nimium esse potest, quod Deo tribuitur.

O₂ ADMO-

ADMONITIO AD LECTOREM.



EQVIR E'S fortasse, Lector,
 in hac vltima & maxima hebdo-
 mada Quadragesimæ conciones
 de Passione Domini, quæ in Do-
 minica quidem Palmarum legitur
 secundum Matthæum; Feria verò
 tertia secundum Marcum: Quar-
 ta secundum Lucam: denique Feria sexta in Parasce-
 ue secundum Ioannem. Nos autem nullam tibi de
 Christi Passione concionem damus: causam, scilicet,
 ob aliam nullam, quam quod eius argumenti concio-
 nem nullam vnquam scripsimus. Etsi enim per maio-
 rem hebdomadam de Christi funestissima cæde, de
 summis doloribus, de contumelijs & præbris tantæ
 Maiestatis incredibilibus, sæpen numero ad populum
 verba fecimus, atque earum concionum fructum, si
 vnquam aliæ, maximum cepimus: tamen illud fate-
 mur ingenuè, nos ea de re ne versum quidem scribere
 vnquam in animum inducere potuisse. Etenim sim-
 plici, & pia historiæ commemoratione, adhibito cùm
 verborum conuenientium modo, tum affectu animi
 minimè ficto & fucato, amplius ad compunctionem
 ac deuotionem auditores excitari sumus semper ex-
 perti: quæ earum est concionum, nisi fallor, utilitas
 præcipua. Quam auditorum deuotionem accurata
 doctrinæ alicuius, aut moralis considerationis tracta-
 tio (etsi est ipsa per se perutilis) potius retardat atque
 debilitat. Affectum autem ad mouendum idoneum
 excitari, atque accendi magis meditatione religiosa,

Q o 3. quam

quam lectione accurata, qui quis velexigiū vſus Orator deprehendet. Conciones igitur de Passione Domini, quæ doctrinam moralem continent, inuenies apud Patres plurimas, apud recentiores non paucas. Conciones verò, quæ deuotioni ac pietati excitandæ inseruant, melius meditationibus pijs, & inflammato orationis studio consequerentur. Possunt autem iuuare maximopere affectum, dictionemque exornare propheticæ voces, quæ de Christi passionibus admirabiles, & ad dolorem acuendum & plurimæ, & nobilissimæ existunt: quæ in singula Passionis mysteria aptissime conueniunt. Ex tamen non sunt tanquam docendi causa ex professo tractandæ, sed ad affectum commouendum, & orationem illustrandam obiter perstringendæ. Quem sane ad vsum satisfactum sibi Lecto abundè credo, putabit, si nostrū de Christo reuelata octauum librum consuluerit: in quo libro per capita quinquaginta quatuor, singula Passionis & mortis Christi mysteria Propheticis oraculis iuxta probatam sanctorum Patrum intelligentiam adhibitis, vel indicantur, vel etiam illustrantur. Inde tibi, si ita ère tua fore iudicabis, ad plurimas conciones materiam suffecturam comparato. Vale, & reliqua nostra opera ad Dei gloriam, quod facis, vtere.

FERIA

FERIA QVINTA

IN COENA DOMINI,

CONCIO PRIMA.

*Ante diem festum Pascha, sciens Iesus, quia
venit horae ius, ut transeat ex hoc mundo
ad Patrem, cum dilexisset suos qui erant in
mundo, in finem dilexit eos. Ioan. 13.*



CRIPTRÆ veteris historias Euā
gelici temporis prænuptias fuisse, ac my
steria Christi indicasse, autor est Apo
stolus Paulus. Quæ res, cùm alias lape,
tum hodierno facto tatis perspicere
potest, quo, ad amoris vim & magnitudi
nem declarandam in Ecclesiam synago
gæ peractis ritibus, novo atque admira
bili coniuio Christus excepti suos. Id in Patriarcha Iacob
egregie delineatum, vel potius expressum cernere licet, qui
in Rachelem tanto erat amore, ut cùm septem annos ser
uisset, quò nuptijs eius potiretur, omnem laborem suū præ
mij cogitatione conteneret: [Videbantur illi (ait Scriptu
ra) dies pauci præ amoris magnitudine.] Verum, cù Rache
lis nuptias haberet in votis, prius tamen Liæ maioris soro
ris, quam minime adamabat, oportuit illum coningio satisfa
cere, mox Rachelis charissimæ concupitos amplexus ade
ptus est. Patriarchæ amantis ita se res habuit Christi verò
veri parentis nostri, quonam modo Profectò simus. Et
enim in Iacob Christum, in Lia synagogam, in Rachele Ec
clesiam figuratæ pulchrè Ambrosius demonstrat his verbis:
[Ipse autem est, qui præfigurabatur in Iacob Ætis Iesu spō
sus duorum coniugiorū, hoc est, quidem legis & gratiæ: qui
virginem Rachel ante dilexit, & prædestinatam sibi in con
iugum]

1. Christi
synagogæ
primū, dein
de Ecclesiæ
celebrasset
nisi. 1 Cor. 10.

Gen. 29.

Ambros. de
Iacob. & vi
ta beata. li
bro 2. c. 5.

ingium pio amore affectauit. Sed quoniam alia tanquam leges subintravit, & oculis infirmior obrepuit tanquam synagoga, quæ mentis exercitare Christum videre nō potuit, superabundavit gratia sanctæ Rachel, quæ sōpra primum illud est expedita coniugiū, quæ Ecclesiæ principatum futurū iam tunc nominis sui interpretatione signabat.] Præclarè sane Ambrosius, & lepidè Christam duorum coniugiorum sponsum appellauit. Nā & Ecclesiam ætate iuniorem, forma pulcherimā ardentissimè amavit, pro eaque potiunda magnos labores suscepit, non annos septem, aut quatuordecim, vt Iacob: sed omnino triginta tres seruīs. At antequā Ecclesiā dilecta sempiterno sibi foedere, diuinoq; cōiungio iungeret, synagogæ & seniori, & deformati ex lege satisfaciendū fuit. Itaque animaduertere potestis hodierno die utriusque coniugij veluti sua iura reddentem: ac primum quidem Synagogæ mentæ accumbentem Christū spectate, cibis illius pastum, lastucis agrestibus, agno asso, ceteraq; omni ceremonia rite perfundē: deinde nouam fideliū Ecclesiā novo coniugio, diuinisq; epulis exhilarantem videte, sponzæ sua æternæ foedere se te præbentem aspicite. Op̄ortuit planè ex diuinæ sapientiæ præscripto, prius quod animale est, vt Paulus loquitur, antecedere, tum, quod est spirituale, sequi: Seniori, tametsi odiosæ, iuxta Deuteronomij legis antiquæ iussa, legitimus honor est habitus, priorque locus datus at iuniori, eidemq; adamata, ampliora sunt munera colla: ut exhiberet ipse sibi (ait Paulus) gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi.] Quām verò in votis haberet summis hunc suum sponsalitium diem, abundè optimus Dominus testificatus est verbis his: [Ego baptismo habeo baptizari, & quomodo coactor, vsq; dum perficiatur] tum denique, cum charissimos discipulos mensæ accumbentes latus aspexit, ita locutus est: [Desiderio desideravi hoc Pascha manescare vobiscū, antequam patiar.] Ob eam rem horam suam vocitat, hanc, scilicet, passionis extremā. [Sciens (ait) quia venit hora eius.] Ea tempe vis erat, & magnitudo amoris in suis, vt pro ijs perpeti acerbissima quæque summopere optabile, ac iucundum ei videretur. Quod cùm ita haberet, vigilæ officium exoluit, vt festum diē celebraret: legem

legent impleuit, ut gratiam induceret: figuram exhibuit, ut veritatem teneret; *Lia* lippientis deformisque voluntatem expleuit, ut ad Rachelis formosæ dulces nuptias perueniret. Bene beatus scriptor exorsus est: [Ante diem festum Paschæ.] Vesperum prius commemorat Paschæ, ipsum verissimum & gloriössimum Pascha iam iam descripturus. Nonne alto & diuino spiritu in hac intueri Propheta Esaias *Esaï. 28.*
vobis viderur, cum de Christo pronuntiat? [ut faciat opus suum, alienum est opus eius ab eo.] Patitur indigna pro nobis, ut se dignissima donet. Lactucas acerbas, & carnes igne costas orat, ut se se verum agnum, cœlestèque epulum consumatis suis prebeat. Phase vocabant veteres festum hodiernū. Phale vero ipsa Scriptura sacra transitum interpretatur, cui mirificè congruit Euangelista, verissimum Phase festū Christianum agere declarans, qui sciret optimè, adesse iam tempus, ut ex hoc mundo transiret ad Patrem: [Sciens (inquit) quia venit hora eius, ut translat ex hoc mundo ad Patrem.]

[Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.] Insculpta pectori nomina filiorum Israel summus sacerdos gestabat, cum erat in Sancta Sanctorum introitus; quem Christi summum osti, verissimique Pontificis studium ardens in suos, animumque in eorum cogitatione, curaque defixum declarare, facile intelligi potest: sed quos semper amore prosecutus est, eos vehementius in exitu vita amavit: tunc scilicet, cum iam ingrediebatur in Sancta Sanctorum, quemadmodum Apostolus explicat illis verbis: [Non enim in manufacta Sancta introiuit Iesus, exemplaria veterorum, sed in ipsum cœlum.] [In finem dilexit suos.] Quæ fuerit charitatis Christi magnitudo, quod amor ille progressus sit, quæ gradus tenuerit ardor is animi, nemo est, qui cogitando assequi queat, ne dum dicendo explicare. Mēsuram eius amoris Paulus sapietissime definiuit verbo uno: [Scire (inquit) supereminenter scientiae charitatem Christi.] Hoc perinde est, quasi id sciri de ea possit, sciri à nemine posse. Omnia mihi amorum vires & opes ex cogitate, inferiores longè hoc Christi amore omnino perlucientes. Amasti nos, Christe Deus: amasti sanè impensè. Dic, o te, quos, aut quomodo amaueris. [Cum dilexisset suos.]

2. *Ardens
Christi a-
mor in suos.
Exod. 28.*

Hebr. 9.

Ephes. 3.

Quos suos dico Euāgelistas? suos ne discipulos? suos seruos? si paruta id est, addito, suos amicos; vel si maius, suos frātres, denique suos filios. Nam hoc perfectissimi amoris genus est. Nihil planè horum Euāgelistas: sed ab solutè suos dixit; eo verbo omnes amorum necessitudines & copias complecti volens; sive enim seruos, sive discipulos, sive fratres, aut amicos, aut etiam filios appellaret, magnitudinem illius amoris non definiret. Ita cum suos amasse dixit, omnibus modis, & rationibus ei charos fuisse declarauit. Nullum enim verbum totam illam vim implere charitati potuit. O summe hominum amator, o dulcissime Christie Iesu, quendam tantisper nobis, quo pacto amaueris tuos. Amauit seruos, non auro aut argento emptos, sed pretioso sanguine, quos redemit: ut amicos, quibus omnia sua volsit esse communia: ut fratres, quibus eundem Patrem caelestem, & snum & ipsorum dixit: denique amauit ut filios, materno etiam, qui dulcior & tenerior est, amore complexus. Sic enī ipse per Esaiam compellat: [Audite me domus Jacob, qui portamini à meo utero, qui gestamini à mea vulva, ego feci, ego feram, ego portabo, atque salvabo.] Quod si his omnibus amandi generibus, ardenter aliquid reperitur, si sponsi in sponsam putatur amor esse vehementior, neque eo quoque nomine dilectionē suam Christus vacare est pulsus, qui vulneratum se, & lauscam amore & sororis & sponsae in Cantico profitetur, simul sororem sponsamque coniungens, quod non habent humanae res, ut nullo posse ostendat vocabulo satis exprimi magnitudinem amoris sui. Meritorum aliquando exclamat Bernardus in hac intuens: [O beatitudinem, o gratiam! o amoris vim! Summus omnium, factus est omnium. Quis hoc fecit? Amor dignitatis nescius, dignatione diues, affectu potens, suauis efficax. Quid violentius? triumphat de Deo amor.] Tantam diuinæ charitatis Christi ebrietatem qui non ingrato animo considerant, nihil habent potius, quam ut pari referre cupiant (etsi id est impossibile) &, quod possunt, præstent, ut se totos Christi esse profiteatur. Paulus quidē ita de se statuebat; [Si quis confidit se Christi esse, ego magis.] Itaque, rationibus omnibus se Christo obnoxios agnoscētes, ut serui obsequiūtur,

Esai. 46.

Cantic. 9.

Bern. serm. 64. in Cār.

2. Cor. 11.

vt amici diligunt; vt fratres amant; vt filii colunt; vt sponsa castissimo nexu constringuntur. Nihil est enim ad illud incendium, quo flagrant charitatis Christi beatæ mētes, quod non leue, longèque inferius sit: qua si, vel tenui ex parte, flāma corripi cōperimus, ò nos felices & cælestibus ciuibis comparando!

Eximia suæ charitatis Christus in discipulos duo præcipuum, quod corpore suo & sanguine, inaudito & stupendo conuiuij genere, pauit: de qua se alias dicemus. Alterum singularis modestiæ, & submissionis incredibilis, quo se præcella illa Maiestas ad abluendos pedes hominum vulgarium abiecit: videlicet, humilitatis sanctæ præstantiam homines non intelligunt, sine qua salus esse nemini potest: cuius ex fraude vniuersum genus mortaliū pessum iuit. Itaque, quia Deo esse homo subiectus noluit, Deus ipse subiicit homini voluit, vt vel eo modo disceceret subdi Deo. Humilitas virtus est maxima, ac summopere necessaria: sed in Deo cadere humilitas nequit: quemadmodum sapientissimi Patres confirmant, Augustinus & Thomas. Non enim superius quipiam Deo esse potest, ne cogitari quidem: subiecti autem, quod humilitatis est proprium officium, superiorē pore. recognoscere est. Igitur, cum legē & præceptis humilitatem Deum hominem abunde docuisse, neque id, quod opus erat, consecutus esset, humana vanitate & superbia semper contumaciter obstiente, putauit salutis nostræ amator, exemplo suo perficendum, quod præcepit non satis erat perfectum. Quare, ut diuina persona humilitatis actus suscipere in se sione Domi posset, naturam sibi humanam copulandam duxit, in qua immensiter haberet superiorē Deum, eisque te omnibus modis subiiceret, ac sine diuina naturæ iniuria demitteret. Hęc ego non dicerem nisi diceret Paulus, quis, cum nos ad humilitatis Christianæ altissimam demissionem impensè cohortaretur, ea verba subiicit: Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu, qui, cum in formā Dei esset, non rapinam arbitratus est esse re & qualē Deo, sed semetipsum exinanivit, formam levius accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu iumentus ut homo: humiliavit semetipsum, factus obediens.

*Aug. serm.
182. de tem-*

2.2. q.

mo. de Ascē

161. art. 1.

ad quartū.

Bernar. ser-

suo perficie-

endum, quod præcepit non satis erat perfectum.

Philip. 2.

obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis.] Servile formam aspicitis; servili officio vacarem Dominum gloriarum videtis: veste honoratore nudatum, linteo accinctum, peluum sinistratenentem, dextra aquam fudentem, genibus procumbente, diuinos vultus, totumque corpus inflectentem, pedes vulgares & sordidos contrectantem, omnia vilissimi mancipij munia diligentissime obeuntem. Itaque Patri Deo se se Christus admiranda humilitate subiicit, ex quo primum, quia esse homo cœpit, id facere licuit; atque id canit Psalmus egregie: [In capite libri scriptum est de me, ut faciem voluntatem tuam; Deus meus volui; & legem tuam in medio cordis mei; holocausta & pro peccato non tibi placuerunt: corpus autem adaptasti mihi;] siue (ut alij codices habent nō male) [Autem aures perforasti mihi,] quod seruitutis perpetua & voluntaria indicium legitimū fuit. Quæ quidem ingredienti in mundum Christo, id est, cum primum esse homo cœpit, verba certa ratione Paulus accommodat. Editus in mundum statim in vile præsepe se dedit, superbi hominis cathedral pro illa cœlesti maiestate placanda eo pacto commutans. Iam cum Patrem oraret, & precaretur, in terram procumbens, humillimè iacebat, in Diuinam Patris Maiestatem tanta semper reverentia & submissione, ut in Propheta scriptum legamus: [A facie nominis mei pauebat.] Id quod sub nomine Levi de Christo summo veroque sacerdote esse dictum, Cyprianus & Augustinus idonei autores sunt: denique in mortem usque crucis, abiectissimo, scilicet, ignominiosissimoque supplicij genere, obedientem se, & subditum Patris præcepto prabuit.

Heb. 10.

Mal. 2.

Cyprian. 2.
lib. aduers.

Iud. c. 5.

August. lib.

18. de ciuitate
te. cap. 35.

Luc. 2.

1. Petr. 2.

Neque fuit ea solum Christi humilitatis ratio (tametsi ea tanta est, ut mens mortalium non capiat), sed procelsis tamen ultra, & se etiam homini propter Deum Deus subiecriterat quippe subditus Maria & Ioseph, ut Lucas referit; neque vero hominibus solum, sed hominibus etiam impijs & sceleratis submisit; qui parentibus, hominibus quidem iustis & pijs paruit; adem Cayphas, & Pilato, & militi nefario, tortorique, crudelissimo obedinit: [Tradebat enim se iniuste iudicanti,] & potestarem in se supernè datā

Iudici

Iudicis nequam recognoscebat. Neque pedes solummodo Petri, & cæterorum bonorum discipulorum lauandos sibi, *Ioan. 19.* sed Iudei etiam proditoris sceleratissimi sumpsit. Eos pedes abluit, quos nouit optimè fœdatis vendendi imaginis comminationibus: ea vestigia tergit, & mulcet, quæ proditor haberet expedita, tradendo hostibus Domino: ante eum præcubuerat genibus, qui, erecta cœruleo, & corde obdurato, necem ipsius atrocem machinabatur. *Quis hic amentia non tribuat, non esse tali spectaculo amentem?* *Quis non cælestes cives compellet, & quibus ista oculis spectent, percontetur?* Exclamare profectò liber: [Obstupescite cæli, & desolati lameni portæ eius vehementer.] *[Considerauit opera tua, & expani.]* Ipsas mihi videor videre mentes cælestes ad tam incredibilem Dei humilitatem & mansuetudinem obstupefactas, & tanto spectaculo attonitas Conditoris sui pedes lauantis parricida vix se tenentes, quin ministerium seriale deprecentur. At ille præceptor optimus, non verbis, sed resummpore necessariam disciplinam Christianæ familiæ commendandam existimauit: *[Exemplum (inquit) dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.]* Sapienter Aurelius Augustinus summam Euangelicæ doctrina humilitate definit: *eamque in Christiana vita asseruit esse priam virtutem, eam esse secundam, eam tertiam, eam denique tenere partes omnes.* *[Neque aliam (inquit) tibi ad capessendam veritatem, viam munias, quam quæ munita est à Deo: ea est autem prima humilitas, secunda humilitas, tertia humilitas, & quoties interrogares, hoc dicerem.]* Neque dissimilis magni est Leonis sententia, cuius sunt etiam verba: *[To ta Christianæ sapientiæ disciplina, non in abundantia verbis, non in astutia disputandi, neque in appetitu laudis & gloria, sed in vera & voluntaria humilitate consistit, quam Dominus Iesus Christus ab utero matris usque ad supplicium crucis pro omni fortitudine, & elegit & docuit:]* quam humilitatem Christus propriè docuit, *eamque à se discere homines voluit, [quia initis sum (ait) & humiliis corde,]* non verbis, non specie, non simulata forma, sed corde veritissimo humiliis Christus documentum factis admirandis, quam esset sibi chara humilitas, dedit. Multa quidem docendo, & disse

*August. in
epist. 56. ad
Dioscorum.*

*Leo serm. 7.
de Epiphani.
Matt. 11.*

gendo,

rendo, & cohortando humilitatis studium sæpen numero cōmendarat: sed cum videret superbos hominum animos parum libentes aures dictis accommodare, facto incredibili docere perrexit. Euenire sic solet, ac vobis id accidisse fortassis meministis: ut herus seruum nactus rudiorem, cum tergere sibi calceos inbet, neque opera eius opportuna vtitur, postquam multa monendo & increpando, se nihil proficeret sentit apud imperitum & crassum hominem, tandem strigilem de manu serui rapit, & perficere & tergere ipse aggressus, factis verba addit: sic, sic, heus, tu fatue, agere debes: id est eiusmodi, vt uno suo facto plus seruum eruditat atque acuat, quam sexcentis verbis. Hera quoque si de male verrentis ancillulae manibus scopas tollat, & verrendo ipsa paumentum doceat, quod usui sit: quis dubitat, ipso pudore promptiorem, & exemplo doctiorem seruam ad officium reddituram? Ita mihi planè videtur Deus hominem imperitum & stolidum superbia vanissima, docere voluisse humilitatem, vt saluberrimam disciplinam, summèque necessariam, si præceptis plurimis atque optimis commendata non satis accepisset, certè exemplo ac documento singulari spectatam assequeretur. Est enim verissimè à Seneca dictum: [Homines amplius oculis, quam auribus credere, logumque iter esse per præcepta, breve & efficax per exempla.] Quare præclarissimo Christi facto conspecto, facile dicere homo potest humilitatis præstantissimum bonum. Atque is, qui Deo similis esse percipit, habet profectò, quemadmodum Deo esse quam si nullimus possit, neque id illi fraudis sit, sed emolumento misifico, gloriaq; maximæ.

Seneca lib.
I. epist. 6.

1 N

I N E A D E M F E-
R I A , C O N C I O
S E C V N D A .

*Cum dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in fi-
nem dilexit eos.* Ioan. 13.



Micitiæ maximus uſus eſt, ſua communi-
care atq; impertiſi amico. Id quò cha-
rerioribus in rebus ac ſecretioribus fit, in-
dicium eſt ſyncerioris, & coniunctioris
beneuolentia. Quæ fuerit Christi in ho-
mīnes charitas, declarat illa singularis
cōmunicatio ſui ipliſius. Neque enim fa-
tis habuit ſua dare, niſi ſe iplum etiā de-
diſſet. Ergo horū in iſis naturam ſibi induit, induitam verò, &
Divinitati coniunctam nouo & nunquam audito cōſilio ho-
mini impertiuit, idq; tam ſuauiter, tamque familiariter, ut ci-
biu eſſe quotidianum vellet. Panem quippe & viñū, que ſunt
vitæ humanae elemēta uitaſiſſima, ſuis muneribus adhibuit.
Ionatham Regis Saulis natu maximum filium, narrat ſacra
hiſtoria, cū Dauidis paſtoris Bethlehemiti vehementiore
amore perculſas eſſet, nudasse ſe regijs uestibus atque orna-
mentis, eaquæ induiſſe Dauidem. Verba Scripturæ recito:

1. Lotione
pedum ſigni-
ficatam eſſe
accuratam
præparatio-
nem ad Eu-
chariſtiā fu-
mendam.

[Conglutinata eſt anima Ionathæ anima David, & dilexit
eum Ionathas quaſi animam ſuam. Nam expoliauit ſe Io-
nathas tunica, qua erat indutus, & dedit eam Dauid, & reli-
qua uenitum ſua uisque ad gladium, & arcum, & uisque
ad balteum.] Hoc mihi oſtium hodie præſtitilſe Christus
videtur ſuis, quos ſibi charos vnicē habebat; qui non ſolum
ſe uestibus, omniq; cultu ſpoliauit, ac ſeruili habitu ſeruilem
operam liberaliſſime præbuit pedibus abluendis ſuorū, ve-
rum conuiuio dignatus eſt tanto, quo felices illi ſpiritus ad
omnem aeternitatem maius optare non poſlunt. Neque tu-
nicam, ut Ionathas, aut gladium amicis præbuit, ſed ipsam
carnem

Ambro. lib. 3. de sacram. c. i. carnem suam, ipsum verissimum sanguinem, ut palcerentur & iucundissime epularentur. Etenim totum illud officium laundi pedes eo maximè pertinuit, ut insinuat Ambrosius, ut maiorem sanctificationem impertiret, qua, videlicet, discipulos accipiendo corporis sui & sanguinis mysterio præ-

Cardinal. exposuit, cùm reluctanti Petro dixit; [Si non lauero te, non
Tolet. in habebis partem mecum.] Quam sententiam viri in primis
Ioan.c. 13. eruditi & pijs sic interpretantur, vt se Dominus corporis sui
in commēt. & sanguinis communionem Petro daturum negauerit, nisi
pedes sibi ablui priùs assentiretur.

anno 13. Cornel. lan sen. in con cord. c. 130. Cyprian. in serm. de ablutione pe dum. Qua ex re intelligere debemus ad sacramenta diuina Eucharistiae participanda opus esse noua exquisita que mundicie, quam lotio illa pedum significabat, quemadmodum sancti Patres, Cyprianus, Ambrosius, Augustinus, atque Bernardus tradidere. Neque id esse potest obsecurum, cum Paulus ita de eare praecipiat: [Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat.] Nam qui Simonem Pharisaeum pridem coaugerat, quod cum se inuitasset ad epulas, pedibus tam abluens aquam non suppeditasset, is nunc conviuas suos non an-

*Aug. tract. te mensæ accumbere patitur, quām pedes eorum abluat. Ita-
56. in Ioan. que quisquis es, qui ad altare Christi accedere paras, primū
Bernard. tibi pedes lauandos esse memineris: affectiones, cogitatio-
ferm. de ce- nesque ad parum expiandas, puluerem terrenorum actuum
na Domini. penitus abstergendum. Nihil inquinatum incurrit in illam
1. Cor. 11. sapientiam carne indutam. Nemo huc Iudas proditor, fal-
Lyc. 7. fulisque discipulus accedat, qui sibi iudicium manducet & bi-*

bat, corpus Domini conselerato pectore accipiens. Neque graues & lethiferas solùm noxas purgatas cūret, qui huic mē
læ assidet, verūm maculas etiam leuiores, & quotidianas la-
uet, ne per negligentiam detrimentum capiat, sitq̄ue de nu-
mero eorum, de quibus, quōd se non integre & seuerè iudica-
rent, Paulus pronuntiat: [Ideo inter vos multi imbecilles,
& dormiunt multi.] Quod certè dī ijs, qui sacrilegē & scelle

ratè communicant, non esse dictum, videntur declarare sequentia: [Dum iudicamur autem à Domino corripimur, ut nos cum hoc mundo damnemur.] Quare qui immaturo obitur rapiebantur propter negligentiam dignæ preparationis, non sunt iij fortassis existimandi peccasse mortaliter, quos à damnatione Apostolus liberat. Heu me, quot sacerdotes quotidie Missas celebramus, quos oportebat tam frequenti Deifici panis vnu in Angelicam puritatem, & Seraphicum ardorem iam pridem euafisse: & tamen quotidie nos debiliores, quotidie dissolutores ac deteriores experimur? Quid casæ putamus esse? Evidem ita sentio, totum id damnum ex incepta ad sacramentum p̄paratione manare. Neque enim pedes spirituales lauamus, vt decet: neque nos probamus, & iudicamus, vt iubet Apostolus; neque dijudicamus panem illum religiosa mentis puritate à cætero pane. Auditæ, audite Dominum per Malachiam graviter eadē re expostulantem: [Ad vos, ô sacerdotes, qui despiciatis nomen meum, & dixistis, in quo despeximus nomen tuum? offertis super altare meum panem pollutum, & dicitis. In quo polliuimus te? In eo quod dicitis; Mensa Domini despœcta est.]

Ansel. cum locum expo nit de j̄s, qui incōsideratē & negligen ter dinina sacramenta percipiunt.

Quo loco Hieronymus ita habet: [Polliuimus panem, id est, corpus Christi, quando indigni accedimus ad altare, & lordi di mūduin sanguinem bibimus.] Itaq; pollutum panē, & mensam despœcta queritur Dominus, non q̄ in panē illū cælestē labes aliqua cadere possit, aut quod mensa tantis opibus plena vilescat: sed quod sacerdotes qui impuras manus adhibent, & os contaminatum, corpus Christi polluere, & contaminare videantur: & qui altari vtuntur per multam negligētiā, periode quasi vulgari mēla vterentur, altare despiciat atque contemnāt. Cuius temeritatis & flagitiij, quām sit dum lamen lœuumq; supplicium, vtinam non serò discamus. Ergo quanta sit cura p̄parandus sacræ mensæ coniuua, Christus accuratissima ablutione pedum dilucidè docet, qui cœna facta id est, parata interpretatur Iansen. c. 130. Incepit Cardi. Tolet. annot. 7.

At Petrus minus, quid sibi Christus vellet, intelligens, p̄cū eius p̄cessit, rūtates,

*Malac. 1.
Hero. in 1.
cap. Malac.*

resistit, obnittitur, reluctatur, atq; ex attonito, ac pene sui im-
pote animo illa vox prodit: [Domine, tu mihi lauas pedes?] Optatis fortasse nō nulli, pia aliqua atque idonea meditatio-
ne instrui, dū ad sacrā synaxim acceditis. Placet ergo, vt bre-
uem atque optimā vobis proferā: Christum vobis adesse co-
gitate, atque ei loquimini: [Domine, tu mihi?] Tu (inquit) mi-
hi? Tu ille tantus, mihi tam abiecto & misero inferuis? Te in
cibū præbes? Quis? cui? Ut enim, qui, prærupto tramite mō-
tis, vadens, oculos in profundum immensum vertit, subito hor-
tore concutitur, atque eo aspectu inde tremefactus reuocat
oculos: sic certè Petrus tantæ celstudinis aspectum perhor-
rescens ante se demissæ, dum Christum ad suos pedes pro-
stratum considerat, obstupefactus exclamat, ac propemodū
mentis impos vociferatur: [Domine, tu mihi lauas pedes?] Hac mente & cogitatione qui sub specie panis immensam
Dei maiestatem se submittere videt, vt hominē pascat, ex-
clamare meritò potest. [Dñe tu mihi?] Tu ille, cui tot mil-
lia millium Angelorum seruiunt, cui mundus vniuersus pa-
ret, cuius natu sunt res omnes conditæ, & constat; ad quem
sublimes cælorum potestates tremefactæ intuentur: mihi,
homini infimo, pescatori vili, peccatori horribili, lauas pe-
des? pedes (inquam) sordidos hominis exalceati & rustica-
ni? Tu in cibum te mihi apponis? Panem Angelorum, iumenti
vilissimi pabulum fieri iubes? in prætepi pro fœno Deum
collocar? Qui fieri potest, vt ista feramus? Quis verò ad
hæc, si sanus sit, non insaniat? Prophetæ Osee, vel Dei po-
tiūs, sententia est: [Declinaui ad eum, vt vesceretur.] Quan-
ta inclinatio summae Maiestatis, vt homini comparato in-
mentis se se in cibum præberet? Hic à Centurione, quis
non præripiat illud: [Domine, non sum dignus, vt intres sub-
testum meum.] Vel à Petro illud: [Exi à me, Domine,
quia homo peccator ego sum.] Hic cum Elisabeth: [Vnde
hoc mihi, vt veniat Dominus dominantium ad me?] Hic Da-
uid occurrat, cui pauori fuit arca testamenti, vt eam in suam
domum inducere ausus non sit. Hic Elias vultum operiat,
neque træsuntem coram Dei Maiestatē oculis ferre queat.
Dici nō potest, quæ sit sanctarū mentiū admiratio, quæ tre-
pidatio, cùm summam illam Dei Maiestatē homini le fe de-
mittere

Osee 11.

Matt. 3.

Luc. 5.

Luc. 1.

2. Reg. 6.

3. Reg. 19.

mittentem, atque accommodantem ad usus valde familiares animaduertunt.

Enim uero quanquam religio & humilitas Deo grata est, tamen vincere debet obedientia: neque Petrus diu reniti-
nitur, qui potius cogitare habet, ea Domini ministeria non tribui meritis, sed necessitatibus benignè provideri, seque tanto laborare morbo, ut tam exquisita medicina opus sit, neque aliter miseriam tantam nisi tanta misericordia subleuari posse. Itaque humilitas illa quæ recusare videbatur officia Dei, alia humilitate potiore superada est, qua se homo cognoscat non posse nisi his Dei officijs sanari: quod sit humana imbecillitas tanta, ut nisi pane Divino recreari refici que non possit. Deo ad omnia indigemus: sine Deo neque agere, neque esse possumus: Deus sordes nostras purgare, Deus animum preparare, Deus de summe indignis summo bono dignos facere debet. Pedes ergo prebeatamus Deo abluendos, vestigia mentis, quanvis sordida & lutulenta, Dei manibus purganda promamus, usurpemusque magis illud Psalmi: [Amplius laua me.] Meminerimus à quodam propheta dictum, [Dominum esse, qui abluat sordes filiarum Sion.] Itemque ab alio Propheta: [Sedebit conflans & emundans filios Leui.] Euenit porro, ut consideratione miseriae suæ, atque egestatis & necessitatis extremæ, simul Dei benignitate, & misericordia animaduersa, in alterum velut extremum humanus animus se convertat: ac simili-
ter, ut Petrus, dicat. [Domine, non tantum pedes, sed & manus, & caput.] Nam qui indignitatem propriam cognoscens, ad sacramentum viuiscum accedere trepidabat, mox summa sua necessitate, & singulari Dei liberalitate animaduersa, consilium mutat, & eò propendet, ut frequentissime accedat, illudque concinat: [Quotidie communicare debo, qui quotidie pecco. Debo semper accipere sanguinem Domini, ut semper mihi peccata dimittatur. Qui semper pecco, semper debo habere medicinam.] Sic quidem Ambrosius. Attamen divinæ sapientiæ est, in omnibus modis ponere, mensuramque prescribere. Qui Petro renitenti dixerat: [Nisi lauero te, non habebis partem mecum:] Idem Pe-
trum plus nimio currentem sifflit ac moderatur, & manus ac
vitanda, me diocritas te-
neda in usu
Eucharistiae.
Psal. 50.
Esai. 4.
Mal. 3.

caput non postulato offerenti refert. [Qui lotus est, non indiget, nisi ut pedes lauet.] Neque cunctandum, Petre, neque præcurrēdū. Dudū pedes postulatus, repugnabas, ac te subducebas; modò manus & caput nō postulatus ingeris. Sequere me potius, Petre, neque subsistas; neque verò præreas. Extrema vitanda: media tenēda. Lex habet, [neque ad sinistrā, neque ad dexteram declinādum:] sed regia via præceptorū Dei incedendum. Quidam semel in anno, vix q; cōmunicat: quidam communicare omnibus diebus volūt. Quidam Misericordias breuissimas faciunt, atque ita cursim, ut ludicra quādam agere videantur, quorum est vehementer vituperandatur pītudo, qui Dei Majestatem vilem habent, & mysteria tremenda contemptui ac risui propemodū exponunt: Contrā, alij adeò sunt morosi, adeò ad singula harent, ut plebem fidelem fastidio molestiaque afficiant, & ipsa Ecclesiastica officia odiosa reddant. Sunt, qui cōfessiones raro & perfunditōriē faciant: nonnullis tantus est minutissima quāque persequendi in confessione mos, ut culices omnes aucupari velle videātur. Meminerint illud dictum: [Nisi lauero te, non habebis partem mecum:] Iste non obliuiscantur, dictum: [Qui lotus est, non indiget, nisi ut pedes lauet.] Neque pedes subtrahendi sunt diuino lauachro; neque ingerendā manus & caput: [Medium tenuere beati.] [Quā enim à Deo sunt, ordinata sunt.] Docere Christus Petrum voluit obedientiam, ut præclarè Basilius tradit, omni deuotioni & religioni esse antecedentiā. reg. 17. in omnibus administra, ac sola citra periculum, ut Ioannes esp. 2. & in Damascenus dixit præclarè, neque tarditatis neque temeritatis virtus brevitatis vitium subit: quā victoriam, teste Scriptura, semper remor. c. 233. portat, euentus felicissimos, Deo, cui paret, autore, cōlequitur. Si qua verò res est, in qua obedientiæ vis maximè versatur, ea est tractatio, & functio diuinorum manerum: in quæ stor. Iosaphat & Barlaam. se ingerere nemo debet, nisi qui vocatur, ut Aarō: is quoque qui ea frequentat, se ipsum probare debet iudicio sacerdotū, vt est à Patribus definitū, quibus qui contumacia animi parere noluerit, lapidibus obruatur necesse est ex legis præcepto. Deut. 17. Qui paret & obsequitur pane arcto quidein, sed divinitus dato pastus, Regem in decore suo videbit, ut Elaias loquie-

Deut. 16.

Prou. 4.

Basil. in ora-

tion. de pec-

cato & li. mo-

teponendam.

Obedientia enim

fidelis est diuinæ voluntatis

rat. reg. 17.

in omnibus administra,

ac sola citra periculum,

ut Ioannes

esp. 2. & in

Damascenus dixit

præclarè, neque

tarditatis neque

temeritatis

regulis brevi-

tis virtutum subit:

quā victoriam,

teste Scriptura,

semper re-

mor. c. 233.

portat, euentus

felicissimos,

Deo, cui paret,

autore, cōlequi-

tur. Si qua

verò res est,

in qua obedien-

tiæ vis maximè

versatur,

ea est tractatio,

& functio diuinorum

manerum: in quæ

stor. Iosaphat

& Barlaam.

se ingerere

nemo debet,

nisi qui vocatur,

ut Aarō: is quoque

qui ea frequentat,

se ipsum probare

debet iudicio

sacerdotū,

vt est à Patribus

definitū,

quibus qui contumacia

animi pa-

rere noluerit,

lapidibus obru-

atur necesse est

ex legis præcep-

to. Qui paret &

obsequitur pane

arcto quidein,

sed divi-

nitus dato

pastus, Regem in

decore suo videbit,

ut Elaias

loquie-

Loquitur: gustum quoque suavitatis divinæ, & ipse apud se *Psal. 144.*
percipiet, & alijs, iuxta Psalmi vaticinium, præ abundantia
cruerabit.

IN EADEM FE- RIA, CONCIO TERTIA.

*Ante diem festum Pascha sciens Iesus, quia
venit hora eius. Ioan. 13.*

**O**N immerito Dominus diei huius 1. Quæ sitra
tionis te-
stamenti à
Christo con-
diti. diurno ac vehementi desiderio se tiam pridem teneri, discipulis confirmavit, qui probè sciret, quanta diuinorum facinorum huic diei gloria reseruaretur. Neque ignoraret maximas suas opes communicandas suis, cum rerum futurarum arcana consilia aperienda, tum denique testamentum novum, idemque semper eorum sibi esse condendum, quod illius morte sanctissima consecraretur. Olim venerandus Patriarcha Jacob, cum obitum sibi instare sentiret, duodecim filios suos, eos demque populi Israëlitici capita & fontes, connuocandos ad se existimabat, quò singulis proprias benedictiones impetraret, ac longè post euentura prædiceret: [Congregamini (aiebat bonus senex) ut annuntiem vobis, quæ ventura sunt vobis in diebus non illis mis. Congregamini, & audite filii Jacob, audite Israël patrem vestrum.] Adiungit etiam Scriptura: [Benedixit singulis benedictionibus proprijs, finitisque mandatis, quibus filios instruebat, collegit pedes suos super lectulum, & obiit, appositusque est ad populum suum.] Testamentum quidem maiorum, atque supremam parentum

Gen. 49.

voluntatem posteri boni, fidelesque hæredes, plurimi ducent, & rem omnium sanctissimam, neque ullo vnoquam tempore violandam arbitrantur. Hodierno igitur die Salvator noster testamentum conficit, duodecim lectissimis viris, sibiique charissimis filiis astantibus, quibus copiosa ac præclara dona communicat, quæ sint rerum futuraeuenta prædictit, quæ ipse velit, mandata diligenter exponit. Attentos sane nos esse, & intimis sensibus optimi parentis nostri mandata oportet accipere, ne que testamentum, quo ad æternam vocamur hæreditatem, fas est negligenter auscultare.

De testamē Atque iij quidem, qui de testamentorum natura, & legito, & cur sa bus agitant, tres nobis tradunt requiri res, vt valeat testacea Scriptu mentum. Primum institui hæredem bonorum oportet; rā testameū vbi hæres non est, testamenti esse ratio nulla potest. Quæ tū vocetur, autem sint bona, qui hæredes à Christo dicti, Paulus egreditur in gīe dissertit, ita scribens: [Et ideo noui testamenti Mel. i. de Chri diator est, vt, morte intercedente, in redemptionem earum so renelato. prævaricationum, quæ erant sub priore testamento, repro cap. 12. 13. missione accipient, qui vocati sunt æternæ hæreditatis.]

14. Itaque quicunque ad fidem & gratiam Evangelican vocantur, hæredes instituantur: hæreditatem vero capessere habent æternam, incorruptam, conferuatam in calis, vt Petrus etiam dicit. Optare se idem Paulus, & precibus ardenter à Deo impetrare dicebat, vt qui vocati ad hæ tantabona fuissent, etiam atque etiam cogitarent, quæ eos magnitudo gloria maneret: &, vt verbis ipsius loquar, quæ sit ipsis vocationis eius, & quæ diuitiae gloria hæreditatis in sanctis. Regnum æternum hæreditas iustorum est. Altera lex est, vt hæres mandata, sine onera testamenti fulcipient, quæ testator imponit, alioqui hæreditatem non est aditus, in quam ijs conditionibus vocatus est. Sermo enim nobis est de libera hæredis institutione, cùm testatori integrum est sua bona relinquere, cui placet. Quare qui æternam regni coelestis hæreditatem cernere cupit, debet is cogitare, seruanda sibi esse mandata summi parentis Christi, quibus obseruatis, hæreditas adiri potest, secus agenti ius nullum ad eam restat.

Est autem vniuersalex, summaque omnium, ut nos mutuo amemus. Hoc Christi mandatum, haec tota diuinæ legis amplitudo. Itaque Scripturæ sanctæ consuetudo est, ex pilione testamentum, pacatum, foedus inter nos & Deum commemorare, repetere, inculcare, ut intelligamus atque sedulo cogitemus, ita nobis à Deo éterna illa bona esse promissa, ut Dei præceptis obtemperemus sine quæ hæreditatem caelestem obtineri posse, nisi leges eas expulerint, cum quibus legibus instituti sumus hæredes. Atq; ex parte Dei promissio sortietur effectū minimè dubium, si ex parte hominis diuinis præceptis debita obedientia præstetur. Affirmat Hieronymus in Hebraico vocem eam, quæ testamentū Græcæ, Latineq; habetur, pætū potius significare, ut cōuenitionē quādam vtriusq; partis intelligamus; id est, hinc Dei; inde homini; illius, vt beet, huius, vt pareat. Ecce quid pætū, quid foedus habeat, quid testamentū sibi velit, quod toutes Scriptura cōmemorat. Conuenit, nimirū, inter Deū & hominem, vt hic seruat mandata Dei, ille regnū tribuat aeternū. [Mandata verò Christi Ioannes affirmat nō esse grauias:] [Et hoc mandatū illius, vt diligamus alterutru.] Quæ cūm ita sint, non malè vulgo hodiernum Euangeliū mandatū vocitāt, quod in cœna nouissima Christus amoris mutui præceptum potissimum sanxerit, atque eō summam totius suæ doctrinæ, institutiique contulerit.

Est demum tercia lex testamenti, quod validum fiat atque efficax, vt ultimam voluntatem atque immutabilem teneat, quod, nisi morte sequente testatoris, fieri nequit, cūm liceat viuenti mutare quicquid placuerit. Quamobrem Christus hodiernum testamentum suum sanguine dedicavit, ac stabilitus: atque ad mortem alacer iuit, vt pasta conuenta rata, firma, perpetuaque manerent. Mirificè Paulus ea de re philosophatur in hac verba: [Vbi testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris, testamentum enim in mortuis confirmatum est: alioquin nondum valet, dum vivit is, qui testatus est. Vnde nec primum quidē sine sanguine dedicatum est.] Reficit verò Apostolus factum Moyjis, qui aspergi iussit sanguine tabernaculum, & instrumenta, & liberum ipsum, ut firmitatem quādam pætorum significaret,

Hierony. in
Epist. ad Galat. lib. 2. in
cap. 3. & in
quaest. super
Gen. tom. 3.

1. Ioan. 5.

1. Ioan. 3.

Heb. 9.

quod apud priscos in more fuisse, monumenta vetera indi-
Titus Lini cāt, maximeq; Liuij p̄æclarissima historia, atq; illud Poëtē.
 lib. 1. ab yr [Et cæla iungebant fœdera porca.] Vnde nomen ipsum fœ-
 be condita. deris traditum ac deriuatum Grammatici volūt. Itaque Chri-
Virgilius. t̄bus in hodierna cœa, cū languinis sui poculum discipulis
Ærei. 8. propinaret, adiunxit: Hic est calix languinis mei, noni &
 æternum testamenti.] Novum dixit, quod nouam heredita-
 tem afficeret, id est, cælestem: nouum, quod nouam mandata, no-
 uinque cultum induceret, sublati, scilicet, et emonij vetu-
 sū. Synagogæ, sidei & charitatis institutæ: nouum, quod ho-
 mines innodaret, & secundum Deum vitam tribueret. Äter-
 num autem, quod hereditatem æternam præberet, rūm im-
 mobilem, & nullo vñquān tempore desitutam voluntatem
 testatoris contineret: sub qua voluntate vitam in morte muta-
 uit, vt vita mortem sempiternam finiret.] Deus autem pacis:
Heb. 13. (verba sunt Pauli, si forte nescitis) qui eduxit de mortuis Pa-
 storem magnum ouium in langvine testamenti æterni, Do-
 minum nostrum Iesum Christum, aptet vos in omni bono,
 vt facias eius voluntatem, faciens in vobis, quod placat co-
 ram te, per Iesum Christum, cui est gloria in sæcula sæculo-
 rum, Amen.] Ad hoc testamentum Christi sponsi sui dulcissimi recitandum, nos hodie connocat pia mater Ecclesia, vt
 accurate dicamus, & quid bonorū nobis legauerit, & quæ
 mandata posteritatis & tenenda tradiderit: atque ita tantæ
 hereditatis desiderio inflammati, optimi parentis iussa ala-
 criter capillâ nos, nosque ipsos iniucem amemus, vt ille nos
 & p̄ceptis, & factis misericordiis instituit.

2. Sepultu- Nam vero mortis dulcissimi sponsi, Regisque sui clarissi-
 ram Christi- mi, qua morte novissimum, æternumque testamentum eius
 magnificere stabilitum est, memoriam pia mater Ecclesia quanquam om-
 præsentari, ai tempore recolit, tamen insignitu, & cultu peculiari
 & coli ab hoc eodem die celebrat & condecorat. Noua enim, & reli-
 quo tempore inusitatæ ceremonia, abiola a Missa, & cœna
 Domini commemorata, corpus illius venerandum in locum
 sepositum defert, ibique reponit, vique in Paracœuen, quō-
 dam lepulturæ Christi imaginem Christiano populo repræ-
 sentans. Eam mortuæ & lepolti Domini significacionem &
 monumentum mirabiliter religione plebs fidelium, vt videtis,
 frequen-

frequentat; summo studio exornat, luminibus cœberrimis,
preciosissimæ veste, signis exquisitis, omni denique appara-
tu cohonestat: ut hic quoque verissimum Esaiæ vaticinium
apparet: [Et erit sepulchrū eius gloriolum;] sive (quod Sep-
tuaginta habent, & eodem recidit) [erit sepultura eius ho-
nos.] Quam de Christo prophetam, ac de gloria sepulturæ
eius, fale Chrysostomus, ad infideles refellendos, fidei que
confundendos, tractat. Nam qui morte ignominiosissima et
ei affixus vitam finierat, eum diuina sapientia illustri sepul-
chro inferri voluit, quod & nouū, & opulentii hominis erat;
tamen multis aromaticis pretiosissime conditum corpus acce-
pit, & Romani militis custodia, signoque Præsidis obsigna-
tum, amplissimam gloriam, tamquam singularem obtine-
ret, necesse fuit. Fuit proinde sepulchrum eius gloriosissimum,
illo quoque tempore, quo inimici suissimis opprobrijs ater-
naque ignominia nomen eius oblevarandum sibi sunt arbitra-
ti. Gloria vero illa sepulchri eius tunc finita non est, sed per-
petuus populi Christiani cultu viget, atq; elucet, annuos pre-
fertim honores monumēto Christi pali, & sepulchri tributēs,
& grato ac fideliter testimonio ostendētis adhuc verū esse illud;
Erit sepulchrū eius gloriolum, itaque quemadmodū Princeps
cipū solet ex equis celebrari, atque annua memoria inaurā
ri, quō illustrius sit nōmē clarissimorū virorū, ac de ciuib⁹
suis optimè meritorū: sic Ecclesia Christianæ vultus pius & sa-
piens veteri instituto maioriū habet, vt quotannis per holce
dies Christi Iesu Regis nostri clarissimi, optimique parētis
velut ex equis quædam lumina, ac lumen nostra significatio-
ne, summo gloria illib⁹ splēdo, peragatur. Exeat illustris in
prunis Zacharia eadem vaticinū, quod recitat, hoc eo liben-
tius, quō lōgios & vberius est. [Effondā super domū David, Prophetiam
& super habitatores Hierusalem spiritū gratiæ, & precū: & al-
banc Zacha-
picet ad me, quē cōfixerūt, & plāget cū plātu quasi super viæ plenique
vngentum, & dolebunt iuper eum, vt doleat solet in morte tum recētio
principiū. In illa die magnas erit planctus in Hierusalem, rum, tum an-
sicut planctus Adadremmon in campo Mageddon. Et plan-
ctus terræ familiæ, & familiæ seorsim: familiæ domus Da-
vidi seorsim, & mulieres eoram seorsim: familiæ domus Na-
que expla-
than seorsim, & mulieres eorum seorsim: familiæ domus nant deplan-
Leui. *Ex impiorū*

in die iudi- Levi seorsum, & mulieres eorum seorsum: familiae Semei seor-
ci iuxta il- sum, & mulieres eorum seorsum. Omnes familiae reliquæ, fa-
bul Apoca- miliæ, & familiae seorsum, & mulieres eorum seorsum.] Ha-
lypsis 1. Vi- ctenus Zachariæ vaticiniū, quod de celebranda Christi mor-
debit eum om te & passione, ut in Ecclesia Christi sit, prædictum dubitare
nis oculus, non possumus, cum in illo populo Hierosolymitano tale
& qui cum quippiam factitatum nulla historia tradat. Domum autem
pupugerunt; David, & Hierusalem intelligi Christi Ecclesiam, perspicuum
& plangent est. Huic ergo domui David, & huic Hierusalem, se imperti-
se super eum turum Deus promittit spiritum gratiæ, & precum, sive
omnes tribus misericordiæ, ut grato animo & pio recolant passionem Chri-
tæ. Ita sti, & illum cruci affixum à se, id est, peccatis suis, non tam
August. in recordentur, quām veluti præsentem aspiciant pro summo
Ioan. tract. animi dolore; atque prole mortuum lachrymis, & luctu acer-
21. Theophy- bo pro-
lact. in cap. 4. Iudicij sum. Erit in hoc iudicio uniuscuiusvis dñe
19. Ioan. Rupertus in Zachariam. Hieronymus, et si non satis aperte loquitur, huc in-
climat: item alij Patres, quos citat noster Ribera in Zachariam; cum quo eodem mo-
do sentiunt Cardinalis Toletus, & Iansenius. Ceterum expositionem nostram de
lachrymis & fletu piorum ob recordationem Christi passionis, quemadmodum
Ecclesiæ vsus habet, probant Didacus Stunica Augustinianus, & Hieronymus
Osorius Lusitanus peculiari commentario in Zachariam; & Marinarius Car-
melitanus lib. 2. de Concord. Prophetarum, in passione Christi eum plan-
ctum interpretatur, & S. Thomas in Ioann. 19. lect. 5. utramque exposi-
tionem ponit, de plantu in die iudicij, & de conversione ad Christum, & aspectu
per fidem. Esse autem, quam sequimur, non alienam, sed idoneam expositionem,
probat ipse contextus prophetæ, que vix aut nullo modo potest integrè ad diem iu-
dicij referri: at de fletu piorum & vsu Ecclesiæ optimè quadrat. Probat etiam sensus
& vsus ecclesiæ, que in officio passionis eam prophetiam adhibet. Probat denique
similitudo plantus Ioseph, quam Zacharias refert. [Erit (inquit) sicut plantus Ada-
diemmon.] Fuit enim Ioseph typus Christi mortis. Neque aliter illa verba co-
herent: [Effundam super dominum David spiritum gratiæ & precum, sive mis-
ericordiæ: & aspicient ad me, quem confixerunt, & plangent.] Neque illa
etiam coherent. [In illa die erit fons patens.] Quæ ad diem iudicij
pertinere nullo modo possunt. Cum nostra autem inter-
pretatione & antecedentia, & consequentia,
& tota series prophetæ optimè
congruit, ut nos episcopum & multos laudes
interquat ubi invicem

bo prosequantur: quod solēt meditationes piorū satis declarare, dū singulari dolore vulnerum Christi, & opprobriorū, & tanti sanguinis fusi afficiuntur. Planctū vero non solum priuatum, sed publicum, & statum, & solenne in Ecclesiā futurum memorat, similem ei, quem Scriptura refert exhibet in ferijs Iosiae optimi Regis, atque charissimi. Quod verò familias vitorum leorū, mulierum leorū eum luctū ac fanebrem pompam asturas dicit, significat magnam populi Christiani religionem & pietatem, quæ viros à conlucto fœminarum dimoueat, nō tam fortalsis corporum intervallo, quām castis pudicisque moribus: aut etiam sacrarum virginum à cœnobij monachorum habitationem designat seiuictam. Vbi hi ordines Christo famulantur spiritu quidem eodem, sed diuersis prorsus habitaculis & domicilijs. Nam, quod sigillatim nominat familias David, & Nathan, & Levi, & Semei, ex Hieronymo intelligere possumus Regiā, & Prophetalem, & sacerdotalem, & Magistralē (vt ita dicā) ordines esse descriptos; quorum illa veluti capita memoran-
 tur: vt intelligi facile possit, à celebranda Christi passione nullum gradum, nullum ordinē abesse debere, quin potius, quò sublimior sit, eò impēsius pietatis sua obsequium praestare debere. Iosiae autem niētio commodissimè in hac prophetia fit, quod typus ille fuerit, & imago quædam graphice depicta mortis, atque passionis Christi Redemptoris nos-
 tri. Sic enim habet sacra historia, Iosiam Phase, id est, festum 2. Para. 35.
 paschale præcipua religione celebrasse, vt superiori tempore nullum simile fuerit; & statim interficti Iosiae narratio te-
 xitur. In quo Christum manifestò adsumbrauit, qui, pera-
 cta cœna sanctissima, vbi edendi corporis sui copiam fecit, ad passionem & mortem illico perrexit. Instaurato autem templo, dicit obuiam prodijste Regi Nachao Ægypti bel-
 lum inferenti aduersus Assyrium, quem vt liberaret Iosias, se ipsum opposuit, nihil in eum machinante Nachao. Nam aduersus quidem Christum nihil habebat causæ diabo-
 lis, verum, vt in nos armatum & levientem auerteret, eum in se Christus exceptit; ac pro nobis vulneratus, ac mortuus est. [Perrexit (ait Scriptura) vt dimicaret in campo 2. Para. 35.
 Mageddon] cuius meminit Zacharias, cum de Christi
 morte

4. Reg. 23. morte vaticinatur. Denique de exequijs, quò nostratendit oratio, ita scriptum legimus: [Mortuusque est Iosias in Hierusalem, & sepultus in Mausoleo Patram suorum: & viuens Iuda & Hierusalem luxerunt eum. Hieremias maximè: cuius omnes cantores, atque cantatrices, usque in præsentē diem lamentationes super Iosiam replicant, & quasi lex obtinuit in Israel. Ecce scriptum fertur in lamentationibus.] Historia factum non negamus, at prophetiae spiritum iure vendicamus, qui Ecclesiæ annuam cœluetudinem cernimus, Christi funebre officium persoluentis, in quo lamentationes maximè Hieremias recitatur, cātoreq; facti, sacra que cātrices in domicilijs suis suavitate mirabili populu fidelē ad pietatē, deuotionēque, & pias lachrymas excitant. Hūc autē plāctū Septuaginta interpres mali granati liquoribus exprimunt, cū pro illis verbis, [Sicut planetus Adad remmō, in cāpo Mageddo: illa substituūt, [sicut planetus mali granati, cū succiditur.] In qua re sanguineū quendā rorē, qualis ex malo punico inciso fluit, cogitare admonemur, ut Christi sanguinē pro nobis incisi ac vulnerati, lachrymarum imbre prosequēdū intelligamus. Ita enim & diuini testamenti participes erimus, & grati animi in Christum parentem ac redemptorem nostrum studium & memoriam testificabimur.

IN EADEM FERIA, CONCIO QUARTA.

Sciens Iesus quia venit hora eius, ut trāseat ex hoc mundo ad Patrem. Ioan. 13.

1. Scientia futurū in Christo, & cur homines latere Deus voluerit mortis horā.

Mysteria hodiernæ solennitatis aliás me exposuisse memini, nunc præcepta nonnulla moralia magis prosequi placet. Habet enim utrumque virilitatem suam, cui Diuini verbi amplitudo materiam abunde suppeditat.

rat. Scisse Dominum horam mortis oppetendæ Euangelista dicit. Id quaratione velit intelligi, nobis erit explicandum. Neque enim ita Christus mortem sibi instare cogouit, vt solent iij, qui ex signis atque effectis, eius rei certiores fiunt, quod malis æquè ac bonis commune est. Agag quidem ad strictum gladium intuens, mortis acerbitatem questus est: Saul verò belli imminētis solicitudine & angore oppressus, perniciem sibi paratam vehementer expauit. Neque verò peculiari aliqua tunc facta diuinitus reuelatione Christo hora mortis innotuit, quod non mediocri privilegio quibusdam iustis datum est, in quibus Ioseph Patriarcha, & huius pater Iacob, tum Aaron, & Moyses certi sibi exitum iam instare, præclara vaticinia de rebus magnis edidere. Est verò perquam insigne beneficium sic diuinitus admoneri, quò liceat commode res suas agere, & se integro sensu & valetudine firma ad ultimum certamen illud munire & parare, ex quo vel Victoria æterna, vel interitus irreparabilis pendeat. At Iesus longè aliter horam suam ipse præsciebat; quippe cùm esset ipse mensura horarum omnium, & veluti Sol ipse, qui suo eas cursu & progressione definitet. Quamobrem Ioan. 11.. dixerat profectò duodecim inesse diei horas, illud significare volens, neminem posse de præfinito sibi tempore vel minimam partem detrahere, neque urgeri & perfici vicissipiam Solem, ut citius in occasum eat, quam suum cursum integrè absoluatur. Sed quæret aliquis, idque merito, quid causæ existat, quòd cæteros homines, etiam pios & iustos, latet hora mortis, Christo vni perspecta semper fuerit. Nam de reliquis omnibus ille pronuntiat: [Vigilate, quia nescitis diem, neque horam.] Porro de se longè secus: [Nemo tollit animam meam à me; sed ego ponō eam, ut iterum sumā eā.] Magna hic opus est consideratione, vt intelligamus plane Mat. 25.. scientiæ mensuram pro subiecti capacitate tribui oportere. Etenim si angustum subiectum sit, scientiæ magnitudo affret potius perniciem, quæ eadem amplem & bene capacem animum mirificè illustrat, atque adiuuat. Homini Deus interdixit eti ligni scientiæ: Dei imperio resistere diabolus persuasit. Itaque vetitum fructum edit, & magno suo male sciuit, quod utiliter ante nesciebat. Bene igitur monet Apo-stolus.

Rom. 12. stolus, [non plus sapere, quām sapere oportet, sed sapere ad sobrietatem:] commode sobrietatis verbo vñus, quod vni instar scientia moderata prosit, immoderata noceat plurimum. *August. de verbis* Dicit aliquando Augustinus, & recte dixit, [meliorē esse fidelis ignorantia, quām temerariam scientiam.] *Apost. ser. 22. Nazia.* Dicit Gregorius Theologus, [malle se in ignorantiae tuto latere, quām scientiae periculosa committere.] *Hilar. in Matt. can. 26.* Dixit deniq; Hilarius, [vtilem esse diei extremi mortalibus ignorantiam.] Ita sanè res se habet, vt sāpe ignorare præstet, quā scita perturbationem sint paritura. Aegrotanti grauiter si molestia laboresq; quibus valetudo recuperanda est, statim exponerētur, fortassis abiiceret animum, nec ferre se posse consideret. Quare paulatim spe futuræ quietis presentē molestia deuorat, neq; mole futurorū omniū malorū obruitur, atq; ita per uadit ad exitū optatæ valetudinis. Eadē profecitionū, nauigationum, bellorum, ac fere negotiorū humanorū ratio est.

Maximū verò sine controversia negotium est mori, cuius tempus incertum esse oportuit mortalibus, propterea quod vix quisquā futurus esset, qui vitam honeste & castè institueret: totam potius libidini & vitio darent homines, qui eam si bi rationem sequendam esse existimarent; vnam sibi ad salutem æternam parandam sufficere horam, eam post tot annos affuturam, interea genio indulgendum, neque voluptati repugnandum. Etenim, fratres, si modò, cùm incerta est hora suprema, adeò negligenter & dissolutè vivimus, quid futuriu fuisse putamus, si diurna vita certa foret? Quare nos Salvator commonescit: [Vigilate, quia nescitis diē, neque horā,] non solum diē nobis certū negans, sed etiam iphius, qua viuimus, horæ interuallū. De impijs dixit Paulus; [Cūm dixerint, pax & securitas, tunc repētinus eis veniet interitus, & non effugient, sicut dolor in utero habenti.] Ac prægnas quidē mensem saltem partus cognoscit: nos verò neque mēsem neq; annū scire possumus obitus nostri. Fuit præterea sapiētiæ diuinæ consiliū, ne dū horā mortis appropinquare definitè cerneremus, vtilia atq; opportuna humanæ vitæ officia pleraq; perturbarentur, quā sine dubio anxijs & panidi impēdetis mortis expectatione, minimè, qua decet diligētia & studio, obiremus. Vult autē Deus ea à nobis fieri benignè & alacriter, & curā sanè ac circūpectionem actibus nostris inesse

inesse cupit, angore ac disperatione dominari nullo modo.
 Saulē Regē diuinæ literæ tradunt, simul atq; de impendēte 1. Reg. 28:
 morte audiebat in crastinū, pauore repētino perculsum cor-
 ruisse in terrā, ibi qd; diu exponre etū iacuisse: adeò telū mortis
 obiectū animo durum est. At Saluatori nostro Iesu omnia,
 quæ futura erāt, præsentia semper habebātur, eaq; charitatis
 amplitudine erat, ea sapiētiæ maiestate, ut nihil actus eius vel
 impediret, vel retardaret quotidiana horribilis mortis præ-
 sentia, neq; perturbationis quidquā afferret, neq; secus ali-
 quid agere cogeret, quā illius sapiētia & volūtas instituisset.
 Sublimis omnino est theoria hæc, atq; ad magnitudinē, ex-
 celsitatēq; beatissimę illius animę cogitādā, cāpū aperit latē
 patētē: in qua anima cernere est res mirabiles & inter se plu-
 rimū dissitas, ac propemodū repugnātes: immēsum (inquā)
 gaudiū ex perspicua verbi, cui erat cōiuncta, aternazq; esen-
 tiæ visione, simul summū atq; incredibilē quandā dolorē ex
 peccatorū, mortis, crucisq; cogitatione manatē, neq; alteru-
 tra hæc adeò inter se aduerfa sibi mutuò impedimenta erant.
 Itaq; cū in monte Thabor visum est gaudij habenas laxare,
 vultu & toto corporis habitu splēdorē plusquā Solis exhibi-
 but: cū eidē in valle Getsemani placuit doloris potius habe-
 nas soluere, ita totus expalluit, ita angore imo oppressus est,
 vt sudore sanguinolēto immēsum mōroris pondus declara-
 ret. Etenim auriga nullus est adeò præstas & acer, qui equos
 huc atq; illuc citatos impellat, vel renocet pro suo arbitra-
 tu, quō nō citius & melius animus ille diuinus Christi affe-
 ctiones suas, quocūq; opus esset, inflesteret. Beatarū mētiū,
 & Dei cōspectu fruētiū est, nulla sciētiæ occasione ab institu-
 to defletere, neq; meritorū & sanctitatis suæ cognitione,
 quāvis eximia illa sit, tolli superbia, inferiores ve villa ex par-
 te despicer: quod sanè in ijs, qui vitā mortalē degunt, secus
 habet, quibus Dei prouidētia cælata vult sua merita, ne si
 se altiores videāt, pluris se habeāt, cæterosq; contemnant: id
 quod inopia sapientiæ & charitatis accidere necesse est. Er-
 go pro status cælestis ratione Christo Domino nota erant
 omnia, neque operam, neque studium, vel digna agendi, vel
 patiënti indigna, aliqua ex parte retardabant. Recte prorsus
 is dixit, qui dixit, [omnes sapientiæ & scientiæ Dei thesa-
 ros in Christo fuisse repositos.] Colof. 28.

*2 Horamor
118 premedi-
tanda.*

[Sciens, quia venit hora eius.] De scientia satis puto esse dictum. Horam cur suam dixerit, consideremus. Habet vius & mos hominam, illam appellare diem suam, aut horā, quæ pro veris cuique ad felicitatē contingit. Nam vel triumphi, vel magistratus ineundi, vel sacerdotij exercendi, vel nuptiarum, vel inaugurationis diem, meritō suum vocat, quisquis ea, vel voluptate, vel gloria potitur. Quod si Christiana ratione philosophandum est, nullus iustis dies magis suus, quam ultimus, nulla hora perinde sua videri debet, atque illa quæ finis laborum est, requietis perpetuæ initium. Itaque eam horam semper & cogitare pijs debent, & verò desiderare: neque exiguum totius vitæ bene atque integrè anteactæ præmium est, illam unam horam habere amicam. Pra stat id religio Christiana: philosophia inanis non præstat, tametsi se præstare gloriatur. Senecam audi: [Egregia (inquit) res est, mortem cōdiscere: semper discendum est, quod, an sciamus, experiri non possumus. Meditare mortē. Qui hoc dicit, meditari libertatem iubet, qui mori didicit, servire dedidicit.] Gloriosius hæc Seneca, quam potentiū, sed re vera habet id sapiens meditatio mortis, ut facilius & commočius ille ultimus actus peragatur. Nam quine tunc quidem, cùm omnia abeunt, miserumque relinquunt amatorem suum, se potest morti accommodare, is planè declarat se vitę dulcedine capitum, ac quodammodo ebriam. Ut Syfas ille olim laste profuse potatus, prius in mortem incidit, quam appropinquantem animaduerteret. Obitus quidem repentinus & immaturos passim videmus, cùm neque expiandi animi, aut confessionis facienda locus sit. Id esse genus catæstis vindictæ, haudquaquam ignorare debetis, in eos maxime homines irato numine, qui resipiscendi occasionses benignè sibi oblatas respuant, & aspernantur. Salomonis sententia est: [Qui corripientem sedura ceruice contemnit, repentinus etiupiuſcet interitus.] Quam miserum illud inopinatum spectaculum, triste, & lamentabile accidet, cùm se repente in tortum imum præcipites dari cernent, cùm globos illos flamarum cruciatibus suis sempiternis paratos infelices accipere, sanguinosque tortores vndique instare conspiciant? Quare hotam potius illam tempestiuè considerate, atque à Deo contente-

*Senec. li.3.
epist. 26.*

Indic. 4.

Pron. 29.

dite precibus, quod David precabatur: [Illumina, Domine, *Psalm. 12.*
oculos meos, ne quando obdormiam in morte.] Ac rursum:
[Notum fac mihi, Domine, finem meum, & numerum dierum *Psalm. 89.*
meorum, ut sciam quid desit mihi.] Transitus est ex hoc mundo,
atque ex hac vita in alteram. Ne in lubrico labamur, ca-
vendum: ne in horribile barathrum præcipites eamus, per-
timescendum. At Christo hora erat summi gaudij & volu-
ptatis, quod ex mundo esset transiturus ad Patrem: quem
iusti & pij imitantur, quibus mundus minimè est cordi, atq;
eum proinde relinquent, & migrare cupiunt ad superos, exi-
lium patria comunitare se arbitrantes.

[Cùm dilexisset fratres, qui erant in mundo, in finem dile- 3. *Quo pe-*
xit eos.] Certa explorandæ amicitiae ratio est exitus: fidelis *Ita proban-*
ter amat, qui ad exitum usque amat. Quàm sit fallax & frau- *da amicitia*
dulentus mundi istius amor, in exitu sanè vita facile cognoscetis, cùm sua omnia ille vobis eripiet: si quiverò amici ad-
esse evidentur morituro, magis rem suam agunt, hæreditatis,
si quid obire datur, quàm valetudinis adiuuandæ cura est.
Denique solus abibis homo in sepulchrum, terræ mole op-
pressus, ne obuersari quidem ante oculos amicorum permit-
teris. Egregia verò mundi fallacissimi amicitia. Scitè mun-
di amorem Bernardus taxat his verbis: [Mundus, quod suū *Bern. epistola*
est, diligit: sed quoque? Non enim solum, non semper, vt la 107. ad
pote, qui non semper erit: sed nec diù quidem. Nam breves *Thom.*
dies hominis sunt. Mundus quidem cum suis concupiscen-
tijs transit, sed te prius emittit, quàm ipse pertransit.] At
Christus, qui semper amicus, in fine maximè amicus, fidelis
planè amicus suorum. [Omnitempore diligit (ait Scriptu- *Ecclesiastes 6.*
ra) qui amicus est: sed est amicus sociis mentis, & amicus se-
cundum tempus suum.] Talis est amicitia mundi. Quare ad-
monet idem autor: [Si possides amicum, in tentatione possi-
de illum.] Deus sanè suis nonquam deest, in summis pericu-
lis, singulari prouidentia & benignitate vtitur. Iple dixit: *Ecclesiastes 6.*
[Non te deseram, neque derelinquam.] Christus verò ideo
fratres in finem diligere potuit, q; eos non amaret, nisi sua boni
estate ductus. Nam si illorum maximè in se officia & merita *Hebrei 13.*
ecogitaret, profectò, cùm se deseriri ab ijs videret, amare desi-
neret. In fine quippe omnes deseruere Dominum, omnes
sibi

sibi fuga consulendum existimarent. An eo facto tam indigno quicquam de vi amoris sui Christus remisit? Omnino nihil, sed, [cū dilexisset suos, in finem usque dilexit.] Quam obrem? Amabat germano amore & syncero, nō quaestuario, aut mercenario: sic amant, nimirū, matres infantulos suos, quos tametsi experiantur molestos, reluctantēs, fordibus passionē affluentes, nihil his offenduntur, dulcedine amoris omnes ceteras iniurias superāt. Scriptura quidem huius nos esse documenti memores vult: [Nūquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio veteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen nunquam obliuiscar tui. Ecce in manib[us] descripsi te.] Nouum sanè genus monumenti, nō in tabula aut ligno figuram exprimere amici, sed in ipsis sculptam gestare manibus. O vim cœlestis benevolētia! O fideli testimonium syncerissimi amoris, atque in nostram salutem propensi! Quād nos ardenter amasti, Christe? quā & quanta talisti, vt amicis de te minimè bene meritis subvenires? [Dilexit me (aiebat Paulus) & tradidit semetipsum pro me.] Heu nos ingratis, qui vicem amanti nullam rependimus. Da, Christe, amare te usque ad finem, da finire vitam pro te, tunc erit verissima vita, mori pro vita.

4. Christi al- [Cū diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas tissima bu- Iscariotes.] Quorsum hic mētio Iudæ proditoris? quid opus militas imi est diabolū commemorare scelerati discipuli cor possiden- tanda.

tem? Aut quid hæc cū lotione pedum, quā Ioannes narrare parat, habet negotij? Alto, nimirū, spiritu (vt Chrysostomus

Cbrys. ho- animaduertit) hac inducitur Iudæ nefarium consilium, ac mil. 69. in miribili ratione cohærent hæc inter se adeò discrepantia: **Ioan.**

Christum eo tempore ad discipulorū pedes lauandos se accin- gere, in quibus erat Iudas ipse, quo tempore idem sceleratissimus Iudas necem Domini meditabatur, ac iam iam aggrediendam sibi cogitabat. Eodem tempore Christus pe- dibus Iudæ abluendis, detergendis, mulcendis manus sa- cratissimas admouebat, quo tempore illos ipsos pedes Iudas

Euseb. Cœ- expediebat sanguini optimi præceptoris impiè effundendo. **fer. Eccle-** Polycarpū virum Apostolicum historiæ commendant, & **fist. lī.** laudibus tollant, quod apparitores carnificesque suos, quos **4. c. 1. 5.** ad se comprehendendum venisse cognoverat, epulis libe- raliter

riliter excipiendos existimat. Elisæum sacra Scriptura refert, iussisse in urbe Samaria pasci benignè Syros milites, 4.Reg.6. quos sui capiendi ac ligādi causa iniuriosè ab Rege Damasci missos non ignorabat. Sunt quidem hæc præclara facta, laudeque digna, virorum sanctitate, sapientiaque præstatiū. At quid vel hæc, vel quæcumque vñquam temporum extiterunt beneficentia & lenitatis aduersus inimicos, compari possunt cū uno hoc æterni Regis erga ingratissum seruulum infinitæ charitatis atque incredibilis mansuetudinis documento? Quis ille tam felix, optime atque amantissime Iesu, qui te veste nudatū talari cōspiceret, seruili habitu, vulgari opera accinctū ad opus? quā diligentem? quā officij cupidum? quā industrium? linteo succinctum? peluim hinc tenentem, inde de aqua liculo aquam probèfundentem? [Regem in decoro suo videbunt,] dixerat olim Elalias. Evidem Esa.30. ita opinor Angelis summisque cæli Principibus tam iucundum, tam mirabile id spectaculum accidisse, ut libenter cælestem suam curiam cum illa hospitali aula cōmutarint. Neque verò isthæc humilia & abiecta cùm aggredereris, tui eras oblitus, neque sempiternæ tuæ Maiestatis immemor: neque, quo patre essem natus, ignorabas, Dens ex Deo, ex omnipotente natus omnipotens. Opportunè non te degenerasse cogitatione, sacer Evangelista demonstrat: [Sciens Id notat An- quia à Deo exiuit, & ad Deū vadit.] Atque ex tam celso api gust. tract. ce, more aquilæ generosæ, ad imam prædam se se demisit, vt 55. homines ad se raperet, pedibus illorum se se applicuit, vt ex humo dignis manibus captos, eueheret in cælū. Elegâter id Aug. tract. Augustinus demonstrat his verbis: [Cū ergo illi Pater omnia 55. dedisset in manus, ille discipuloruī nō manus, sed pedes lauit: & cū se sciret à Deo exiisse, & pergere ad Deū, nō Dei Dñi, sed hominis serui implevit officiū. Hoc quoq; ad maximum cumulū humilitatis accessit, q; etiā illi nō dignatus est pedes lauare, cuius manus iā prænidebat in ecclere.] Hæc Augustinus. Neque verò æternū Patrem Deū, Filij vnici tanta demissio vlla ex parte offendit, sed exhilaravit potius atque oblectauit, cū videret seruū parū obsequentes, & modestū Filij modestia & demissione eruditū: diuinū honorem de ipso humilitate recuperati, atque in integrum sanè restitui. Vi-

distis fortassis aliquando Patriseni Principem filium dignitate gloriaque præstantem, tamen, capite detecto, vel trigesimam, vel ampullam, vel viliora etiam ministrantem, idque eo liberalius, quod forte seruum animaduertit pigrius, & cunctantius ad ista accurrentem. Quæ certè modestia ac pietas non exiguum gratiam, laudemque conciliat clarissimis iuuenibus, nedum de honore quidquam detrahit. Merito Pater

Matt. 17.

ille cælestis exclamarat, hunc esse sibi filium unicè dilectum, in quo sibi ipse per placuisse. Quamobrem non indignum, opinor, erit, si seruus, isq; vilissimus humilitatis studium capessat, cum videt Regem gloriæ tanto se servitutis obsequio deprimenter. David quidem purpuram, vestemque Regiam se se exuerat, vulgari habitu seminudus arcam testamentiantebat, ut expeditè & alacriter saltans perinde quasi choræ mimico more agitaret. Id Micholi, scilicet, superbae fœminæ, regiæ coniugi de fenestra spectanti vehementer disperguit, quæ in Regem, tanquam in scurram quendam sordidum insecta, debacchata est: sed bonus & sapiens Rex fœminæ levitatis iniuriam pro nihilo dicens, in instituto glorioius perstat, ac magna asseveratione pronuntiat: [Vivit Dominus, quia ludam, & vilior siam.] Flocci non habet stultæ gentis opiniones de se Christus, dum Deo Patri obsequatur, dum homines ad studia veræ pletatis, atque humilitatis excitentur. Quare discamus, quæ so vos fratres, humilitatem, ac tanti præceptoris exemplo erudit, nihil altius, nihil præterius Christiana humilitate sublimius. [Tanta quippe est

Aug. tratt.

55.

(autore Augustino) humanæ humilitatis utilitas, ut eam suo commendaret exemplo etiam divina sublimitas, quia homo superbus in æternum periret, nisi eum Deus humiliis inueniret.] Quæ verò diuinis obsequijs impenduntur officia, ea promptè, alacriter, perfetè qœ præstamus, quippe qui cernamus Christum tam accuratè tamque copiosè, quæ ablue-

Chrysost. bo
mil. 69.

dis pedibus suorum sunt opportuna, exequentem. Eo enim modo docuisse censem Chrysostomus, omni studio oportere nos talia facere. Imprecatio est diuinæ iræ in eos, qui frigidè atque imminutè religiosa munera obeunt: [Maledictus homo, qui opus Dei facit fraudulenter.] [Exemplum ait Christus) dedi vobis, ut & vos ita faciatis.]

Hier. 48.

[Ec]

[Et cœpit lauare pedes discipulorum , & extergere lin- 5. *Lotione
teo , quo erat præcinctus .] A picite modò redē-
nostræ opus mitificè adumbratum : hodierno die , quod po- ptionem no-
stridie gerendum erat , pulch' è significatum . Christum ser- stræ esse desi
uile cinctorum se induisse Fulgentius elegâter dixit , qui [se gnatam .
metipsum exinanivit , formâ servi accipiens , in similitudinē Alcuin . in
hominū factus , & habitu inuentus ut homo .] Hoc planè lin caten . S . Tho
teum humanitatis nostræ purum ipse suscepit : quod , dum mæ.
maculas nostras tergit , atque eluit , totum commaculatum , Fulgentius
sordidatumque reddi , necesse fuit . Ea est enim tergendira serm . de Sæ-
tio , ut linteum pedes , quos tergit , mundos reddat : ipsum in cto Stephen
se pedum maculas ebibat , atque contrahât . Sic sanè commu no ad initia .
tata sunt humana diuinis , nouo consilio , inaudito exemplo , Philip . 2 .
quod Apostolus altè meditatus in ea verba prorumpit : [Eū , 2 . Cor . 5 .
qui peccatum non ponit , pro nobis peccatum fecit , ut nos
efficeremur iustitia Dei in ipso .] Nam , qui hodierno die
aquam mittit in peluim ad eluendas fordes discipulorum ,
crastino die profundet ex intimis venis sanguinē , quo pec-
cata nostra diluat : ac dum in se suscipit culpas hominum , tam
ipse maculatus & lutulentus appetet , vt Propheta Esaias Esaï . 53 .
instar lepræ effectum , nulla specie fulgentem , prisco decore
exutum declareret : [Lauit , scilicet , nos à peccatis nostris in Apoc . 1 .
sanguine suo :] quo puri sanctique efficiet , oculis diuinæ Ma-
iestatis idonei , dignique reddamur . Opportunè ergo beatus
Augustinus acclamat : [Quid mirum , si surrexit à cœna , & Aug . tract .
posuit vestimenta sua , qui cum in forma Dei esset , semetip- 55 . in Ioan .
sum exinanivit ? Et quid mirum , si præcinxit se linteo , qui
formam servi accipiens , habitu inuentus est , ut homo ? Quid
mirum , si misit aquam in peluim , unde lauaret pedes discipu-
lorum , qui in terram sanguinem fudit , quo immunditiam di-
lueret peccatorum ?] Idem etiam post pauca : [Crucifigen-
dus sanè , suis spoliatus est vestimentis : & mortuus in-
uolatus est linteo , & tota illius passio , no-
stra purgatio est .] Ipsi gloria in
secula , Amen .*

DOMINICA RESURRE- CTIONIS DO- MINI.

*De comedente exiuit cibus, & de forti egressa
est dulcedo. Iudic. 14.*



ARRAT historia sacra Samsonem 1. Christū
virum fortissimū, cūm adamaram vir-
ginem matrimonio sibi cōiungere pa-
raret, nuptiasq; iucundissimas festinè id est, mortē
celebrare vellet, nouę nuptā cognatis vicisse.
enigma proposuisse illud: [De come-
dente exiuit cibus, & de forti egressa
est dulcedo,] ea lege vt vici vitori
non paucarum vestium pretium penderent. Id enigma cūm
iūenes soluere per se non possent, à subornata Samsonis cō-
iuge impetrarant, vt solutionē à viro eliceret. Itaque edocēsi
respōderunt: [Quid dulcius melle? Quid fortius leone?] Atq;
ij quidem iūenes quæstionis à se solvit, Samsonē ipso con-
cedente, pretium retulere: sed res ipsa significata alterius rei
occultioris significatio erat, quam à vero Samsonē Christo
triumphatore, hodie Ecclesia charissima eius sponsa, sibi de-
monstratam, atq; detectā suis libenter cōmunicat. Nā sicut
Augustinus loquitur: [De comedente exiuit cibus, & de for-
ti egressa est dulcedo,] quid sibi aliud vult, nisi resurgētēm à
mortuis? De edente vtiq; id est, de morte, quæ cūcta deuo-
rat atque consumit, exiuit cibus ille, qui dixit: [Ego sum pa-
nis viuis.] Quid enī ita terrible, vt mors tētra præcertim
& crudelis, qualis est crucis? Quis ita leo aspectu suo feroce
& truculento homines perturret, vt mors iam imminens,

*Aug. serm.
de tempore
107. qui est
in Domini-
ca de passio-*

quauis audaces, formidine afficit? [Omnium terribilium
Ariſt.lib.3. maximè terribilem esse mortem.] Verè Aristoteles pronun-
Ethic.e.7. tiavit. Quid enim in leone horribile, nisi vita ipsa mortis
 imago? Mortuum leonem quis metuit? nempe mortuus mor-
 tem afferre non potest. Leonis ergo, ut sic dicam, leo verus
 est ipsa mors. Quòd si accedat ad hunc mortis paorem, ge-
 nus ipsum mortis horribile, ignominia & cruciatu fænum,
 nonne leonem atrocissimum rectè dicas? Nam mortem ip-
 fam, ut ignominia opprobriūque effugerent, non paucitum
 Græci, tum Romani, tum verò etiam Barbari sibi cōsciuerent.
 Vulgares quoque homines, quòd cruciamenta maiora redi-
 mant, manus in se suas sæpe armant. At mortem simul sum-
 mo dolore, simul maxima ignominia armatam, quis vñquam
 gentium non perhorrefat? Dorum sanè moriendi genus,
Indic. 14. supplicium crucis. [Cùm venisset, ait historia laeca de Sam-
 sone loquens, ad vineas oppidi, apparuit catulus leonis (æ-
 uus & rugiens.) In eam ferā, cùm le incidisse Christus (Sam-
 son noster divinus) animaduertit, atque aggredientis rugitū
 sensit, sanè commotus est bestiæ immanis aspectu, contre-
 muit, sudavit, expalluit. Quo horrore percusus, orabat: [Si
Matt. 26. fieri potest, transeat à me calix iste.] Vultis leonis illius tru-
 culentiam peruidere? ipsum commemorantem audite: [Ape-
 ruerunt super me os suum, sicut leo rapiens, & rugiens. Si-
 cut aqua, effusus sum: & dispersa sunt omnia ossa mea. Factū
 est cor meum, tāquam cera liquefscens in medio vētris mei.] Potestne vehementior formidinis pauorisque vis intelligi,
 quām quæ & ossa omnia dissoluat ac dissipet, & cor ipsum
 roboris omnis domicilium, instar ceræ diffluere cogat? Cla-
Pſal. 21. mabat proinde Rex noster: [Salua me ex ore leonis,] cùm
Hiere. 12. mortem atrocissimam instare cerneret. Idem in Hieremia
 loquitur. [Facta est mihi hæreditas mea, quasi leo in sylva.] At Samsonis fortissimi inuidum robur, quanquam leonis
 istius aspectum minacem terribilemque perspexit, tamen
 certamen minimè detrectauit, sed obuius obuium incurrit,
 apprehendit, pugnauit, vicit, occidit.

Atque illud mirabile supra modū, nullo telo, nullo ferro
 vsum, manibus tantum discerpsisse leonem. Sic enim habent
 verba Scripturar: [Irruit in eum Spiritus Domini, & dilace-
 rauit

In Dom. Resurrectionis.

627

ravit leonem , quasi hoc dūm i[n] strata discerperet , nihil om- Esa. 63.
nino habens in manu .] Quid sibi hoc velit , ex ipso nostro
Redemptore cognoscere , qui ore Esaiae talia de te loquitur :
[Circumspexi , & nō erat auxiliator : quæ sibi , & nō fuit , qui
aueraret : & saluauit mihi brachium meum , & indignatio
mea ipsa auxiliata est mihi .] Præclaræ fortitudinis laus , ani-
plissima iniusti roboris gloria : dextera sua fregisse ferream
inimicu[m] : brachio subegisse solo infinitas phalanges ho-
stium saevis simorum . Hoc illud est , quod Paulus canit : [Qui 2. Tim. 1.
destruxit quidem mortem , illuminauit autem vitam .] Hoc
quod concinit Petrus : [Quis est in dextera Dei deglutiens 1. Pet. 3.
mortem .] Itaque voracem mortem ipse deuorat , leonem
omnia vastantem , nulli parcentem mortalium , deuastatum
a se ostendit . [Deglutiens (inquit) mortem .] Quām præcla- Osee 13.
rē neque secus quām olim comainatus erat : [Ero mors tua ,
o mors .] Neque vero voracem bestiam extinguere conten-
tus , etiam in cibum verit , & nouo argumēto , quæ vorabat ,
voranda ijs ipsiis traditur mors . [De comedēte exibit cibus ,
& de fortie gressa est dulcedo .] Quis enim sperare posset , fu-
turum esse aliquando , vt mors fieret homini dulcis ? vt vltro
appeteretur ? vt summis esset in votis ? Quis de istius feræ
ore , & faucibus suauissimum fauum expectaret ? Atque vide-
mus iam innumeros martyrum cuneos , nihil ita experientiū ,
atque necem pro Christo illatam : nihil & quæ dulce , iucun-
dumque cuiquam vt vñquam acciderit , atque hi iuuenes &
virgines se mortis pro Deo suo obitæ gloria delestantur . Iā
illud ingualuit : [Mori lucrum :] iam illud usurpant libēter plu Phil. 1.
rimi : [Cupio dissolui , & esse cum Christo .]

Sed , vt ad institutam historiam redeamus , Samson qui- 2. Mel ex
dē , dilacerato leone , abiit . Paucis p[ro]st diebus cādem viate ore leonis , re
uertens , videndi leonis desiderio , quem interficerat , ductus , surrectio glo-
exu[n]ias . victoriæ sua pulcherrimas reperit . In ipsiis faucibus riosa ex mor-
leonis distractis & laceris , suauissimi mellis fauum offendit , te .
quem & ipse lumpit , & suis communicavit . Hæc diuinæ
sapientiæ arcana consilia quis nō admiretur ? Feræ truculen-
tissimæ , atque omnia vorantis fauces & rictus formidolosos
in aluearia dulcisimi mellis concessisse ? Resurrectionis glo-
riam , & spolia immortalitatis , tanquam fortissimæ pugnæ

præmia Christum tulisse de morte ipsa tam atroci, tam horribili, aperte hæc omnia significant. Erat tamen difficile id credere: Apostoli læpe moniti post crucem & mortem Christum resurrectum, tamen non sibi persuadebant fore: cùm esset factū, resistebant; testibus vera narrantibus nō assentiebantur. Sed Dñs laboris sui atque certaminis præmiū probè nouerat, & dilacerata bestia cibum pretiosissimum requisivit. Passionis ignominiosa & crudelis fractus dulcisissimus extitit Resurrectio, quā & ipse Christus potitus est, & ceteris impertivit. Sic enim apud Esaiam Deus de Christo loquitur: [Pro eo quod laborauit anima eius, videbit & saturabitur: in scientia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multos.] Saturatum dicit de labore suo, propterea quod [oportuit Christum pati, & sic intrare in gloriam suam.] Quanquam non ipse solus laboris sui præmio frui voluit, sed alijs communicavit: solus quidem depugnauit cum leone, sed non solus fauum inde sublatum edit, verum cum suis communicandum parauit: [Iustificabit, (inquit ipse) iustus seruus meus multos.] Itaque ipso die Resurrectionis, cùm primū Apostolis simul apparauit, fauum poposcit, quem & ipse edit, & edendum discipulis distribuit. Lucas ita scribit. [Illi obtulerunt ei partem piscis assi, & fauum mellis, & cùm manducasset coram eis, sumens reliquias, dedit eis.] Mystice in fauio mellis resurrectionem Christi significatam Beda testatur: [Piscis assus (inquit) quem Christus comedit, significat Christum passum, qui capi voluit laqueo mortis nostræ, & quasi tribulatione assatus est, tempore passionis suæ, sed fauus mellis nobis extitit in Resurrectione. In fauio quidem mellis utramq; naturā exprimere voluit personæ suæ. Fauus quippe mellis in cera est: mel vero in cera, est Divinitas in humilitate.] Mel etiā diuinitatē intelligi Gregorius attestatur.

Beda super
Lnc.

Gregor. lib. 15. Moral. cap. 9. Primum igitur ipse comedit fauum, quia iuxta Paulum: [Primitia dormientium, Christus.] Deinde reliquis fauim eudem 1. Cor. 15. communicat, siquidem eo teste: [Per unum hominem iusti Rom. 5. constituentur multi:] & [sicut in Adam omnes moriuntur, 1. Cor. 15. ita in Christo omnes vivificabuntur.] Ipsam nos Christum in Eccl. 24. uitatem audite, sic enim loquitur diuina sapientia. [Videte, quia non solum mihi laboravi.] Quam suavis est & dulcis ille fauus vita

vitæ æternæ, quo iusti fruuntur. [Hæreditas mea (inquit) super mel & fauū.] O præclara & laculenta hæreditas! O deli Ecli. 24.
 cia incredibiles! Deo semper frui amico & iucundo, ipsa, qua Deus est felix, felicitate sine fine potiri, mel illud purissimum fine vlla acerbitate peccati, detracta omni atque procul pulsa miseria, quis non desideret? quis non summo ardore anhelat, atque suspirat? [Quia mel comedet omnis homo, qui regnus fuit in medio terræ,] ait Prophetæ Esaias. Vt in his reliquijs, quas memorat, nos quoque sumus, atque inter electos, qui sunt certè pauci, de manu Christi mel accipiamus, gloriæ illius fauum participemus, dulcedinem resurrectionis, vitæque æternæ degustemus.

Cæterum, ut coronemur, certare primū legitimè oportet, atq; exēplo suo eradicari nos Christus vult, de comedente Christi, cibū debere capere, & de forti dulcedinē quærere. Nā quid Christiano aliud sit, quā leo quidā sœuus & ferox, labor, difficultas, peri ex labore & culū, quo tremur, ne viā cœpiā Dei preceptorū teneamus pugna expeditiosam & studinē amputare, voluptati allicienti resistere, libidinē incitatā frœnare, corpus asperitate castigare, animū ad res arduas, minimèq; iucudas impellere, illecebras omnes carnis detrahere, denique secū ipsum, & cū suis naturalibus hominē propensionibus dimicare, quid aliud censeas, quā cū atrocissimo leone pugnare? Etenim quot putatis vel ipso aspectu penitentia, vitæq; anterioris perterritos retro conuerti, durū & anceps certainē defugere? Dicit piger: leo est in via, & leæna in itineribus.] Sic Sapiens retardari homines ignauos docet à capienda sapientia institutione. Verum, ô fortissime Samson, nihil trepida, nihil reformida: aggredere, aggredere feram, quāvis terribilē, nō this viribus fretus, sed Dei auxilio rē gerito: erit, erit certissimus & maximus Deus adiutor, insipientē in te spiritū senties, & quē leonē acerrimū cogitabas, hoedū inter manus tenerrimū experieris: dilacerabis sœuā feram, ex lacera & vista dulcissimos virtutis fructus auferes. Dixit quidam: [Audaces fortuna iuuat.] Nos Christianæ dicamus: [In Deo meo transgrediar mortū:] dicamus: [Omnia possum in eo, qui me confortat.] Tales Deus Psal. 17: amat, gnuuos & strenuos milites: formidolosos & cunctos abundos aspernatur. [Timidis (ait Scriptura) & incredulis Apoc. 21: pars.

Rom. 5.
Gal. 6.

Apoc. 2.

pars illorū in stagno ardente igne, & sulphure.] Porro, quā sit dulcis post bellū pax, post certamen acre victoria, non opus est commemorare. Inter feros rictus leonis, fauus oblatus est, victori Samsoni. Quid hoc? nōne illud? Non solum aetē, sed & gloriamur in tribulationibus.] An potius illud? Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi.] Egregie sapit labor pro Deo suscep̄tus. Nullus suauior est fatus mortificatione carnis pro Christo, mundi huius contemptu. Qui non experitur, non assentit, expertus facile verum probat. Ut enim nihil terribiliss mudi opinione & gloria, ita cum superatur & vincitur, nihil dulcissimus mundi contemptu. Promissa Christi certa tenemus; [Vincēti dabo eadem de ligno vita, quod est in paradiſo Dei mei.] Lignum vita pugnando, & resistendo cōparatur, quod fructus habet dulcissimos atque mirabiles. Eos iusti in hac vita degustant, in illa verò beata & æterna copiosissimè capiant. Consolationis quidē diuinæ delibant Sancti inter suos labores sensum quendam admirabilem, vereque exlestem, percepturi tandem in patria immortalitatis, vitæ que æternæ fructus & dulcissimos, & vberrimos.

FERIA SECVNDA A POST PASCHA, CONCIO PRIMA.

Tu salus peregrinus es in Hierusalem, & hac ignoras? Luc. 24.

1. Diuinis-
tus aliquan-
do moueri
linguas bo-
minum, vt
ea vera enī
rident, quæ
demptionem,



O LET Diuina sapientia interdum linguis hominum, atque ora excitare, vt ea enuntient, quæ vera esse ipsi nesciunt, quæque eorum capti & sensu maiora sunt. Sic enim Cayphas humani generis revertent, quæ demptionem, quam neque cupiebat, neque verò nouerat, non asequū morte Christi parāda vaticinatus est, quod Euāgelista declarat illis verbis: [Expedit vobis, vt unus homo moriatur pro opere,

Iohann. 11.

populo, & non tota gens pereat: hoc autem à semetipso
non dixit: sed, cùm esset Pontifex anni illius, prophetauit.]
Eos senes, qui aduersus Susannam sanctam ac pudicam fœ-
minam falsum testimonium dixerant, cùm sub certis arbo-
ribus, quas nominarant, concubuisse affirmassent, Daniel
Spiritū Dei plenus, rectè mentitos esse dixit, quòd cùm
falsam culpam impingerent fœminæ, veram in seipso pœ-
nam pronuntiauissent: [Rectè (inquit utriusque) mentitus es
in caput tuum:] ex nominata arbore supplicij ipsius omen
captans. Nam, quod præclarè Augustinus in opere de Ge- Aug. li. 12.
nesi scripsit, numinis iassa fit, vt mentes hominum eas de Genes. ad
aliquando imagines ac signa rerum accipient, & voluant, literā, c. 9.
quæ minimè assequuntur, quorsum spectent, quidve signi-
ficent: idque accidisse constat, tam Pharaoni Regi Ægy- Gen. 41.
ptio, tam Nabuchodonosori Babylonico: quorum uterque
diuinitus oblata somnia cōcepit, neque, quid ea somnia por- Dan. 2.
tenderent, aliqua ex parte intelligere potuit, vsque dum Ioseph
ille, hic Danielis interpretatione res sibi obscurè indi-
catas assecutus est. Quæ res eò à me commemorata nunc
est, vt intelligatis planè persimile quippani hodierno die
duobus istis discipulis contigisse, quorum Evangelica le-
ctione profecitionem in castellum Emmaus audistis. His enim
ita apparuit Dominus, vt tamen non innotesceret, coram
positum tenebant, neque agnoscabant: in eum intuebantur,
neque, quis esset, perspiciebant. [Oculi(ait)eorum teneban-
tur, ne eum agnoscerent.] De illo ipso colloquebantur, tan-
quam de alio valde diverso sermo esset. Sic olim cum Iose-
pho Ægypti moderatore fratres ipsius de eodem disserebāt,
multaque eius commemorabant, quæ ad eum, apud quæ ver-
ba faciebant, pertinere nulla ratione existimabant. Oratio-
nem Patris senis repetebant, auditorem nacti libentissimū:
[Vos scitis, quòd duos genuerit mihi vxor mea, egressus est Gen. 44.
vnus, & dixistis: Bestia denorauit eum, & hoc usque nō com-
paret.] Fabulam sanè narrabant ei, qui multò, quām ipsi, me-
lius cuncta tenebat. Tandem ipse se prodidit, & quis esset,
aperuit: [Ego sum Ioseph frater vester, quem vendidistis in Gen. 45.
Aegyptum, non vestro consilio, sed Dei voluntate huc mis-
sus sum.] Factum quidem illorum fuit in fratrem prauū, sed
consilium

consilium Dei optimum: si venditum à se amouere ac relegare cupierunt: at Dei prouidentia ipsis iniquissimis parricidis remedium ex iniuria comparauit. Nonne illi facto similimum est hoc, quod narratione dulcissima Euangelista describit? Christus cū suis hodie multa colloquitor, multa illi referūt, de eo ipso cōmentantur abundē, inscijs penitus atq; ignari ipsum adesse, de quo tanta dicerent. Atque iij quidem spem de Christo præclarā abieciisse se ostendunt: Christus cōtrā ea quæ illis desperationē afferrent, debere potius certissima fiduciæ argumēta, demonstrat. Denique, ne lōgiūs vager, id sermoni istorū cōtigit, quod oculis ipsis: ut enim videbant, neque agnoscebāt, sic verū quod loquebātur, minimē intelligebant. Peregrinū existimabant, atque inter peregrinos maximū omnīū rerum ignarū: [Tū solus (inquiunt) peregrinus es in Hierusalem, & non cognouisti ea, quæ facta sunt in illa his diebus?] Rem profectō verissimam pronuntiabant, quam minimē assequebantur, mysterium penitus inscijs atque ignari admirabile confirmabāt. Etenim ut venerabilis Beda super Luc.

Beda sicutē dixit: [Re vera peregrinus erat eis, à quoru naturæ fragilitate, percepta iam Resurrectionis gloria, longè distabat, & à quorum fide, vtpote Resurrectionis eius nescia, manebat extraneus.] Itaque, fratres, solus Christus verè inter omnes homines peregrinus: solus ipse ignorabat ea, quæ ad supplicium & mortem pertinebant. Id quoniam exponere & explicare aptè singularem afferre voluptatem potest, fructumq; amplissimum, diuini numinis implorandum est nobis auxilium, vt pro dignitate dicere liceat.

2. Christū
maximē pe-
regrinum in
passione sua
Eses. 28.

Principiō, vt ab autoritate idoneat testimoniu petamus, Esaiæ eximij Prophetæ vobis verba recitabo, qui cūm de vindicta leuerè sumenda ab irato Deo sermo eslet, ita locutus est: [Sicut enim in monte diuisionum, stabit Dominus, sicut in valle, quæ est in Gabaon, irascetur: vt faciat opus suum, alienum opus eius: vt operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo.] Quæ oratio obscurior eam habet sententiam, Deum prælio conflictum acri, atque hostium magnam stragem daturum, qualis illa extitit memorabilis, quam David edidit quondam in valle Pharasim, Philistæ orū multis millibus internecione deletis: qualis praterē eius prælij

2. Reg. 5.

prælii fuit, quod commisit Iosue dux inclitus in monte Gabaon, cùm obstupescendo, & nullis seculis auditio miraculo Sol stetit, donec in Chananæos Reges victoris furor ad latitatem grassatus est. Verum hanc tantam Dei severitatem atque iracundiam, in propriam Deo clementiam & lenitatem esse cessuram. Etenim misereri, & parcere, & benefacere, natum propriumq; est diuinæ naturæ: alienū atque extrinsecus acerbitū, punire & plectere: quippe cùm poena, quam Deus infligit, ex culpa proficiscatur, quā Deus minimè aut facit, aut vult. Itaque poena vtitur, ad culpam euentandam ferit, vt sanet, irascitur, vt misereatur. Neinpe id sibi illa volunt, [vt faciat opus suū, alienū est opus eius.] Quod tam magnum præclarumque facinus prophetæ oraculo celebratū Christus Dominus noster in passione sua sanè edidit, in qua hostes suos acerrimè vltus est. Quo pacto, fortasse queritis, cùm ibi poenas ipse potius dedisse, quam de alio suscepisse videatur. Imò verò peccatum severissimè punivit, & persecutus est in ipsa sua carne mortali. Quod si id vobis minus aridet, audite eundem Prophetam, vel potius Christū Prophetæ ore dicenteim: [Ego, qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum. Quare ergo rubrum est indumentū tuum, & vestimenta tua, sicut calcantium in torculari? Torenlat calcaui solus, & de gentibus non est vir mecum, calcani eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea, & aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea.] Denique concludit orationē suam in illis verbis: [Et saluavit mihi brachium meum, & indignatio mea ipsa auxiliata est mihi.] Hic apertere videre potestis iracundiam misericordiæ inferuisse, acrem vindictam de peccatis sumptam ad ipsa peccata delenda, veniamq; peccatoribus impetrandā fuisse accommodatam. Alienum sanè, ac peregrinū, omninoq; inauditum facinus, oulpæ hominis Deū luere poenas: mori Filiū Dei innocentē, vt vivat filius hominis peccator, & noxius. Nonne cōgruit illud? [vt faciat opus suū, alienum opus eius: vt operetur opus suū, peregrinū opus eius ab eo.] Quid enim ita à Deo alienum, quid ita peregrinum, vt pati contumelias, & crucem, vt vita priuari ipsam vitam? Fuit profectò res ea usque adeò ab omni hominum opinione & sensu remota, vt Apostolos eam.

Ez. 63.

Ios eam prædicatē Genitiles quidem omnes, sapientes præfertim, vehementer irriterent, ac velut stultissimam fabulā longè exploderent. Iudei verò, legisque sacræ periti ita grā viter stomacharentur tanquam in impios & blasphemos, ut summis etiam auribus ferre non possent. Testis est Paulus.

1. Cor. 1.

[Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudei quidē scandalum, gentibus autem stultitiam.] Sed quid Iudeorum scandalum, gentiumque irrisiōnem aduersus crucem commemo-
ro? Illi ipsi Apostoli ea de re toties à Christo edocti & præmoniti, tamen ubi oculis in crucis supplicium inciderūt, ita commoti, perturbatiq[ue] sunt, ut fidem fiduciamq[ue] peno omnem exuerint, quam erga præceptorem longo collectā tempore gerebant. Istos duos hodiernos discipulos intuēmi-

Matt. 11.

ni: quid sentirent, ex ipsis cognoscite: [Nos sperabamus, quod ipse esset redempturus Israel.] Eius rei præcius Dominus, aliquando dixerat: [Beatus, qui non fuerit scandalizatus in me.] Itemq[ue] alio loco. [Hoc vos scandalizauis? quid erit, cum videritis filium hominis ascendētē, ubi erat prius?] Itemq[ue] alio loco. [Hoc vos scandalizauis? quid erit, cum videritis filium hominis descendētē, ubi erat prius?]

Ioan. 6.

Qui mysterio panis permouebantur, longè eos amplius crucis mysterio conturbandos declarauit. Nihil enim opinione hominum ita abhortere potuit à Majestate Dei, ut crux: nihil bonitatem, sapientiamq[ue] Dei magis decuit, quam salutem hominum his expensis diuinis procurare, [ut faciat opus suum, alienū est opus eius ab eo.] Ex Medicorum arte exemplum pete. Euenit, ut sanguine quis fluat periculose, vel naribus, vel ore, tanta copia, ut exanimetur: iubet medicus venam brachij incidi, id imperitus stultum iudicat, quod sit veluti flaminæ incendium velle restinguere.

Ezai. 28.

At artis gnarus remedium opportunum censet, fluxum sanguinis atque impetum illum alio derinando ac defleendo retardare, & sistere. Sanare partem lassam & male affectā dolore eius, quæ integra est & sana, medicina præcepta habet. Taliā quidem consilia cælestis sapientiæ sunt. Videmus Iosephum Patriarcham venditum à fratribus, captiuum & carceri inclusum, atque durissime seruitute oppressum, non solum libertatis, sed imperij quoque gloriam consecutum, ijs modis, atque his rationibus longe diuersis ad eum exitum pervenisse, quem diuino somnio admonitus olim cecinerat suis,

suis, qui dum impedire conantur, inviti & ignati Dei consilium stabilunt, atque constituant. Psalmus id cantat egestate. [Testimonium (inquit) in Ioseph posuit illud, lingnam, quam nō nouerat, audiuit, diuerit ab oneribus dorsum eius: manus eius in cophino seruierunt.] Atq; in alio psalmo: [In servum venundatus est Ioseph, humiliauerunt in compedibus pedes eius, ferrum pertransiit animam eius.] Hæc rā aduera quò protecerunt, cernite; [Eloquium Domini inflammatum est eum, misit Rex, & solvit eum; princeps populorū & dimisit eum. Constituit dominum domos suæ, & principem omnis possessionis suæ.] Christum tanè hæc omnia (vt Augustinus & Prosper scribunt) manifesto indicant, cuius manus seruiles operas præstiterunt, dorsum onera dura subiit, infine. Prosternit alienigena & peregrinus reputatus est, & à suis quoque per de dinum ignoratus atque contemptus, tanquam aduenia, atque exterrit, nonnusquam dicens; [Extraneus factes sum fratribus meis, & peregrinus filijs matris meæ.] Repulsum tanquam externum, & male tractatum à suis ipsis fratribus, dolenter commemorat: inò vero non ut peregrinum externum quæ acceptum, sed tanquam hostem capitalem omnibus iniurijs oppugnat. Nam externum & adueniam lare accipere lex iubet, & benignè tractare: te verò, o Christe Rex amantisime atque optime, cives ingrativi urbe exegerunt, præcipitem dare moliti sunt; hospitio demum durissimæ atque acerbissimæ crucis accepere. O tu verè solus peregrinus in Hierusalem hac nostraterrena, sopra omnes, qui vñquam fuerūt, peregrinos inhumanè crudeliter que tractatus.

[Tu solus peregrinus es?] Solus frusse Christū verè peregrinum in terra hac Hierolyma, velim attingere considere Christus peregrinus. Nam quid aliud peregrini & adueniæ notio habet, nisi regnum, in hominem alia in regione natum, diuerit in gente educatum, terra natali atque nutritu? Romanus quidē Romanus peregrinus haud est, sed est Hispanus aut Germanus, aut Belga. At qui omnes homines propriè terrigenæ sunt, ex hac terra originem natu-lesque ducunt: solus unus homo Christus externus est, è

R e cato

cælo hue venit, in cœlo longè natalium claritudinem ducit: [Primus homo de terra terrenus (Paulinam esse sententiam scitis) secundus homo de cœlo cælestis.] Itaque in terrenam urbem appulsas, ut ignotus aduena exceptus est viliissimo hospitio, atq; diuersorij parte infima, & abiectissima in stabulo & præsepi collocatus. Nam iniuriā Hieremias pius propheta deplorat & queritur; [Expectatio Israël, Saluator eius in tempore tribulationis, quare ut colonus futurus est in terra?] Colonum esse nostis eum, qui ex alia regione, & gente migrarit habitandi gratia: vnde coloniae Romanae frequentatae. Talis Christus profecto fuit, qui ad nos extrinsecus venit. Solus igitur Christus peregrinus. Præterea sermone & modo quodam loquendi diuerso à vulgari solent maximè aduenæ denotari: aut enim peregrina vntunt lingua, aut vñitatem ita vendicant, vt sono & forma peregrinum sapiant. Petrum ancilla ostiaria Pontificis Cayphæ Galilæum locatione deprehendit, quanuis se ipse cælarat, itemque cæteri Hierosolymitano sermone affuetati: [Nam & loquela tua manifestum te facit, & verè Galilæus es.] Itaque peregrinum nostrum Christum ex ipso sermone facile erat non terrenum, sed cælestem penitus cognoscere: semper enim in cælesti sermone versabatur: si quando res humanæ & terrenæ incidenter, ita temperabantur, ut gustum cælestem retinerent. Id quidem Baptista Ioannes excellenter animaduertit: [Qui de terra est (inquit) de terra est, & de terra loquitur: qui de cœlo venit, super omnes est.] Quare ex ipsavi & ratione dicendi, hodierai discipuli maximè quis ille esset peregrinus, comprobarunt. Itaque, cum euauisset ex oculis, inter se dicebant; [Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur nobis in via, & aperiret Scripturas?] Equidem existimo, si quis cælestem cā locationem vel tenuiter hauserit, probaturum, quām sint divini incendij & flammarum beatarum plena Christi colloquia. Iam verò etiam habitu ipso, & vestitus genere quām fuerit peregrinus apud homines Christus, licebit perspicere. Varietate enim indumentorum, & genere distingui & internoscere nationes solerunt. Alio Hispani, alio Germani, alio Galli, alio Barbari aut Arabes.

Hier. 14.

Mat. 26.

Ioan. 3.

Luc. 24.

Arabes genere vestimenti vntuntur. Quod si operibus suis
vestiri quemque vere Scriptura tradit, quale omnium terri- *Esa. 59.*
genarum indumentum sit, terrenum, scilicet, ex opere terre *Apoc. 16.*
no, nequaquam in dubio est. [Non est qui faciat bonum, *Psal. 52.*
non est usque ad unum: omnes inutiles facti sunt.] Tales
profestò homines sumus, eo habitu inutili vtimur vanita-
tis, cordium que pleno. Quid peregrinus noster? longè alio
genere vestis, & ornamenti conspicuus est, pelles omnino
illas Adami ignorat, puro vellere tegitur agnus immacu-
latus. [Qui peccatum non fecit, neque dolus inuentus in eo *1. Petr. 2.*
est.] Atque operiorunt cæteri quidem homines mortali in-
dumento, quod citò obsoleseat, carne corruptibili, quæ cele-
riter cōputrefacat & foeteat: at Christus carnē quidem passi-
bilem gestat, saccumque illum nostrum concidendum mor-
ti offert, verum corruptionis iniuria vacantem: [Non enim *Psal. 15.*
dedit sanctum suum videre corruptionem.] Itaque [solus in- *Act. 2.*
ter mortuos liber] Christus, ut Scripturæ statutus. David pla- *Psal. 80.*
nè corruptionen sensit, & Abraham, & cæteri iusti: solus
Christus inter mortuos liber, solus peregrinus in Hierusal-
alem, qui mortem ita suscepit, ut vinceret, fieretque mortis
verissima mors. Postremo, si peregrinum hunc egregie cog-
nocere, atq; vnde sit, qualis, quis ve, intelligere vultis, eum
hodie maxime intuemini, cum se se ipse prodere, atque ostend-
are statuit, non iam dissimulato vel habitu, vel sermone, sed
patrijs, gentilitijsque palam ornamentis, atque imperatorij
insignibus vtitur. Hoc enim ipso die cælestis regionis habi-
tum circumfert, immortalitatis & gloriae splendorem lon-
gè latèque micantem spectantibus offert. Veteri & panno-
lo abiecto indumento, quo se inter homines dissimularat, re-
giā iam purpuram gestat, amictum Principe dignum præ-
fert. Itaque exultat & dicit; [Concidisti saccum meum, & *Psal. 29.*
circundedisti me lætitia.] [Christus resurgens ex mortuis *Rom. 6.*
non moritur, mors illi ultra non dominabitur.] Noui & pre-
tiosi, cælestisque operis vestem considerate: quæ nunquam
atteritor, aut inueterascit, est vero pulcherrima atque elegan-
tissima specie ipsa, & forma, tum ita subtilis & leuis, ut mi-
nimè fatiget aut premat. Opinor telam, vestemque, cui ea
omnia, quæ dixi, insint, pretiosam atque exoptabilem coenis

videri debere. Tales autem dotes esse corporis glorificati, Theologis summo consensu traduntur: est enim corpus immortale, impassibile, pulcherrimum, splendidissimum instar Solis, agile, & subtile, par propemodum Angelis. Ea ornamenta describit, cum de Resurrectione disserit Paulus. Id genus vestis & ornamenti primus hodiernus dies inuenit in mandato eius Christus auctor & Princeps fuit, qui meritò nobis solas peregrinus in Hierusalem apparere potest.

1. Cor. 15.

Soph. 1.

Apoc. 7.

Phil. 3.

Gen. 41.

in quo omnes eodē bono perficiuntur, neque erit priuatum stiere.

cuiquam, sed commune omnibus bonū. Nemo illie Dei cōspectu carebit, nemo alium impediet, quod minus tāto bono, quantū velit & polsit, perficiatur: neq; maioribus minores inuidebūt, neq; ab illis cōtrā despiciēt ut hi. Mediū quippe omnibus se præbebit, quātū cuiq; capere facultas sit, tātum gloriae & Diuinitatis impertiēs. Ezechiel ea de re pulchre loquitur ijs verbis. [Et suscitabo super oves meas pastore vñū, qui pascat eas, seruū meum David: ipse pascet eas, & ipse erit eis in pastorem. Ego autem Dominus ero eis in Deum; & seruus meus David Princeps in medio eorum.] Quātū bene pastor gregē medius pascit, atq; omni ex parte circūspicit? quātū preclarè Princeps in medio populi omnibus lplēdorē suum, & decus impertit? [Princeps pacis Christus, in medio (inquit) eorum.] Neminem in illo regno à Principis charitate esse alienum, omnibus claritatem Principis esse commūnem: id enim eximia charitatis est, quæ Deum forma seruili indutum, atque hominem factum homini seruire coēgit, atq; ob eam rem medium ei locum attribuit, quemadmodū ipse exposuit: [Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat.] Omnia se in medio reposuit, vt omnibus melius inserairet. Erat antiqui moris mensas & lectos circū circas sternere, atq; in medio interuallo is aderat, qui circumsidētium posset vīibus inseruire. Quod sanè officium, quæ est in suos benevolentia, in patria etiam cælesti præstare pergit, si fides eius dictis habenda est. [Amē, dico vobis, q̄ præcīnget se, & trāsiens ministrabit illis.] Eundē morē tenuit quondam arca testamenti, quæ in medio castrorum semper tendebat, quō melius & facilius omnibus sui copiā faceret, nō obliturē eare, designans æternorū ciuiū domicilia fortunatissima, qui bus excella illa Maiestas omnibus Beatis gloriam summā impertit: atq; Ecclesiā primitiōrum Christus sibi tanquā corona speciosissimā circundat, cuius ipse sit caput, vnde in cæteras partes virtus, decus, felicitasque, quātacūq; sit, manat: Atque iustitia formā iam explicūmus, ex qua pax sequitur, quæ erat res secunda de tribus. Nam simul ac discipulorū in medio constitit, eos ita salutauit: [Pax vobis.] Ex iniquitate & iniustitia, nimirū, proficisci tur bellum, & tumultus omnis internus: contrā, ex iustitia, atque legis Dei obedientia

tia nascitur pax atque tranquillitas. An non id perspicue re-
nuntiat Esaias? [Vt in tam attendisses mandata mea, facta fuisti-
set, sicut flumen, pax tua, & iustitia tua, sicut gurgites maris.] Neque est vera iustitia, nisi quæ in Dei mandatis obseruādis
versatur. Pacis verò magnitudinem fluminis similitudine
ostendit, quod quantò altius, copiosiusque est, tantò lenius
fluere videtur. Eam pacem degustamus quidē aliqua ex par-
te in hac peregrinatione, qui ex Apostolo audim⁹: [Pax Dei
custodiat corda vestra, & intelligentias vestras:] quā pacem
quārere iubemur: [Pacem festamini:] attamen perfectè ob-
tinere, nō huius est conditionis, illius perfecta pax propria
est ciuitatis, de qua est dictū: [Posuit pacē fines tuos.] Nā re-
quirit pax plena atque integra partiu omnium & inter se, &
cū suo in primis toto, absolutā quandā, stabilemque concor-
diā. Primum, ut spiritus hominis sit cum Spiritu Dei omni
ratione cōformis, neq; vlla ex parte dissideat aut discrepet:
deinde corpus ipsum humanum spiritui se regēti undequa-
que consentiat: mox res omnes externas oportet humano-
rum spiritui, tum corpori respōdere pro votis, neque mole-
stia aut acerbitatis quicquā vel minimum exhibere. Eatam
expressa & depicta pax, omnibus numeris absoluta, neq; re-
peritur apud moreales, neque est alius, qui superis eā donet,
nisi Christus Iesus, qui factus est nobis à Deo iustificatio &
redemptio: ipse enim, eodē Paulo teste est pax nostra: cuius
& causam, & effecta, quæ diximus, discere ex Esaiā copiōtē
licet: [Erit (inquit) opus iustitiae pax, & cultus iustitiae silen-
tiū, & securitas vñq; in sempiternū. Et sedebit populus meus
in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciae, & in re-
quie opulentia.] Ergo eā pacem solus Christus impetravit, qui
per sanguinē crucis suæ pacificauit, vt Paulus loquitur, sive
quæ in cælis, sive quæ in terris.] Quā salutatione pacis à
Christo Apostoli prædicti, eadē alijs, ad quos vel scribūt, vel
verba faciūt, deprecātur gratiā & pacē Christi, à gratia Dei
pacē verā orī declarātes. Hac suspirare pacē sanctos Patres
videmus in carne mortali positos, q̄ sit militia, & tentatio vi-
ta hominis: hac pace frui beatos sumus, quibus nihil est, beatorum ē
quod pro votis non sit, cū sit in omnibus omnia Deus.] conspectu
Quæ cū ita sint, perspicuū est ex glorioſa Chriſtī praesentia
4. Gaudiu
beatorum ē
conspectu
Chriſtī.
Sf 4 tertium

tertium illud existere, gaudium (inquam) quoddā summum,
singulare, purissimum, nullius doloris timorisve partē ferens.
Nam id erat propositum tertio loco, ex iustitia pacem: gau-

Psal. 36.

dium, & voluptatem ex pace proficisci. Itaque ubi stans in

Ezai. 9.

medio pacem impertij Dñs, continuò adiunxit: [Ego sum,

Psal. 35.

nolite timere.] [Dele et stabitur (ait Propheta) in multitudine

Psal. 16.

pacis: & pacis non erit finis.] Et David: [Torrente voluptatis

Iob 17.

tua potabis eos, ineptiabitur ab ybertate domus Dei.] At-

Rom. 8.

que in alio loco [Satiabor, cum apparuerit gloria tua.] Re-

Chrysolog.

Et se Christus adesse professus est, quod metu, angoremque

serm. 81.

omnem excluderet. Quid enim nocere poterit ei, cui adest

Ioan. 18.

Deus? Iob quidem confidebat abunde: [Pone me iuxitate, &

Pax vobis.

cuiusvis manus pugnet contra me.] [Si enim Deus pro no-

Ego sum.

bis, quis contra nos?] Quād felix illa vox & fausta? [Ego

Ego sum.

sum.] Bene sanctus Chrysologus cōmentatur. [Pax vobis,

Ego sum.

Ego sum, nolite timere. [Ego sum crucifixus ille, mortuus,

sepultus.

sepultus. Ego sum per me Deus, per vos homo. Ego sum non

spiritus in figura carnis,

spiritus in figura carnis, sed ipsa veritas in carne. Ego sum,

Ego ex mortuis sum viuus.

Ego ex inferis sum supernus. Ego sum, quem mors fugit, inferna tremuerunt: tartarus confessus

est, cu pauescit.

Nolite timere: Petre, quod negaueris, quod fugeris

tu Ioannes,

tu Ioannes, quod deseruisti omnes: nolite timere. Ego sum, qui

vos per gratiam vocavi,

vocavi, elegi per veniam, pietate sustinui, charitate portavi, & modo vos sola bonitate suscipio.] Hec quidem ille Chrysologus. Nos vero, quale, quantumque sit futurū

gaudium cælestibus ex ea Christi appellatione dulcissima,

cōsideremus potius, quam dicamus. Atque præstantissimum

quidem bonorum omnium,

quibus fruuntur beatæ mentes, illud est, quod Dei præsentia utitur aperta & manifesta, quibus

ipse re ipsa multò potius,

quam verbo dicit: [Ego sum.] En-

illud bonum, quod est,

quo & ego beatus sum, & vos esse potestis. Illud quidem: [Ego sum,] perterriti inimicos, atque

abiecit, cum viu meditarentur,

& furorem nefarium. Illud ipsum, [Ego sum,] recreat atque cōfirmat amicos, atque ut

belligantes & rebelles Deo prosternit evertitque:

sic modos & pacificos cōsolatur atque erigit. [Ego sum,] terret &

cruciat hostes sempiterni supplicijs:

[Ego sum,] oblectat & beat filios Dei. [Ego ostendat tibi omne bonum,] dicebat sanè

Deus

Deus Moysi, ipsius videndi ardentissimo desiderio flagrati. Exod. 33.
 In illad omnes Beati intuētur, atque illud [Ego sum] ex ore
 Dei haurientes facie ad faciē, quid illud sit bonum, perpetuo
 studio cōtemplātur. Inde otne gaudium, inde infinita que-
 dam voluptas, inde perfecta & tempiterna felicitas.

IN EADEM FE- RIA, CONCIO SECUNDA.

*Stetit Iesus in medio discipulorum, & dixit
 eis: Pax vobis. Luc. 24.*

HVMANI sensus ea non facile ad- 1. *Nouitas*
 mittūt, quibus minimè affueuere. Ita & magnitu-
 que cūm rediuisi corporis facultas do rei, veri-
 inusitata semper fuerit, neque oculis tatis dubios
 mortaliū ea species oblata, vt illi aie- fecit Apo-
 bāt, qui neminem ab inferis reuersum stolos:
 cognitum vñquam confirmabant, nō Sapien. 2.
 mirum est, si ad primum resurgentis
 Christi conspectum familiares eius obstupefacti, suis ipsi
 oculis fidem nō satis haberent. Ita enim Euangelista narrat,
 cūm Christus medium se corum ostēdisset, eosque benignè
 salutasset, tamen Christum esse, quem tandem olim norant, &
 modò præsentem intuerentur, persuadere sibi non potu-
 se. [Conturbati verò & conterriti (inquit) existimabant se
 spiritum videre.] Fuit enim tanta vis eius tam inopinati ac
 repente oblati spectaculi, atque animum vsque eo rapuit,
 vt velut à se alienatus, iudicium de rebus præsentibus lyncē
 rum & integrū ferre nō posset. Sic Petro euenit, cū ab Ange- Act. 12.
 lo solutus catenis, ac carcere eductus, vtrū res ea vera esset,
 nō intelligeret: [Existimabat (inquit) se visum videre, & ne-
 sciebat, quia verum est, quod siebat per Angelum.] Tādem
 ea mentis caligine dispulsa, lynceo iudicio vlus est, remque,
 ut erat,

ut erat, cognovit: Itaque pronuntiasit: [Nunc scio verè, quia misit Dñs Angelum suū, & liberavit me de manu Herodis.] Accidit s̄pē contrā, vt ea sit cogitādi & imaginandi vis, vt, quæ vera nō sunt, vera putet, atque imagines rerū sibi oblatas, tanquā res ipsas prosequatur: id quod actionibus quibusdam palam interdū demonstrat, vt cū manus extendit, quò aliquid capiat, aut ore affatur absentem. Ita enim imbut & absorbet mentem vehementior cōtemplatio rei obiectæ, vt modū, quo res ipsa constet, nō satis dispiicit & cōprehēdat: imò verò eò crescere vehementiæ magnitudo potest, vt modū quoq; suū, in quo animus versatur, ignoret, quod Paulus Apostolo sine dubitatione contigisse fatendū, in raptu illo mirabili, cūm cōsiteatur ipse de se: [sue in corpore, sue extra corpus, nescio, Deus scit.] Quò minus mirandum est, q; Apostoli h̄serint, de Ch̄ri vera resurrectione cūctati, iijlq; venia dāda ob amorē, atque eius spectaculim magnitudinem.

2. Cor. 12. Itaque blādē eos & comiter Christus appellans, se totum multis modis probasse dispiciendū, tractandumque obtulit: [Videte(ait) manus, & pedes meos.] Fides resurrectionis tanti erat, vt omnes in se veritatem probationes, omnia experimenta Dñs libenter acceperit, Resurrectionis nissue. Itaque blādē eos & comiter Christus appellans, se totum multis modis probasse dispiciendū, tractandumque obtulit: [Videte(ait) manus, & pedes meos.] Fides resurrectionis tanti erat, vt omnes in se veritatem probationes, omnia experimenta Dñs libenter acceperit, vīque dum certissima fide condē surrexisse tenerent, quē viderant mortuū, cruciisque affixum. Tria verò constat de se præbuisse documenta Christū ab omni falso & fraude alienissima. Primū fuit oculorum, quibus se conspicendū cominus, & diu, & omni ex parte concessit. Alterū fuit manuum, quo in rebus humanis certius nihil existimari solet: itaque nō solū videndū se præbuit, sed vltro etiam palpandū, tractandumque ingensit: Palpate (ait.) & contrectate hoc corpus, has carnes. Tactū Philosophi disputant sensuum esse certissimum, q; vitæ coniunctior, atque animo non solū rerum formas sensibiles, vt cæteri sensus, sed res ipsas attingat. Tertium genus in his actionibus fuit, quas & multas, & diurnas, & perspicuas exhibuit, quasque esse humanas, & veritas dubitaret nemo, loquendo, ingrediendo, vescendo. In ijs enim cū sensus omnes veritati suffragarentur, ratio quoque nō inimicū aliud, quām res habebat, existimare sinebat. Ad hæc alia quoque firmamenta maiora adhibenda putauit duo. Vnam, quod ipse eos toties anteā præmonuisset; eaque omnia,

nia, quæ acciderant, perspicue predixisset. Alterum, q[uod] in Di
 uinis literis tot & tata, tamque manifesta oracula reperiens
 tur de ijs passionibus, & morte, & Resurrectione. H[oc] autem
 maiorem prophetice fidem, quā oculorū, Petrus confirmat:
 vbi postquam se ipsam trāsigrato Christo adfuisse, & Divi-
 nam vocem auribus accepisse, testatur, nihilominus adiungit:
 [Et habemus firmiorem propheticū sermonem, cui benefaci
 tis attentes.] Verum ea omnia, quæ Christus ad fidē Re
 surrectionis suæ contulit, et si erant plurima & maxima, ta-
 men, quod ijs est omnibus anteponendū, adhibuit & præsti-
 vit, internum lumen animo infundens. [Et aperuit eis sensum,
 ut intelligerent Scripturas.] Oculos, nimirū, internos aper-
 ruit, & cælestem lucem impertijt, quod diuina oracula certò
 cognoscerent. Hic Augustinus acclamat: [Veni ergo, Dñe,
 fac claves, aperi, vt intelligamus. De Scripturis admones, &
 adhuc non intelligūt, clavis sunt corda: aperi, & intra. Fecit:
 Tunc aperuit illis sensum. Aperi, Domine.] Sic quidem Au-
 gustinus. Me verò etiam iuvat nunc exclamare: [Testimo-
 nia tua, Deus, credibilia facta sunt nimis.] Quot enim, quan-
 tæ, quamque manifestæ fidei nostræ approbationes? Qualia
 resurrectionis documenta data discipulis? dignissima profe-
 ctio testimonia fidei, quæque cogitationem desideriumque
 omne cognoscendi expleant, & patient, ut dicere meritò li-
 ceat: [Et anima mea cognoscit nimis.] Quanta porrò est co-
 solatio fidelium, imò gloria atque felicitas, cogitantibus le-
 fidem habere Deo fidelissimo, optimo, atque verissimo?
 [Adhuc illis non credentibus, & miratibus præ gaudio.] 3. *Affectus*
 Geminam fuisse constat discipulorum hæsitationem ex du-
 plici valde diverso fonte manantem. Prior fuit formido, &
 timor quidam inservi, q[uod] culpas suas ac magistri desertionem
 recordaretur: sic enim initio ferè euenit, ut vix Dei bonitati
 fidat recens vocati & cōuersi, memoria suorū scelerū repressi
 & retardati. Mox successit formidinj gaudiū, ex dulcedine
 & benignitate Christi extortū, quod, cū magnitudinē doni
 cælestis Apostoli cōsiderarent, præ admiratione vix sibi ipsi
 credebāt: quippe qui incredibili se se felicitate dignos ini-
 mè existimat. Quod genus affectus velicietis & admirans
 di Oseas Propheta insinuat, vñ dicit: [Et pauebunt ad bonū *Osee 3.*
 moniq. cius]

eius in nouissimo dierum.] Nam velut ebriæ animæ sancto-
rū præ magnitudine voluptatis & gaudij exclamare cogun-
tur: [Quām magna multitudo dulcedinis tuæ, Dñe?] Tum
illud: [Omnia ossa mea dicent: Dñe, quis similis tibi?] Necnō
illud congruit: [Tunc mirabitur, & dilatabitur cor tuum.]
Quem affectū mihi Lucas videtur illo verbo indicare: [Ad-
huc illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio.] Quod si diuinæ dulcedinis gottula vna sic animum afficit, sic rapit,
sic tollit ad cælum: quid, quæso, faciet pelagus illud infinitæ
suavitatis? quid torrens voluptatis? quoniam rapiet mentem,
in quam totus influxerit?

**4. Piscē as-
so passione,** [Habetis hic aliquid, quod manducetur?] Postulatio ci-
bi, atque vsus quanquam præcipue adhibitus est propter
fauo mellis Relurrectionis veritatem confirmandam: tamen illud etiam
Resurrecțio- prouidit Dñs, vt ipsa familiaritate & benevolētia intellige-
nem Christi rent, tametsi statum mutasset vitæ, nequaquam voluntatem
significatā. esse mutatam. Quin potius nunquā itale iucundū, affabileq;
præstítit suis, atque iam immortali & gloriificata carne. Ne-
que enim in eorū numero est, qui ob prosperitatem amicos
obliuiscuntur, quemadmodū plerique homines faciūt, nosq;
ip̄i aduersus eundē Christū illius pincernæ Pharaonis mo-
do, qui, succedētibus prosperis, est oblitus interpretis sui Io-
seph. Christus verò nos tunc maxime allicit ac demuleet, cū
nostra opera minimè indiget. [At illi obtulerunt ei partē pi-
scis assi, & favū mellis.] Mysteriū hic subesse, qui vis facile in-
telligat. Id enim discipuli dederunt Christo, quod Christū
repræsentabat, quanquā nō satis, quid agerent, tunc cogno-
scerent. An piscē assūm nō recte Christū accipimus, p nobis
crucifixū, vita priuatū, vt ex ipso nos vitā sustētemus? An
ignem possumus vehementiorem cogitare illo immenso in-
cendio dolorū, iniuriarum, acerbitatū, quibus est totus per-
uersus, propemodūque exultus? [Ossa (inquit) mea, sicut cre-
mī, aruerunt.] Beda quidem sic esse philosophandum sen-
tit. [Quod si piscis illius, quem Tobias iunior iussu Angeli
peremit, vna particula cordis prunis imposita, ipso suo ni-
dore ad extricandum omne genus dæmonum valuit: non-
ne id longē melius præstabat, & citius cordis illius Christi
inflammatio, quam excitat, tum ipsius ardens charitas, tum
piarum

Gen. 40.

Psal. 101.

**Beda in Lu-
cam.**

Tob. 6.

piarum nostrarum meditationum accensum studium? Nam
 in meditatione sibi ignem excitari solere, David testatur. *Psl. 38.*
 Quod enim esse genus dæmonum potest adeò truculentum
 & pertinax, quod non supereretur memoria & consideratio-
 ne Christi crucifixi, tanquam odore quodam potentissimo,
 virtatisque plenissimo? Quæ tentationes? qui morbi nō ce-
 dent, quaneis sœui & immanes, eiusmodi medicamento? Ne-
 que pilcem totū vorare necesse est, neque verò fieri potest:
 partem de promunt discipuli, atque offerant, nec enim my-
 steria omnia crucis cōplete, & cōprehēdere humanae mētis
 est: ceterū pars illa, quæ datur, idonea est pascendo cōsuix,
 quā etiam liceat alijs cōmunicare. Age, Christiane, quod vi-
 des Christum fecisse, fac tu: primum ille sumpsit, deinde reli
 quias dedit discipulis. Pascat sanè se ipsum primum famulus
 Christi, tum familiam Christi eodem alat cibo: quæ ipse ante
 diuturna meditatione & consideratione degustauerit,
 porrigit amicis: sufficiunt (mihi credite) omnibus. Sed cum
 pisce asso fauum mellis iungendū esse memineritis. Pulchrit
 enim se habent obsonia isthæc, sibiique cōsentiantur. Passioni
 Dominicæ gloria Resurrectionis, & dulcedo succedit: [Si
 enim complantati fuerimus similitudini mortis Christi (ait
 magnus Apostolus) simul & resurrectionis erimus.] Primum *Rom. 6.*
 igitur pilcis alsi, deinde fani epulæ adhibendæ. Humana
 Christi & passibilia primum locum conuiuij tegeant: inde
 ad diuina gradus optimè fit. Nam diuinæ dulcedinis magni-
 tudinem fauo & melle notari in Scriptura, manifestum est:
 [Melinuenisti, comedete, quātum tibi sufficit, ne satiatus euo-
 mas illud.] Nam, sicut [qui mel multū comedit, non est ei
 bonū, ita qui scratator est mæstatis, opprimetur à gloria.] *Proph. 25.*
 Nostis eas Salomonis esse sententias. Valet verò Divini
 mellis gustus ad aciem oculorum instaurandam. Melle gu-
 statio, illuminatos fuisse oculos Ionathæ Scriptura testatur.
 Idem usus Apostolis fuit, quorum est apertus intellectus,
 ut mysteria Scripturarum clausa cognoscerent. Simil enim
 atque comedenterunt de ijs reliquijs, quas dedit Christus, Apo-
 stolis sensum faisse ad apertum à Christo commemorat. *Sensus*
 Itaque ait: [Aperuit illis sensum, ut intelligeret Scriptu- *Scripturae*
 ras.] Nam vt literas in codice optimè scriptas, qui legēdi est *datus Eccl.*
imperitus, *sæ.*

imperitus, tam et si videat, nihil intelligit, vñq; dum, quid sibi
83.12.1
 illa signa velint, addiscat: sic sacrā Scripturā frustra qui quis le-
 get, aut audiet, neque intelliget quicquā, nisi significationis
 inditæ notitia imbuatur. Præclare hoc ab Elia Prophetano
 ratū, atque explicatū est, libri clausi similitudine cū legendi
 imperitia collata. Aequè enim ignarus est rerū, & is qui codi-
 cem clausum teneret, & qui in aperto vim notarū ignorat. Ver-
 ba Prophetæ sic habent: [Erit vobis visio omniū, sicut verba
 libri signati, quē cū dederint scienti literas, dicent: lege istū,
 & respōdebit: nō possum, signatus est enim. Et dabunt librū
 nescienti literas, dicetur quē ei: lege, & respōdebit, nescio li-
 teras.] Ergo quicquid Iudaus euoluat Prophetas, nihil in-
 telligit. Adhuc enim [velamē positū est super coreorū, quod
 in Christo euacuatur,] vt Paulus sapiētissimē dixit. Dupli-
 citer enim Christus velū legis remoueret. Vno modo quidē se
 ipsum declarans scopū legis, in quē omnia scripta referantur:
 [Finis enim legis Christus.] Altero modo mētes hominū il-
 lustrans, vt diuinalce perfusæ mysteria in Scripturā latētia
 perspicere valeant. Id enim egit, cū sensum Apostolorū ape-
 ruit. Quod eximiū, nimirū, donū nō ijs solūm prēstītit, sed
 per eos successoribus posterisq; eorū, atque Ecclesiæ catho-
 licæ cōmunicavit. Itaque veritatis Catholicæ tenēdæ ea una
 est ratio, si verbū Dei eo sensu, atque intelligētia teneamus,
 quā probat, tenetq; Ecclesia Christi, cuius in ea re iudiciū
 errare aut labi est impossibile, siquidem verbū Dei deficere
 labefactariq; nullo pacto potest. Neque enim literis, aut
 sono verborū Dei verbū cōtinetur, sed sentētia potius, & no-
 titia firmissima veritatis. Quapropter magna est fideliū la-
 titia, singularis, minimēque fallax securitas, q; in Ecclesiæ fa-
 crosanctæ, Romanæ, & Catholicæ iudicio cōquiescūt, eiusq;
 sentētiā, spiritūque intrepidise quūtur, cui est diuinitus per-
 petua promissa, atque insuperabilis firmitudo veritatis. Ita-
 que vniuersi Euāgelij velut summā & compendium cælestis
 præceptor colligēs, aureis illis verbis perpetua memoria di-
 gnis suos alloquitur: [Quoniā sic scriptū est, & sic oportet
 Christū pati, & resurgere à mortuis tertia die: & prædi-
 cari in nomine eius pœnitentiā, & remissionē peccatorū in
 omnes gentes.] Hæc Dominus, quibus fere symboli Apo-
 stoli,

Ezai. 29.

1. Cor. 3.

Rom. 10.

.3. nov. 2

.72.18079

.72.18079

.41.232.1

Psalms

Bede

caelum

Antiquit

s. E. min

.31.

et iniqui

lici, fideique nostra regula cōtinetur, quemadmodū Augu- *Aug. serm.*
stinus in quodā sermone pronuntiat. Etenim, quod in veteri *4. de Resur-*
testamento promisum est, id in nouo completum demon- *rect. in fin.*
stratur, Christum verū Dei Filium, hominem proprie- *tom. 10.*
ties factum, acerbam mortem crucis perpetuum, resurre-
xisse à mortuis ad immortalem & beatam vitam, quam com-
municat in se credentibus per diuinus instituta sacramēta,
Ecclesiam ex omnibus gentibus condens, promulgata ope-
nibus venia peccatorum, per Spiritus sancti gratiam, & Ec-
clesiā sanctā obedientiam. Est enim Ecclesia domus Dei. vi-
ui, in qua tuō, & lusculenter habitant omniē ex regione mun-
di collecti fideles, vna fide, iijdem sacramentis, eādem societatis
Christianæ charitate, atque vna etiam, eādemque spe
bonorum & tñorum, quibus iam beatā anima Christi be-
neficio perpetuō, feliciterque fruuntur.

DOMINICA IN OCTAVA PASCHÆ.

Cum esset sérō die illa vna Sabbatorum, & fo-
res essent clausæ. *Ioan. 21.*



V M perspē Christus, postquam est 1. Resurre-
excitatus ē mortuis, discipulis lui co- *ctionē Chrī*
piam fecerit, illud in primis egit, ut se st̄i esse fidei
& eundem esse demonstraret, quem nostra ca-
pridem nōuerāt: & alio tamē vitæ gene pnt.
re vntem longē excellentiore proba- *2. 10. 2.*
ret: qua veritate Christianę fideisum-
ma cōtinetur. Etenim fidē Paulus defi *Heb. 11.*

nit, sperandarū substantiā rerum, argumentū non apparen-
tiū:] intelligi volens fide cōprehendi & cōtineri bona illa di-
vina & æterna, quæ speramus, atque cius vi & virtute nobis
persuaderi certa esse, quæ neque vñu neque ratione nobis cō-
stat. Itaq; fides primum est fundamentū, vt Deū inquiramus,
cīque

eiique placeamus. Nam, quæ sint bona nobis à Deo expectanda, Fides in Christo resurgentे declarat. Quapropter fidem vñiversam Apostolus ad hoc Resurrectionis Christi caput reducit illis verbis: [Si confitearis in ore tuo Dominū Iesum, & in corde tuo credideris, quod Deus illum suscitauit a mortuis, saluus eris.] Idem quoque dilucidè alio in loco confirmat. [Si autem Christus nō resurrexit, inanis (inquit) est ergo prædicatio nostra, inanis est & fides nostra.] Nec multo post: [Quod si Christus non resurrexit, vana est fides vestra, adhuc enim estis in peccatis vestris.] Ea verò est ratio Paulina sententia, quod peccatorum veniam per mortem Christi Deus concedat, vitam autem animæ & gratiam suam donet per resurrectionem Christi; quod aliàs apertius dixit, [Christum traditum propter peccata nostra; resurrexisse verò propter iustificationem nostram.] Quare vita iniuxta iustificationis & gratia, Christi morte & resurrectione innititur; ex quo efficitur, ut neque sit remissio peccatorū, neque iustificationis gratia vlla, si Christus minimè resurrexit, quemadmodum Paulus sapienter argumentatur. Neque erit præterea vita beata, neque gloria resurrectionis iustis expectanda: idcirco sic colligit: [Ergo & mortui qui dormierunt in Christo, perierunt.] Nam si Christus non resurrexit, ne martyres quidem & Sancti, qui propter Christum extinti sunt, resurgent, neque ullum tantorum suorum laborum fructum adipiscentur, quo nihil potest absurdius dici. [Nam si in hac vita tantum (inquit) sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus.] Nulla est enim gens & natio hominū, quæ in tot & tantis laboribus, & remnisque versetur, quantis iactari, affligique videmus gentem Christianā, eosque maximè, qui moribus Christiano dignis cæteros antecellunt. Eundem Paulum profero, Apostolicę vitę labores & afflictiones explicantem: [Usque in hanc horam, & esurimus, & sitiimus, & nudis sumus, & colaphis cædimur, blasphematur, & obsecramus, persecutione in patimur, & sustinemus: facti sumus omnium periplema usque adhuc:] Quasi quinqüilias & sordes se habitos, & a mundo tuto abiecos & execratos, Apostoli martyresque sentiebant. [Sed haec est victoria, quæ vincit mundum, Fides nostra,] quæ alteram

teram vitam promittit meliorem, semper tamen bonis affluenter, quā iusti consequuntur imitatione Christi, ē cuius proinde & in sorte, & resurrectione spes nostra omnis, talusque dependet. Eam ob causam Patres omnium maximam Paschalem solennitatem censerunt: quam proinde solennitatum solennitatem, & celebritatem appellandam Gregorius Nazianzenus confirmat.

GREGO. Nazian. oratione 2. in Sæc.

Pascha.

2. Cetera copiosa veræ Resurrectio nis Christi documenta.

Adhanc resurrectionis fidem stabiliendam duo Christus egit, & præsttit accuratè. Vnum, vt idem corpus ostenderet resurrexisse, quod morte cecidet. Alterum, vt genus vitæ novum, immortale, atque omni ex parte beatum se iam vivere demonstraret. Ita fides Christiana aperte confitetur eum illum hominem reuixisse, perpetuoque vivere, qui fuit crucifixus, & mortuus, & sepultus: idem corpus iisdem ossibus, & carne, & sanguine præditum; eandem denique substantiam humanae naturæ, quæ fuerat perempta, vita perpetua, immortalique fructu. Quamobrem se se hodie Christus repræsentat visibilem ac palpabilem, dicens: [Ego sum, videte manus meas & pedes]. Et ostendit eis manus, & latutus.] Argumenta vero præbuit, vt Lucas in Actis loquiter, multa dese. Primum se videndum, & spectandum vndique dedit: deinde actiones humanas propriasque attulit, palam & loquens, & edens, & potans cum suis. Iam & tactum ipsum omnium certissimum testem prouocauit ad se cognoscendum, vt corpore corpus contrectantes, non esse spectrum, aut simulachrum inane cogitarent. [Palpate (inquit) & vide: quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videntis habere.] Quibus experimentis abunde edocti Apostoli, Resurrectionis Christi veritatem summa constantia prædicarunt. Petrus quidem in quadam oratione sic loquitur: [Huc Deus suscitavit à mortuis tertia die, & dedit eum manifestū fieri, non omni populo, sed testimoniis præordinatis à Deo: nobis, qui manducavimus & bibimus cum illo, postquam resurrexit à mortuis.] Ioannes vero in epistola ita scribit: [Quod fuit ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, & manus nostræ contrectauerunt de Verbo vitæ.] Atque ad eam fidem fortius constitutuendā, permisit prætereà digna bonitas unum ex Apostolis Thomam cūstari & ha-

Act. 1.

Luc. 24.

Act. 10.

1. Ioan. 1.

rere, nec condiscipulis rem, ut erat, confirmantibus credere; vt non solū oculis ipse suis doceretur, verū etiam dīgito in manū fixuras, manu in lateris vulnus illata, certissimus fieret eis manifestissimæ veritatis. Quibus omniis longum quadraginta dierum spatiū adiunctū est, ut lāpe & vario experimento probarent nihil esse doli & artis, sed tuncero apertoque iudicio eundem se reddituum cernere constituerent, quæ per annos complures mortalem, passibilemque tractarant.

3. Firmissima spes resurrectionis nostra ex Christi resurrectione.

*1. Cor. 15.
Iob 19.*

Quæ quidem omnia cōdō pertinent, ut spes Resurrectionis nostra, quæ ex Christi resurrectione pendet, firmissima sit, de qua re sic philosophatur eximius Apostolus: [Nunc autem Christus resurrexit à mortuis primitiæ dormentium: quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectione mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur.] Quapropter beatissimas Iob in medijs ætumnis suis, & calamitatis maximis, ea se spe confirmabat, & tantò ante in resurrectionis spem inductus, exultabat: [Scio (inquit) quod Redemptor meus vivit, & in nouissimo die de terra resurrectus tam: & rutilum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum.]

Greg. li. 14. Saluatorem meum: quem viturus sum ego ipse, & oculi mei moral. c. 31. conspecturi sunt, & non alius. Deposita est hæc spes mea in

& 32. nar- finu meo.] [Ego ipse (inquit) viturus sum, & non alius:] idē,

rat suā cum nichil, Christus resurrexit: idem proinde Iob resurrectu-

Eu- tychio- rus est, & non alias pro eo. Tu, tu ipse, Christiane, isti os-

disputatio- disibis, ista carne, quia geris, præditus, astabis Christi tribu-

nalizationem redditurus eorum, quæ probè, improbè ve fe-

Hierony. in cisti. Atque hanc fidem Catholicam defendit Gregorius, Eu-

Apolog. 1. tychij errorem refellens, qui spiritualem quādam, minime-

& 2. aduer- quæ palpabilem, carnisque & sanguinis expertem in resur-

sus Ruffinū: rectione substātiā hominis disputabat. Quem etiam erro-

Epiph. in rem Beatus Hieronymus copiōlē confutat aduersus Ruffi-

epist. contra num, & quosdam alios Origenistas, atque Hieronymo se-

errores Iōā. nior Epiphanius in Ioannē Hierosolymitanū invenitus, mul-

Hierosolym. ta præclarè dissenserit. Erit itaque, erit sine dubio idem cor-

traintia à pus, caro eadem, membra ossa, cæteraque humanae substanti-

Hieronymo. tæ omnia eadem. Quod si nostri ingenij, tenuitas & infirmi-

tas, quod pro vnu & consuetudine pleraque iudicat, quia ini-
stitutum id est, resistit & respuit, neq; facile admittit ex pul-
vare ante mille annos disiecto & dissipato, illas carnes, atque
illa ossa posse reuocari, cedat certe diuinæ autoritati, poten-
tiæ Maiestatemque Conditoris suo sensui anteponat, audiat
interim Paulum ea de re bellissimè differentem, sic enim scri-
bit: [Sed dicet aliquis: Quomodo resurgent mortui? Quali
autem corpore veniunt?] Cui quæstioni occurrit. [Insidens
tu quod seminas, non viviscatur, nisi prius moriatur. Et
quod seminas, non corpus, quod futurum est, seminas, sed ou-
dom granum, ut puti, tritici aut alicuius cæterorum. Deus
autem dat illi corpus, sicut vult, & vnicuique seminum pro-
prium corpus.] Praæclara sanè, & Pauli digna responsio. Et
enim caput difficultatis in eo versatur, quod mortuos resur-
rexisse vidimus nunquam. At qui, si quod quotidie cernimus
in seminibus, nunquam vel vidissemus, vel ab alijs, qui vide-
runt, accepissemus, profectò non facile assensuri suissemus,
ex grano puro spicam, aut etiam stirpem, vel arborem ori-
turam. Quis enim tantum naturæ decus comparari pata-
ret semente iacta, & dissoluta, & corrupta in ima humo?
Quare qui è grano mortuo & putri potest producere spi-
cam pulchram, viuidam, ornatam, poterit is planè è mortuo
corpore corpus excitare vita, sensuque, atque omnibus suis
partibus præditum. Quicquid igitur enierat defuncto cor-
pori, in quo sunque cineres dissipetur, repositum est sine
dubio in thesauro diuinæ & potentiae & sapientiae, quæ de-
positum fidelissimè custodiet, & reddet. Neque enim veren-
dū est, ut sapientissimè censebat sacra Augustini parens Mo-
nica, ne in die iudicij rationes diuinæ sapientiae commuten-
tur, & Deus pro alio aliam restituat. Neque diuina poten-
tia deficiet, neque diuina item sapientia falletur, neque ve-
rò diuina bonitas falleret. In quo firmissimo robore fidei
stat immobilis spes Christiana & beata, quæ sibi id certè pro-
mittit futurum, quod in capite suo Christo iam expletum
contuetur.

Nunc ad alterum ex duobus, quæ proposui, venio. Etsi tura sit glo-
enimi mirabile est eundem resurgere hominem, qui interie-
rit, multò est tamen admirabilius ea gloria prædictum relur-
etionis.

1. Cor. 15.

Aug. lib. 9.

Confess. ca.

11. refert

verba Mo-

nicæ matris:

[Neque ti

mēdū est,

ne De' nō

agnoscat

in fine sa-

culi, vnde

me resusci

tet.]

4. Qualis fa-

tura sit glo-

ria resurre-

tionis.

gere, quæ non tam humanam naturam, quam diuinam dece-
re videatur; quippe cum vitam viuat immortalem, doloris
omnis & passionis expertem, plenam iucunditatis, Angelis
ipsis parem. Id, scilicet, Christus multis modis demonstravit
in se. [Resurgens enim ex mortuis, iam non moritur, mors
illi ultra non dominabitur.] Quoniam Christus ad longè aliud
genus vitae ex morte rediit, opas esse duxit tam multis argu-
mentis nouæ vitae rationem exponere. Primus enim æternæ
vitæ in se gloriam dedicauit, nequaquam ita resurgens, ut La-
zarus, & Iairi filia, ceterique, qui iterum interitum ad vitam
redierant. Quod sane non solum in eo tempore mundus pro-
barat, sed iam olim in filio Sareptana vidua, & illo altero
Sunamitidis sacrarum literarum autoritate tenebat. Ergo,
quia viuendi genus erat nouum, & hactenus inauditum, pror-
fus oportuit documenta edere & certissima, & plurima. Et
enim admirabile dictu est, corpus mortale, caducum, mole-
stius, iniurijsque tot obnoxium, in eum statum commutari,
ut neque violari, neque affligi villa ratione polsit, sitque ita
agile, ita subtile, omniisque ex parte conspicuum, atque pul-
cherrimum, ut cum naturam retineat, substantiamque cor-
poream, tamen qualitates, virtutesque habeat potius Ange-

*Cypria. ser.
de Resurre-
ctione.*

cas ac Divinas. Eam glorificatorum corporum gloriam Cy-
prianus describit his verbis: [Partiri nobis Dominus suæ abū-
dantiam voluit claritatis, ut post resurrectionem corpus nō
ag grauet animam, sed sit caro sine mole & pondere agilis &
mobilis, nullis clausa obstatulis, visu & auditu penetrans
omnia & attingens: quo cunque voluerit, sine impedimento
discurrans. Inerit resuscitatis corporibus nulli vanitati subie-
cta libertas, & quæ cogi non polsit ad aliquid, in nullo labo-
rans, iam à spe educta, re ipsa persequens, nulla expectatione
suspensa, & in pace quietissima confirmata, omnisq; expers
formidinis, in spiritualibus delicijs ingis illa permaniore reflo-
redit. Quam mirabilis est scientia tua, Deus? confirmata est
super nos, nec possumus ad eam attingere.] Hæc Cyprianus.
Quem igitur non afficit ac rapit desiderium tantæ gloria?
Itaque sacri Euangeliæ, quo rem admirandam nobis abun-
dè commendarent, plenam iucunditatis narrationem insti-
tuerunt, accurate nouæ vitae notas quasdam tradentes. [Cū
fores

fores essent iam clausæ; ait Ioannes, Christum ad suos introiisse.] Quo ex sae^o gloriificati corporis potentiam, subtilitatemque mirabilem intelligi vult. Lucas in via apparet scribit duobus discipulis, in diuersorio eundem subito ex oculis evanuisse eorum, ut discamus inde, qua sit agilitate præditum corpus illud, ponderi, & legi corrup^tibilium corporum minimè subditum. Simil atque se ipsum aperiebat, quis esset, scribunt Euangelistæ immenso gudio perfusos discipulos, & mulieres pias eiusdem suavitatis vi intima imbutas, quod ineffabilem pulchritudinem illius corporis conspicerent. Animæ enim gloriam non videbant, nedum Diuinitatis. Vincebat splendore Solem, suavitate paradisum, dulcedine fauor omnes. Quod enim Assuero per adulationem dixit Esther, id Ecclesia verè, & ex animo regi suo Christo decantat: *Esther. 15.* [Valde mirabilis es, Domine, & facies tua plena est gratiarum.]

Atque has excellentias, & decora vitæ immortalis s. *Virtutes* haudquam Christus sibi soli suscepit, sed quod esset *corporū gloriosus* eandem gloriam communicaturus, in se primum conspicivolait, quod & ardentiū & confidentiū ad tantam felicitatem homines aspirarent. Ut enim nudum & putrefactum frumenti granum exurgit in culnum virore, folijs & spica pulcherrima perornatum: ita corpus ex longa tæbe in formosissimum decus, firmissimumque transibit. *Esaia. 26.* quidem sic vaticinatur: [Vident mortui, interfecti mei resurgent: expergiscimini, & laudate, qui habitatis in pulvere: quia ros lucis ros tuus.] Rorem luculentum pollicetur emortuis, quo velut germen pulcherimum pullulent. Quo sanè simili Paulus quoque utitur, cum de Resurre^ctione disputat, additque præclarà: [Seminatur in corruptione, surget in incorruptione; seminatur in ignobilitate, surget in gloria: seminatur in infirmitate, surget in virtute: seminatur corpus animale, surget spirituale.] Omnino quatuor numerat corporis gloriificati prærogatiwas. Primum, ex corruptibili & mortali immortale & incorruptibile euadet, quod *Esaia* dixit: [Præcipitabit mortem in *Esaia. 25.* sempiternum.] Deinde pro ista fœditate & fôrdibus hu-

manæ naturæ, veniet forma pulcherrima, & splendida, atque vndique collucens. Id, nimirum, est: [Surget in gloria, quod seminatur in ignobilitate.] Cui consentit promissio Domini: [Tunc iusti fulgebunt, sicut Sol in regno Patris eorum.] Tertia est, virtus, & robur, atque potentia: cum corpus agile & viuidum, & validum succedat corpori graui, ærumnoso, imbecilli; id enim sibi vult: [Seminatur in infirmitate, surget in virtute.] Corporum glorificatorum agilitatem, atque vigorem Scriptura scintillarum exemplo declarat: [Sicut scintillæ (inquit) in arundinetu discurrent.] Postremò, quod Paulus dixit: [Surget corpus spirituale,] subtilitatem illam incredibilem declarat, vimque eximiam penetrandi quæcunque corpora, quam Christus è sepulchro surgens, lapide immenso obfirmato, & fores clausas peruadens ad suos, manifestam fecit.

*Matt. 22.
Luc. 20.*

Tota denique ratio vita illius potius diuina, quam humana facit, cum Salvatoris sententiam audierimus de vita beata: [In resurrectione neque nubent, neque nobentur, sed erunt & quales Angelis Dei filij resurrectionis:] Visque èo naturam nostram, quam sibi assumpsit & vniuit Filius Dei, leuare & tollere voluit: vsque èo spem nostram erigere, ut pares Angelis simus, ut consortes Filij uaginanti, hæreditatem immarcescibilem ac sempiternam consecuturi, si eam fidem & spem actibus charitatis dignis stabilem, & certam feremus.

N I

IN EADEM DO-
MINICA, CONCIO
SECUND A.

Cum esset sero die illa una Sabbathorum, &
fores essent clausæ. *Joan. 20.*



V M Beatus Patriarcha Jacob audis.
et filium sibi charissimum viuere Io-
eph, atque in vniuersa Ægypto domi-
nari, quem iam pridem extinctum de-
plorarat, eo nuntio accepto, statim, vt
Scriptura, reuixit spiritus eius, ac
diuturno mærore in singulare gaudiū
verso, dicebat lenex ad se se: [Sufficit
1. *Gaudium*
Apostolice
chori ex con-
spectu Chri-
tiresurgen-
tis.
Gen. 45.

mihi, si Ioseph filius meus vinit, vadam & videbo eum,
antequam moriar.] Quod si vitam insperatam filij ea lati-
tia accepit is pater, cui erant superstites undecim liberis,
quid par est existimare fuisse voluptatis & gaudij, cum
Apostolorum Chorus, atque ipsa in primis Dei genitrix,
(quod nefas est dubitare) non nuntio aliquo allato, sed ipsa
præsentia Domini ac Redemptoris, eum viuere & regnare
conspexit, quem per summum scelus nece crudelissima con-
sumptum viderat? Omnino magna vis est eius latitiae, quæ
ex inopinato bono, magno præteritum, proficiscitur. Id sibi
ad felicitatem Jacob putavit sufficere, seq; abundè fortuna-
tum habuit, quod esset os illud Ioseph sibi iucundissimum
aliquando intuturus. Exstant diuinæ providentie vices, ve
dolori incredibili singulare gaudium succedat, quod tanto
dulcius est, & uberior, quanto erat rebus aduersis minus
speratum. Solent matres infantulos tatis per deserere, & me-
tu alicuius spectri interdum affligi permittere: quos cū eu-
lantes & perturbatos vident, repente pœunte obuijs vlnis
accipiunt, & lachrymulis detersis ad ubera alacres festinosq;

admittunt. Id Deus s̄epe agit nobiscū, & Christus egit egrē, cūn primū resurrexit ex mortuis. Etenim, vt ait Elaias: [Quomodò, si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos, & in Hierusalem consolabimini, videbitis & gaudebit cor vestram.] Itemque illa: [Latamini cum Hierusalem, & exultate in eo omnes, qui diligitis eam: gaudete cum ea gaudio, omnes qui luggetis super eam.] Quæ mihi verba in chorum Apostolorum congruere videntur, cūn præsentia amantissimi Magistri recreati, ex summo mœtore in gaudiū incredibile commutati sunt.

2. Occasio- Verūm, vt res gesta est, attendamus, atque aliquid nones malifubis utilitatis inde capiamus. Metu Iudeorum clausi & abdigiendae, & tñ erant discipuli. Nam, vt Petrus Chrysologus ait: [Magni interioribus tudo terroris & facinoris tanto turbine discipulorum domū vacans, simul & corda concluserat, & ita totū luminis abdicarat ingressum, vt magis magisque mœtore sensibus occupatis, cæca noctis augeretur offusio.] Nullæ noctis tenebræ caligini mœtoris & formidinis comparantur.] Meritò proinde istò aduenisse Iesus resertur. Venit tamen vel ferò, atq; hos formidine & lucta plenos Dominus inuisit, & consolatur: quos tamen sibi multum fidentes, ac fortia de se pollicentes ante passionē abire iulsit, neq; comites voluit certaminis, quod instabat. Quid hoc, fratres, quæso vos? Dispicet Dño, nimis nimia sui fiducia, ac propriæ infirmitatis ignoratiā. Cōtraria valde placet, qui se se agnoscit, qui sibi difudit, qui vires imbecilles considerans, se in tutum recipit, neque occasionses & pericula imperitus accersit. Mihi credite, fratres, virtutis conseruandæ & tuendæ verissima ratio est, vitiorum illecebras atque insidias denitare. Dauidem nostis occasione lapsum, Samsonem occasione perditum, Petrum occasione superatum: quibus hominibus nemo se vel sanctiorem, vel fortiorem, vel sapientiorem plane profiteatur. Est iua cuique tentatio: alius libidine capit, alius cupiditate nummorum, alæ addictus est alius; alium furor & iracundia præcipitat. Ergo se qui quis agnoscat, & peccandi occasionses fugiat, sibique dictum reputet: [Recedite de medio Babylonis.] Et illud. [Exite de medio eorum, ne vos pariter inuoluat ruina eorū.] Est enim verum illud.

Hiere. 50.
Num. 16.

illud sapientis dictum : [Qui tetigerit picem , inquinabitur .] Illud præterea considerate , magnopere silentium Eccli . 13 . quiete q ; conducere ad diuinæ visitationes accipiendas : sibi ipsis vacantes , & à perturbatione rerum ſaculariū ſemotos libenter Deus inuiuit , & alloquitur , quemadmodum per Oſeā dixit : [Ducam eam in ſolitudinem , & ibi loquar ad Oſeā . 2 . cor eius .] Moÿſes quidem , atque Elias in ſolitudine Deum videre . Danielem afflictum atque oppreſſum in cauea leo . num cibo recreat : Nabal conuiuio regio latum & exultantem , cædi potius addicit .

Neque verò præterēdum , dicipulos ſimul positos Chriſti cōſpectu fuiffe exhilaratos : Thomam , qui ab alijs ſecellerat , tanto beneficio priuatum . Valde enim Deo eſt chara ſocietas bonorum , ipsis mirum in modum utiles eſt : [Quām bonum (inquit) & quām iucundum , habitare fratres in vnum ? Sicut vnguentum in capite , quod deſcendit in barbam . Quidam illic mandauit Dominus benedictionem , & vitam uisque in ſeculum .] Vnguentum , videlicet , illud ſacerdotale ex vertice in omnes partes diſfluebat ; atq ; ex alia deriuabatur in aliam . Sic ſe habet res Christiana ac religioſa . Non communicat Christus Spiritus ſui ſuauitatem partibus ſemotis ac diſunctis , ſed per alias alijs diſfunctis , ut merito melioram & propinquiorum Deo , iij quoque afficiantur bono , qui ſunt inferioris gradus . Rorem quoque Sion & Hermon Psalmus commemorat , alio ſimili rem eandem declarans . Ut enim ex montis vertice aquæ fluunt uisque ad radices imas , & lateribus imbutis etiam extrema rigantur ; ſic Sanctorum ſocietati ex ſummo fastigio Christi dona & chariſmata prebentur , alios alijs imbucentibus , quod ſcītē Paulus ſcribit ad Ephesiōs : [Veritatē autem facientes , in charitate Epheſ. 4 . creſcamus , in illo per omnia , qui eſt caput Christus : ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam ſubminifrationis , ſecundūm operationem in mensuram vniuersi uque membra , augmentum corporis facit in edificationem ſui in charitate .] Nihil igitur mirum , ſi Thomas ſecedens à fratribus paterna viſitatione caruerit , atque laciderit in graue infidelitatis diſcri-

men. Ut enim ea natus , quæ classem deserit , ac seorsum natigat , piraticis incurribus exposita est , sic iij. qui suorum consortia non seruant , infidijs dæmonum plurimis & gravissimis se ipsos obijciunt. Ne ergo , ut recte admonet Paulus , [deseramus collectionem nostram , sicut consuetudinis est quibusdam.]

Heb. 10. Iam de signis vulnerum Christi pauca dicamus : [Ostendit eis (inquit) manus & latus ;] Thomæ quoque duriori ac difficiliori : [Inser digitum tuum hue , & vide manus meas , & affer manum tuam , & mitte in latus meum .] Quam ob causam putatis Dominum vulnerum cicatrices in suo corpore conseruasse ? Nam quæ iniuriæ acceptæ erant monumenta , magis abolenda & delenda videri poterant . Primum ad fidei testimonium vulnera pro nobis suscepta conseruata voluit , vt eundem omnes esse Christum agnoscent , qui sit pro hominibus dura illa & horribilia perpessus ; Thomam quidem appellat & monet : [Noli esse incredulus , sed fidelis .] Ijs autem qui despicerunt , ac contemplerunt olim benignum & lenem , ostenderet se eidem illis signis terribilem , ac formidandum , vt Ioannes in Apocalypsi scribit : [Videbit eum omnis oculus , & qui eum pupigerunt .] Serum quidem stigmatibus notare moris est , ne diffugiat ignotus : at Dominus stigmata sua , & inustas notas libens præ se fert , nec à seruis , quos redemit sanguine suo , ignorari se patitur . Neque solùm fidei , sed spei etiam nutriendæ , illa præclara signa in publico manent , vnde à peccatoribus conspiciantur , eorumque fiduciam veniæ impetrandæ accendant , pro quo cum salute suscepta sunt . Celebrat David inter cæteras diuinæ prouidentiaræ laudes , quod petram Deus aperuerit herinaceis : [Petrica (inquit) refugium herinaceis .] Huc enim (vt ait Hieronymus) accurrunt peccatorum sentibus prægrauati . Itaque tuendis & conseruandis miseris aditus ille patet ; neque , dum resipiscendi tempus est , occludi patitur summæ clementiæ fores , qui omnes vult saluos fieri , & pro omnibus mortuus est .] Præterea charitatis argumenta ad charitatem inflammandam valent plurimum . Iustos & electos dici non potest , quā vehementer afficiant , quo ardore rapiant signa illa diuini erga

Apoc. 1.

Psal. 103:
Hieron. in
epist. ad De
metriadem.

erga se amoris:qua voluptate in ijs versentur,quo desiderio
in ea penetrant. Hosce columba sibi charissimæ nomine
appellat, atque inuitat dulcissimus amator in sacro carmine:
[Veni(ait)columba mea,in foraminibus petræ, in cauerña Cant. 2.
maceciæ.] Pulchrè petræ foramina, ut Gregorius interpreta Gregor. su-
tur, manuum ac pedum vulnera nominat, lateris autem gran per cantic. 6.
de vulnus, cauerñam maceriaz appellat. [Per foramina autem 2.
petræ, vulnera manuum & pedum Christi in cruce penden-
tis libenter intellexerim: cauerñam vero maceriaz , vulnus
lateris, quod lancea factum est, eodem sensu dixerim ,] ait
Gregorius . Nam qui inimicitias interfecit in semetipso,
iuxta Paulum , & medium parietem maceriaz dissoluit, Ephes. 2.
in maceria aditum longè patentem reliquit. Neque vero
eorum vulnerum fructus hic consistit , atque hominum
solum usibus patet: sed latius manat in ipsius summi pa-
rentis Dei gloriam amplissimam . Delectatur sanè & glo-
riatur diuina illa Maiestas opere à se perfecto omnium
maximo & clarissimo, redemptione hominum pretio uni-
geniti Filij facta. Huius operis expresa monumenta non
potest non cum summa iucunditate intueri . Atque , ut
solent dices & principes facinorum suorum imagines
pingere , aut sculpere ad memoriam sempiternam ; sic
Deus optimi ac maximi sui fasti decus opere immortali
voluit esse testatum . Etenim huius se operis autorem, at-
que architectum aeternus Pater gloriatur apud Zachariam Zach. 3.
prophetam his verbis; [Ecce lapis, quem dedi coram Iesu,
super lapidem unum septem oculi sunt . Ecce ego calabo
sculpturam eius (ait Dominus exercituum) & auferam ini-
quitatem terræ in die una .] Quem locum sic explicat Hieron. lib.
Hieronymus: [Istum lapidem clavis crucis & lancea mili-
tis faciam vulnerari , & in illius passione auferam inqui-
tatem terræ in die una, de quascriptum est ; Hæc est dies,
quam fecit Dominus, exultemus, & latemur in ea .] Quid
igitur mirum, si Thomas, perspectis summae Maiestatis in-
signibus, atque attractatis tantæ potentiae armis, cesserit è
vestigio, disinitatem senserit , omnipotentiam conditoris
confessus sit, atq; in eam denique vocē admirabundus erupe-
rit: [Dominus meus, & Deus meus.] Nos quoque , si casto,
slym-

si sincero, si fideli animo accedimus, si fide pura conspicimus, si charitate integra cōrectamus, percepturi procul dubio sumus novum cælestium vulnerum gaudium, nouam voluptatem, qua perfasi, despectis terrenarum rerum spectaculis, diuina contemplatione perfruamur.

I N E A D E M D O- M I N I C A , C O N- C I O T E R T I A .

Insufflauit, & dixit eis, Accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata, remittentur eis: & quorum retinueritis, retentae sunt. *Ioan. 20.*

i. Externam ceremoniam sufflādi magna, causa esse adhibitam à Christo.



Ioan. 8.

Mar. 11.
Ioan. 9.

V A M fuerit insigne, mysteriisque plenum hoc tam inusitatum Christi factum, credo equidem nihil esse opus me dicere, cum, tacentibus omnibus, res ipsa satis loquatur, quippe non solere homines sapientes actus insuetos edere, nullo præsertim humanae vītae vīsu futuros, nisi occultioris negotij significandi gratia. Qued si de actionibus hominum sapientium ita iudicamus, quid de ipsa sapientia sentire debemus? Etenim reperimus nonnullos Christi actus, quos si remotas significations capiamus, simus facile otiosos & superuacaneos existimaturi. Quid enim, cum Pharisæis mulierem in adulterio deprehensam, digito in terra scriberet? Quid illud? in fucinea, fucus eo tempore queritare, quo negabat natura? Iam ne illa quidem ex vīsu esse videri queant, spuere in humum, latum inde confondere cæci oculis oblinendis? Atque inter hæc omnia maximè alien-

mē alienum videatur, quod modō narrantem Euangelistam
audiuimus: insufflare in discipulos, quæ res neq; vfitata est,
neque vſu aliquo, si mysterij significationē remoueas. Ergo
quoniam Dei actiones vanæ esse non possunt, cogitationem
nostram diuinitus pulsari intelligamus eiusmodi nouitatem,
ut attentius consideremus, quid ictis externis notis intelligi
a nobis velit. Nam is fuit mos ſaþe propheticus, ad exci-
tados animos mētesque populares adhibere aliqua inuisitata,
& admirabilia, & que in ſe nulla ratione conſiderent. Eze-
chiel quidem ex Dei præscripto virgas duas aſſumit, in vna
inſcribit, *Iudas*, in altera *Ioseph*: mox inuicem iungit, & ne-
dit, quo factō percontandi deſiderium ſpectatoribus mo-
uet: [Cūm autem dixerint ad te filij populi tui, loquentes:
Nonne indicas nobis, quid in hiſ tibi velis?] Aliás etiam idē
Ezechiel ſibi præceptum narrat; [Et tu fili hominis, inge-
niſce coram eis in cōtritione lumborum, & in amaritudini-
bus ingeniſce coram eis. Cūq; dixerint; Quare tu gemiſ?
Dices pro auditu, quia venit, & tabelſet onnis caro,] & ca-
tera, quæ longum eſt dicere, & minimè neceſſarium. Ad eū
ergo modum Christus extera illa ceremonia vtendum du-
xit, inſufflans in discipulos mysterij alicuius, nimirū, occul-
ti ſignificandi gratia. Qua ex re cūm conſolationem maxi-
mam fideles capiunt, quod Eccleſiam ceremonijs vti ſacris
exemplo Christi vident, tū perduelles hæretici pudore af-
ſciuntur singulari, dignissimi certè ipſi riſu & ignominia,
dum Eccleſiaſ catholicae ceremonias irrident atque exibilāt,
tanquam nugas quaſdam otioſas & ſuperuacaneas. Eccleſia
ſanè exorcismis, & exuſlationibus, & genuflexionibus, &
ſale, alijsque permultis ex veteri iſtituto in baptismo vt-
itur, & alijs in rebus ſacris alias vulgo ceremonias & ritus ad-
hibet, quibus magna viſ disciplinae Eccleſiaſtice, magnum di-
uinæ ſapienſiæ lumen continentur. At hæretici infani, qui nō
intelligunt, irrident atque contemnunt, qui mihi videntur
perſimiles rufſticis aut pueris, qui palati, aulæque Regiæ mo-
res & obſeruantias non magni habent, q; nihil præter exte-
nā illā ſpecie cogitent; curiæ verò periti, quoniam Regiæ ho-
noris ſignificationem contineri illic intelligunt, de iſtituto
aulico vel minimum præterire, nefas ducūt. Denique ſu-
ſiſtunt.

Ezech. 37.
Ezech. 21.

Hunc Christus adiungens; [Accipite Spiritum sanctū,] ut ex facto & verbis, quid ageretur, Apostoli docerentur.

2. Quid signi ficitur illud status? Augustinus quidem præclarè, disputans ea de Christi. Aut re iuriis libris, quos de Trinitate conscripsit, ita loquitur: gust. lib. 4. [Neque enim status ille corporeus substantia Spiritus sancte Trinit. c. Et fuit, sed demonstratio non tantum à Patre, sed & à Filio procedere Spiritum sanctum.] Alias etiam docet eo statu Idem docet Spiritum sanctum esse significatum, quod ex persona filij 10. Genes. Dei Spiritus sancti persona procedat, quemadmodum statu ad litterā, ca. illam ex Christi ore procedere cernerent. Quā fuit præcepit. & 13. de red sententia Cyrilli Alexandrini, atque huiusc Euangelici cint. c. 24. loci explanatio: [Vnde nobis (inquit) firmiter credendum est, Cyril. lib. non esse alienum à filio Spiritum sanctum. Nam cùm ei 12. in Ioan. consubstantialis sit, ex Patre per ipsum procedit.] Procedere autem Spiritum sanctum ex Patre per Filium, nihil est aliud, quād ex Patre Filioque procedere, quicquid Marcus Ephesus in Concilio Florentino secus interpretetur. Id testimonium eòlibentius recito, quò Græci impudentius contra suos maiores ex Filio Spiritum procedere negant. Nos verò in Ecclesiaz Romanae summa autoritate conquiscimus, cuius fuit perpetua immutabilisque doctrina, Spiritum sanctum & què ex Patre, Filioque procedere, vt ex uno eodemque principio, quemadmodum fluum illum crystallinum & pellucidum Ioannis describit Apocalypsis ex uno fonte, atque eadem Dei & Agni sede manare. In symbolo solenni ita cantat Ecclesia; [Qui ex Patre, Filioque procedit:] quod in illo, eodemque Concilio Florentino, Græcis vñ & Latinis consentientibus, memoria propemodum Patri nostrorum denuo confirmatum teneimus. Etenim propterea nobis divinæ literæ tradiderunt Spiritum sanctum non solum à Patre, verum etiam à Filio mitti, vt ex Filio quoque procedentem cognosceremus. De Spiritu sancto Christum dicere audimus; [Quem Pater mittet in nomine meo:] De eodem rursus eundem; [Quem ego mittam vobis à Patre.] Qua forma verborum illud sine cunctatione intelligi voluit, ab utroque mitti Spiritum sanctum, quod ab utroque procedat. Hæc igitur prima est, atque præcipua divinæ insufflationis

Apoc. 22.

Ioan. 14.

Ioan. 15.

flationis ratio. Iam alteram accipite non ineptam, cuius sunt autores Cyrilus & Athanasius. Eo enim facto Christus se se eundem esse gratiæ autorem declarauit, atque naturæ, ab eodem qui formauerat hominem, esse item reformatum olim peccato corruptum. Cum enim crearet hominem, recordari facilè potestis diuinis traditum literis, Deum efflasse in eum, ut viueret; [Inspiravit, inquit, in hominem spiritu-
culum vitæ, & factus est Adam in animam viventem.]

Cyrill. lib.
12. in Ioane.
c. 56.
Athanas in
quest. ad
Antioch. 64.
Gen. 2.

Itaque ex flatu illo diuino, limo vitalem vim, animamque inditam constat. Nunc quando de recuperatione hominis perdit agitur, eodem more & modo flatum suum, id est, Spiritum sanctum Christus dat, ut anima hominis vivat, quæ longe meliorem vitam ducit ex Spiritu Dei; quæ corpus ex anima ipsa. De qua re Paulum diuinè philosophantem audite: [Sicut scriptum est, ait ille; Factus est pri-
mas Adam in animam viventem: nouissimus Adam in
spiritum vivificantem.] Quid è quod autores nobiles Basilieus & Ambrosius, eadem illa inspiratione prima, quam liber Genesios narrat, simul naturam volent, simul natura-
gratiam diuinitus datam? Quò magis consentaneum haben-
dum est nunc ab autore summo atque opifice sapientissimo,
flatu esse gratiam restitutam, quæ fuerat flatu primum data.

1. Cor. 15.

Basil. lib. de
Spir. sancto,
cap. 16.
Ambros. in
Psal. 118.
serm. 20.

Atque, ut initio super aquas Spiritum Dei ferri Scriptura tradit, eas nempe fouendo, quo piscibus, aubulque generan-
dis essent idoneæ; sic nunc eundem Dei Spiritum in Aposto-
los incambentem legimus, ex aliis, tanquam ex aquis spi-
ritualibus, diuina virtute prædictis, Ecclesiæ omnis posteritas
fœcunditate mirabili propagata est.

Gen. 1.

Iam illud ex me quæret fortasse aliquis, qui hoc coha-
reat, dedisse hodie Christum Apostolis Spiritum sanctum, modo datum
quod Ioannes asserit, cum illo, quod Lucas cum hic, tum in
Actis diffuse scribit, iussos esse Apostolos expectare. Spi-
ritus sancti adnaturum, quæ esset Christus misurus, cum alcedisset
in cælu. Quā plane scitu dignam quæstionem Hedia olim surrectionis
matrona & pia & erudita inter nonnullas alias Hieronymo
summo Scripturæ diuinæ interpreti opposuit. Igitur ita hæc
inter se diversa conciliat vir ille diuinus, ut Spiritus sancti Hieron. ad
affinet varia esse dona & charismata, atque ex ijs ali. Hedibiam,
suo quid quest. 9.

Quid impertitum esse suis Christum hodierno die, aliquid in diem Pentecostes maximum referuatum. Ita utroque modo & tempore Apostolos accepisse Spiritum sanctum. Nam remittendi peccata donum præstantissimum hodie communicaçam est: linguarum porro donum, & miracula perpetiādi in die Pentecostes datum. Tunc enim potissimum Rectores Ecclesiæ, & prædicatores orbis terrarum instituti sunt. Huc accedit, quod Spiritus sancti ipsa quoque gratia sanctificans, & charitas, quæ diffunditur in cordibus nostris, habet nostros suos, habet gradus, ut crescere augeriique polsit. Ac diversis sacramentis gratia datur plus minus ve copiola, pro summi auctoris voluntate & institutione. Eiusdem etiam gratiæ status est nō semper idem, perinde atque hominis aetas, quæ à puerō in iuuenem, ac virum euadit. Nam & scientia facultasque eiusdem diversitas esse videmus gradus, alium bacchalaureum, alium Doctorem nominari. Sic in baptismo quidem gratia regenerationis dator: in sacramento confirmationis eadem cum quodam robore augetur: in poenitentia amissa recuperatur, in Eucharistia eadē alitur, & nutritur, & crescit. Quanquam enim Spiritus sancti substantia simplex atque individualis est, tamen effectus illius, operationesque sunt variae atque multiplices: ob eamque rem simul Spiritus sanctos in diuinis literis traditur & unicus, & multiplex. Quæ cūm ita sint, nequaquam nos accepta gratia teneri oporteret, quin uberiorē temper exoptaremus, atque infinitam Dei magnificentiam pullare, & dicere: [Emite Spiritum tuum:] & [Spiritū principali confirmame.]

Sap. 7.

Psal. 103.

Psalm. 50.

4. Potestas

absoluendi

sacerdotibus

callata.

Chrysolog.

serm. 84.

[Quorum remiseritis peccata, remittentur eis, & quorum retinueritis, retenta erunt.] Spiritus sancti monus est proprium remissio & venia peccatorum, quæ, nisi Deo inhabitante animam per gratiam suam, fieri nequit. Pulchri è Euā gelicam sententiam sanctus Chrysologus exponit his verbis: [Vedit potestatem remittendi peccata, qui insufflatione sua infudit ipsum cordibus eorum, & largitus est remissori.] Et mox; [Vbit autem qui per homines hominibus remitti peccata non posse præscribunt? Remitti Petrus peccata, & totum gaudio fulcitur poenitentes, atque omnibus sacerdotibus hanc à Deo concessam amplectitur potestatem, qui post

post negationem, nisi pœnitentiam repetisset. Apostolatus gloriam & vitam pariter perdidit.] Bñne prorsus is Pater, atque antiquæ & perpetuæ Patrum sententiæ consenserter, de potestate remittendi peccata in pœnitentia sacerdotibus à Christo data, Christi verba intellexit. Quare Concilij Tridentini Oecumenicæ sententia est, his verbis, atque hoc facto à Christo Domino institutum esse sacramentum pœnitentia, in quo sacerdotes pro diuinitate sibi data potestate, fideles suas agnoscentes confitentes, que culpas absoluunt, & Dei amicitia restituunt: [Si quis dixerit (aiunt Patres) verba illa Salvatoris: Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt, non esse intelligenda de potestate remittendi, & retinendi peccata in sacramento pœnitentia, sicut Ecclesia catholica ab initio semper intellexit, anathema sit.] Itaque habet antiquissima consuetudo Ecclesiæ ab Apostolis usque deriuata, ut Episcopus, cum presbyteros ordinat, idem carmen recitet, atque ea verba pronuntiet, quæ Christus Apostolis locutus est: [Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittentur eis.] Quia quidem ratione à Cyrillo præstantissimo autore explicata sunt illa verba, quanquam ea tum ipse, tum Hieronymus ad remissionem peccatorum, quæ sit per baptismum, extendat. At iuxta Ecclesiæ Catholicæ consensum dubia esse non potest summa condonandi peccata ministris potestas concessa à Christo, qua certè caruisse constat legis Mosaicæ sacerdotes. Itaque nunc in Ecclesia Christi sacerdotes vere peccata remittere, vere gratiam iustificantem conferre, sine cunctatione fatendum est, ex quo verissimo dogmate illud Theologi sapienter & certò definiunt, huius sacramenti pœnitentia vi & virtute primam gratiam conferri, atque adeò ex attrito hominem fieri contritum. Quæ cùm sint Theologico more dicta, eam habent sententiam, ita absolui pœnitentes à sacerdote, cùm id legitimè præstat, vt vi & virtute absolutionis illius ex peccati statu ad gratiæ statum redeant, atque fieri posse, & re ipsa fieri sæpenumero, vt is qui in tartarum tradendus esset, si ita de-

Conc. Triad.
Sess. 14. c.
10. & can.
3.

Cyrill. lib.
17. in Ioan.
cap. 56.

Hierony. ad
Hedib. q. 9.

cederet è vita, qualis ad pedes sacerdotis accedit, tamen absolutione percepta sit migraturus in cælum. Quæ res cùm iucundissima est cogitatu, tum dignissima Dei & magnitudine & misericordia, quæ infirmis & imbecillis sic opitulari voluit, vt quod deest imperfectæ dispositioni eorum, vi & facultate sacramenti diuinis instituti suppleatur. Quæ si vera sunt, vt sunt certè verissima, facile intelligere homines possunt, quantus sit fructus in frequentando pœnitentia sacramento: quām illad quoque prudens consilium, eum qui mortali crimen se lapsum noscerit, non differre confessionem, neque dispositioni suæ dolorique interno proflus fidere, sed remedio potentissimo ac tutissimo salutem sibi & ternam stabilire.

5. *Quinam
absoluti de-
beant à pec-
catis.*

*Greg.homil.
26.in Euag.*

I AM illud videte, quod perspicuum hoc loco est, & à Gregorio magno merito magnopere commendatur, non posse sacerdotes pro libidine sua peccata vel retinere, vel soluere, sed prudenti iudicio adhibito: cùm aliquando retinere, aliquando soluere debeant ex Evangelicæ legis præscripto. Quare opus est audiant primùm crimina, de quibus indicare debent. Neque verò illi audire possunt, nisi qui perpetrauit, confiteatur. Itaque sit liquidò, vt omnia peccata, quæ gratiam abolere possunt, debeat pœnitens integrè confiteri, quod facere omnino nequit, nisi apud se cogitet atque examinet, quæ perpetravit. Ergo integrum confessionem afferte, examen & inquisitionem diligentem. Cauete, fratres, ne modo illius scelerati Acan, furtum sacrilegū admittatis, si quid de ciuitate anathemati atque igni dicitur subtrahitis ac cælatis. Nostis, opinor, quām fuerit exiguum illud furtum vniuerso populo perniciosum, & quem admodum vniuersa noxa de multorum manibus victoria erupta, atque infugam & exitium res Israelitica conuersa fuerit. Ananiam & Sapphiram etiam recordamini, quibus partem quandam carantibus, [non esse eos mentitos hominibus, sed Deo,] Petrus terribili sententia denuntiauit. Nam qui sic confitentur crimina, vt aliquid lethale scienter prætereant, eos latius multò foret, confessionē minimè attingere, quippe cùm nouo sacrilegio cetera crimina

crimina cumulent. Neque illud negligenter consideremus; [Quorum remiseritis peccata,] esse dictum, ut omnia peccata remitti posse intelligamus, non tamen omnium, sed eorum videlicet, qui dignos se venia praebent. Quinam ijsunt? Planè qui cum vero dolore venient praeteritorum, & vero quoque proposito in posterum non peccandi. Nam qui vitam emendare vitiolam nolunt, qui occasiones labendi certas amputare recusant, qui male parta restituere detrectant, eorum peccata nullo modo remitti possunt. Cor vestrum interrogare, an doleat se peccasse. Bene Cyprianus confessionem eorum probat, siue exomologesim, ut ille loquitur, qui simpliciter & dolenter confitentur. Daud planè de se, [Dixi, confitebor ad] uersum me iniquitatem meam: & tu remisisti impietatem peccati mei.] Sunt enim, qui confitentur quidem, sed non aduersum se, id est ita peccata exponunt, magis ut exculare videantur, quam accusare, similes primo Adamo, qui quod male admirerat, male etiam excusatuit. Sunt qui Saulcm imitantur, qui à Dei sacerdote reprehensus non tanti offendit Dei habuit, quanti honorem atque existimationē suam. Qui ergo medicinam querunt, vulnera integrē exponant: [Quod enim ignorat, ut recte Hieronymus dixit, medicina non curat.]

Nunc quoniam, quod ad præcipuam intelligentiæ rationem pertinet, satis opinor à me esse dictum, idem Christifacitū modo morali tantisper, si placet, tractemus, atque ex ijs verbis aliquid usus in vitâ deriuemus. Influsflasse Christū audiimus, ac dixisse: [Accipite Spiritum sanctum.] Nusquam, quod equidē sciā, leguntur Apostoli dedisse Spiritum sanctū influsflando, sed manus potius imponendo: quod ita interpreteretur factū, quod nequaquā ex ipsis, sicut ex Christo, Spiritus sancti persona procedat, neque Spiritū sanctū illi ut autores & præcipui datores communicarent, sed potius ut ministri, & instrumenta quædam summi autoris atque opificis Dei, quam rationem impositione manuum declarari, non absurdè intelligi potest, quod sit manus primarium quoddam instrumentū, atque (ut Philippi aiunt) organū organorū. Sed quanvis res ita se habeat quoad potestatem autoritatemque

Cypria. ser.
5. de lapsis.
Psal. 37.
Gen. 3.
1. Reg. 15.

Hieron. in
Ecclesiastē,
c. 10. Inde
sumpsit Con
cil. Trident.
eam senten
tiam, quam
ponit seß.

14. cap. 5.
6. Spiritum
sanctum in
sufflare suo
modo eos,
qui dignè
Deo loquū
tur.

dandi Spiritum sanctum, vt Christi solius sit, flando illum tribuere, tamen alia ratione & via, quæ ad exemplum & ædificationem, & doctrinam pertinet, licet profectò dicere non solum Apostolos, verùm etiam cæteros fideles dare posse flatu suo & inspiratione Spiritum sanctum: hoc est, & verbis, & actibus Deo dignis eos, qui buscum versantur, diuini Spiritus gustu quodam & tinctura imbuere. Credo equidem ab ea sententia Paulum

Ephes. 4.

minimè abhorre, cùm ita præcipit: [Omnis sermo malus ex ore vestra non procedat, sed si quis bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus.] Gratiam audientibus dari vult sanè Paulus sermone bono, & ad ædificationem composito, propterea quòd eo pacto ad Dei cultum & obsequium homines incitantur. Quod genus flatus & Spiritus mittendi magnopere in Principibus viris, Præfulibus, maioribus natu, patribus familias, cæterisque desideratur, quicunque alijs præsunt. Atque is flatus salutaris ex intimo pectoris halitu dicitur. Ut enim, qui pretiosis, & suauibus pastus est, suaviter etiam olet, iucundumque anhelitum reddit: qui crassæ & putida contrâ stomacho ingessit alimenta, ructum is necesse est promat grauem & putidum: ita planè pro varia ratione cogitationum & affectionum internarum proclive est sermones vel bonos & salutares, vel prauos & noxios cre fundere. De perfecta Sanctorum felicitate canit David: [Memoriam abundantiae suavitatis tuæ erubebunt:] quippe cùm ex diurna meditatione, & lectione, & contemplatione rerum diuinarum, dum imo animi stomacho concoquuntur, halitus quidam promatur, atque effluat plenus, diaini amoris, & deliciarum cælestium, quibus mitifice homines & delectantur, & afficiuntur. Neque abhorret illud ab his: [Os meum aperui, & attraxi spiritum.] In oratione quidem diuinum hunc Spiritum allicimus, & accipimus: eundem in pia conuersatione spiritum reddimus, quod ad magnum Dei donum pertinere nemo dubitet. Sic enim Apostoli, accepto Spiritu sancto, loquebantur magnalia Dei: sic illa mystica, & sancta animalia apud Ezechielem igne cælesti inflammata ardentes scintillas emitebant,

Psal. 144.

Psal. 118.

Act. 2.

Ezech. 1.

tebant. Namque ut Saluator admonuit: [Ex abundantia cordis os loquitur.]

At ij, qui viscera gerunt corrupta, halitus suo proximum quemque vitiat & laedunt, & quemadmodum Dipsas aut scorpio, aut basiliscus, teste Plinio, ceteraque venenata anima^ta, flatu ipso inficiunt & exurunt, exitiūq; afferūt. Pestilentium hominum anhelitus acceptus pestem celesti-
ter afferit, quod obseruant & cauent ij maximè, qui eo ma-
lo infectis medicantur, ne, dum alijs salutem comparant,
ipsi sibi potius ultimam perniciem accersant. Horum simi-
lem sermonem praeissimorum hominum Paulus docet, 2. Tim. 2.
cum ait: [Sermo eorum serpit, vt cancer:] vitiosa consue-
tudo & collocutio sensim vitiat, atque illum pessimum ha-
litum suum incautis offundit. Atque inter cetera, super-
borum maximè lues animos inuadit simplices, neque est
ulla pestis aut exitialior superbia, aut putidior & gravior.

Ecclesiastici sententia est: [Sicut eructant praecordia fœ- Eccli. 11.
tentium, sic cor superborum.] Nihil enim perinde intole-
rabile, atque foetor quidam hominis sua vbiique iastantis,
ceteros contemnit, se le passim prædicantis, omnia sui,
nimium amorem, laude inque redolentis. Verum enim
uerò facillimè hauritur flagitiosa turpisque confuetudo, la-
sciva colloquia citissimè depravant homines. Quare hæc
quoque pestis magnopere vitanda est, ac longissimè ar-
cenda. [Corruerpunt mores bonos colloquia mala,] di-
xit Epimenides, probavitque Paulus. Iacobus Apostolus 1. Cor. 15.
à lingua vniuersam naturæ humanæ machinam pervertido Iacob. 3.
cet. [Lingua (inquit) constituitur in membris nostris,
quæ maculat totum corpus, & inflamat rotam natu*ritatis*
nostræ inflammata à gehenna.] Ignem tartareum euo-
mi lingua censer, quo ceterū corpus omne inflammetur &
pereat. Qyapropter qui colloquendo, appellando, alli-
ciendo malis artibus miseris adolescentes libidinis furiali-
bus flammis accendunt, eos Satanæ ipsius filios germanos
nullo modo dubitatote, de quo tartareo dracone scriptum
legimus: [Halitus eius prunas ardere facit, & de ore eius Iob 41.
flamma egreditur.] Quanta atrocitas bestiæ illius? quæ
tam exitialis potentia, quæ anhelitu solo prunas Stygiias

Matt. 12.
7. Flatu ve-
nenatum im-
proborum ca-
uendum.
Plini. li. 29.
cap. 4.

excitat, incendium ore quoquo versus immanissime vomit. At filii lucis contra, Deum iinitantur, qui Spiritu oris sui cælos adornat, & virtute corroborat. [Spiritus eius (inquit) ornauit cælos:] Et rursus: [Et spiritu oris eius omnis virtus eoram.] Quam rem hodie Christus singulari sapientiasa, atque eximia potestia præstidit, ut cælos illos præclaros (Apostolos inquam) orbis terrarum lucem ac splendorem daturos, Spiritu suo divina virtute stabiliret, & confirmaret, tum flatu oris glorioli noua luce illustraret, atque ornamentis maximis decoraret.

F I N I S.

S A L M A N T I C A,

Apud Ioannem & Andreā Renaut fratres.

M. D. C X V I.

I N D E X R E V M
Q U A T R O H O C O P E R E
C O N T I N E N T U S .

Littera, D. Dominicam, E. Fasiam, C. Concio-
nem, P. Partem undas.

A

Actus, Relandi postea, 69
tertioribus dñi. D. o-
muni in eorum pas-
tum. Secundum 1. a.
et fol. 4 postea et illi apud. 100
debet per.

Actus undas non ostendit de
rebus aliis.

Adventus Christi ad terram huc
adveniens. Dominus. Fas-
tigio.

Adventus primus gradus. Abi. post
100. p. 1.

Adventus secundus. Cœli. vnde
secundus Cœli.

Adventus tertius postmodum des-
census. Redescensus. Fer. 1.
post 100. p. 1.

Adventus quartus. Dñs
afflupsum. Intercessio. qui
dum conuenit. Et. Act. C. 1.
p. 1.

Adventus quintus. D. Palmar.
Et. C. 1. p. 1.

Adventus sextus. E. post Domp.
Et. C. 1. p. 1.

Adventus septimus postmodum videtur.
Intercessio. C. 1. p. 1.

Adventus octimus de multis
caecis. Inclusum. synodus.
Fer. 1. post D. e. C. 1. p. 1.

Adventus nonagesimus postmodum
videtur. C. 1. p. 1.

B

Adventus dñs. Cœli. E. 1. in Cœ-
li. Domp. C. 1. p. 1.

Adventus dñs. quatuor. ibidem.
Admiratio eius quod patet probandum
dilectus.

Adventus dñs. P. C. post 100.
C. 1. p. 1.

Adventus dñs. Cœli. E. 1. in Cœli.
Domp. C. 1. p. 1.

Adventus dñs. intercessio. qui
dum conuenit. C. 1. C. 1. p. 1.
Adventus dñs. intercessio. qui
dum conuenit. C. 1. C. 1. p. 1.

Adventus dñs. intercessio. qui
dum conuenit. C. 1. C. 1. p. 1.

Adventus dñs. intercessio. qui
dum conuenit. C. 1. C. 1. p. 1.

Adventus dñs. intercessio. qui
dum conuenit. C. 1. C. 1. p. 1.

Adventus dñs. intercessio. qui
dum conuenit. C. 1. C. 1. p. 1.

Adventus dñs. intercessio. qui
dum conuenit. C. 1. C. 1. p. 1.

Adventus dñs. intercessio. qui
dum conuenit. C. 1. C. 1. p. 1.

Adventus dñs. intercessio. qui
dum conuenit. C. 1. C. 1. p. 1.

Adventus dñs. intercessio. qui
dum conuenit. C. 1. C. 1. p. 1.

Adventus dñs. intercessio. qui
dum conuenit. C. 1. C. 1. p. 1.

INDEX RERUM QUÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR.

Litera, D. Dominicam, F. Feriam, C. Concio-
nem, P. Partem indicat.

A

 Absoluendi potestas sa-
cerdotibus data. Do-
minica in octaua pa-
schæ, Cōcione 3. p. 4.
Absolui à peccatis qui debeant, ibi-
dem, par. 5.

Accommodare nos imbecillibus de-
bemus, ibidem.

Actiones Christi insuetæ mysterio
non vacarunt, D. in octau. Pasc.
C. 3. p. 1.

Adulterij crimen graue. Sabb. post
D. 3. p. 1.

Affectus humani in Christo , vide
Verbum Christus.

Affectus humanos qui homini de-
negant, reprehenduntur, Fer. 6.
post, D. 4. C. 3. par. 1.

Afflictionis opera propter Deum
assumpta Spiritus sanctus in gau-
dium conuerit, F. 4. Ciner. C. 3.
Par. 5.

Agnes Christi figura, D. Palmarū.
C. 1. p. 3.

Ambitionis artes, F. 4. post Dom. 2.
C. 1. p. 4.

Ambitioni omnia prona videntur.
eadem, F. C. 2. p. 4.

Amici est dolorem de amicorum
clibibus lachrymis significare,
Fer. 6. post D. 4. C. 3. p. 5.

Amicus bonus, F. 5. post Cin. C. 1.

par. 1.

Amicus fidelis Christus, F. 5. in Cœ-
na Domini, C. 4. p. 5.

Amicitia mundi qualis, ibidem.

Amicitia vera quo pacto probanda:
ibidem.

Amor est festinus, F. 6. post Do. 4.
C. 1. par. 4.

Amor Christi in suos, F. 5. in Cœn.
Domini, C. 1. p. 2.

Angelus Sathanæ transfigurat se in
Angelū lucis, D. 1. C. 3. par. 3.

Angeli mali permittuntur à Deo
nocere hominibus ad vindictā,
F. 5. post D. 3. p. 3.

Apostolorum diuersi in Christum
affectus, F. 3. post Pasc. C. 2. p. 3.

Apostoli Spiritum sanctum non in-
sufflatione, sed manuum imposi-
tione dabant, D. in oct. Pasc. c. 3.
par. 6.

Aqua natura, Fer. 6. post D. 3. C. 3.
par. 3.

Aqua res humanas significat, F. 2.
post Dom. in Pass. p. 1.

Aqua nisi à Deo mota non sanctifi-
cat, F. 6. post D. 1. C. 1. p. 1.

Arcana Dei paucis communicanda,
D. 2. C. 4. par. 2.

Arma ijs, qui illis uti nesciunt oneri
potius sunt, quam præsidio, F. 4.
Cin. C. 3. p. 1.

Armorum spiritualium usum docuit

J N D E X

- N**os Christus. F. 4. Cin. C. 3. p. 1.
Armorum usum qui duces milites
suos docuerint. D. 2. C. 2. p. 2.
Arma quibus Christus cum diabolo
lo pugnauit. D. 1. C. 2. p. 3.
Arma quibus cum diabolo pugnan-
dum nobis sit. ibidem.
Asel nō solo à tuobus discipulis cur
iussit Christus. D. Palm. C. 2.
part. 1.
Afello cur Christus usus sit, Sabb.
post D. Palm. 2. 4.
Allius discipulorum vestibus stra-
tus quid significet. D. Palm. C. 2.
part. 2.
Avaritia. F. 2. post D. 4. C. 1. p. 1. no-
cer fortunis ipsis. D. 4. C. 2. p. 4.
absit à ministro Euangelij. Fer. 2.
major. hebd. C. 1. p. 3.
Auditur à Deo, qui Deum vocantē
audit. F. 6. post D. 1. C. 2. p. 6.
Auditores verbi Dei quales. D. 4.
C. 1. p. 4. D. Pass. C. 3. p. 1. sunt in
triplici differentia. ibidem.
Audiendi verbi Dei cupiditas præ-
destinationis indicium. D. Pass.
C. 2. p. 3.
Aues manuetæ sunt gregales. D. 3.
C. 3. p. 2.
Auxilium diuinum semper opportu-
num. F. 6. post D. 4. C. 1. p. 4. la-
boratibus præsto est. D. Refurr.
part. 3.
B.
Beatitudo cœlestis. D. 2. p. 2.
Beatitudinem nostram in se
ostendit Christus. F. 3. post
Pasc. C. 1. p. 1.
Beatis est societas & communicatio
D. 2. C. 2. p. 3.
Bellator fortis est diabolus. D. 1. C.
1. part. 1.
Bellum perpetuum gerimus in hac
vira. D. 2. C. 2. p. 2.
Beneficia Dei quō modo expectan-
da. F. 6. post D. 1. C. 2. p. 1.
Boni malis permixti sunt in hac vi-
ta. F. 2. post D. 2. C. 2. p. 1.
Bona Deus ex malis disponit. Sabb.
D. 2. C. 1. p. 3.
C.
Calamites quatuor modis
eueniunt. F. 4. D. 4. C. 2.
part. 2.
Calix quadruplex. F. 4. D. 2. C. 2.
part. 3.
Cantare. vide. V. laudes Dei.
Censores aliorū. F. 6. D. 2. C. 3. p. 3.
Ceturionis humilitas laudatur. F. 5.
post cin. p. 3. de indigno dignum
fecit. ibidem part. 4.
Centurionis fides. ibidem.
Ceremonia extera non contem-
nenda. F. 4. D. 3. C. 1. p. 2. sunt
consolationi fidelibus. D. in oct.
Pasc. C. 3. p. 1.
Cerui serpentibus vescuntur. F. 6.
post cin. C. 2. p. 1.
Charitas. F. 2. D. 1. p. 2. D. in oct.
Pasc. C. 2. p. 3. est donum omniū
excellentissimum. F. 5. D. Pass.
C. 1. part. 2.
Charitas Dei magis eluet in pecca-
toribus conciliandis. Sabb. D. 2.
C. 1. part. 1.
Christus male acceptus à suis. F. 6.
D. 1. C. 2. p. 1. in Iosepho adumbra-
tus. ibidem. Sucrum defenser. F. 4.
D. 3. C. 2. p. 1. Pratum nostris
salutis. F. 4. D. 2. C. 2. p. 5. est ve-
nator. F. 6. D. 3. C. 2. p. 1. Alienos
à fide ad gratiam vocat, ibidem
p. 3. absoluunt à peccatis & quomo-
do. Sab. D. 3. p. 7. Solatior fuentes.
F. 5. D. 4. C. 2. p. 1. infremuit La-
zarum suscitatus. F. 6. D. 4. C.
3. p. 49.

RE RVM.

3. p. 4. est Sol. Sabb. D. 4. par. 4. Benignus prius, deinde seuerus fuit in Iudeos. D. in. Pass. C. 1. p. 5. Fuit gaudium Patrum antiquorum. ibidem C. 3. p. 5. Exceptus fuit honorifice Hierosolymis, & quare, Sabb. D. Pass. part. 3. vltro mortuus est. D. Palm. C. 1. p. 2. Habuit semper præsens genus mortis, & horam. ibidem. Regia pompa exceptus fuit Hierosolymis. ibid. p. 3. Ante Passionem bis cœnauit. F. 2. maior. hebd. C. 1. p. 1. Prius Synagogæ, deinde ecclesiæ nupsie. F. 5. in cœn. Dñi. p. 1. in ultima cœna prius Synagogæ, deinde ecclesiæ coniugium celebravit. ibidem, Leonem steuissimum idest morte superauit. D. Resurr. p. 1. A discipulis in via Emmaus videbatur, sed non agnoscebatur. F. 2. Pass. C. 1. p. 1. Primitiæ Resurrectionis. F. 3. Pass. C. 1. p. 1. Manducauit post Resurrectionem, & quare, ibidem. C. 2. p. 4. Est lux. F. 4. D. 4. C. 1. part. 1. Fouet quo mundus expellit. F. 4. D. 4. C. 3. part. 3.

Christi cum Diabolo certamē D. 1. C. 1. p. 1. Triumphus de Dænone. F. 3. D. 1. p. 1. Mansuetudo. D. 3. C. 3. p. 1. Humilitas iniuncta. F. 4. D. 2. C. 2. p. 5. Clemētia. Sab. D. 3. p. 1. Lenitas. D. in Pass. C. 3. p. 3. Moderatio in corpore tuendo. F. 4. D. Pass. C. 1. p. 2.

Christi necem tribus Simeon & Levi præcateris sunt machinatae. F. 6. D. Pass. C. 3. p. 1.

Christum quatenus cognoverint Iudei. F. 6. D. 2. C. 3. p. 2.

In Christo passiones non anteverte sunt rationis imperium. F. 6. D. 4. C. 3. p. 3.

Cibus quomodo maculer conscientiam. F. 4. D. 3. C. 2. p. 3. Cenis capiti iniectus valet ad omnes animi morbos curādos. ibidem. Clamor Christi ex desiderio nostræ salutis. F. 3. D. 4. p. 6. Cognitio Iesu initium salutis. Fer. 5. D. Pass. C. 2. p. 1. Cognitio propria hominem illuminat. F. 4. D. 4. C. 1. p. 2. Cognitio Peccatorum. F. 5. D. Pass. C. 2. part. 3. Colloquentibus de Christo adest ipsæ Christus. F. 2. Pass. C. 2. p. 2. Communicatæ crebro cur sœpe sint deteriores. F. 5. in cœn. Dñi. C. 2. part. 1. Concionatæ non gloriæ, sed auditō rū utilitatī studeat. F. 2. D. 3. p. 1. Concionatores. F. 4. D. 1. C. 1. p. 2. Confessiones ne cursim audiantur. D. 3. C. 1. p. 5. Coniugati à contemplationis dulcedine non excluduntur. D. 2. C. 4. p. 3. in Episcopos & præsbyteros olim assemebantur. F. 5. D. 3. p. 1. Cōscientiæ stimulantis vis. Sab. D. 3. part. 6. Consideratio in rebus diuinis sit viuenda. F. 6. D. 3. C. 2. p. 3. Consiliū sapientiū. F. 6. D. pass. C. 1. part. 1. Consilium Iudeorum peruersum ibidem. In Consilio de Christi nece cur erraverint Iudei. ibidem. Consilium non est contra Deum. ibidein. Consilia in contrarium cedunt cum Dei lex honori nostro postponitur. ibidem. C. 2. p. 3. Consolatio diuina duplex. D. 2. C. 3. p. 2. Constantia in oratione. F. 5. D. 1.

INDEX

- part. 3.
- C**onuentibus, qui authore Iesu con-
gregantur, adest Deus. F. 6. D.
Pals. C. 3. p. 1.
- C**onuersti hominem, & Deum con-
uersti vicissim, quid sit. F. 4. Cin.
C. 4. p. 1.
- C**onuersti ad Deum, quid. ibidem,
p. 3.
- C**onuersio gratiae, & liberi arbitrij
est, ibidem p. 2.
- Habet duas partes. p. 4. non differen-
tia. p. 5.
- Ad conuersionem invitat nos Deus,
ibid. p. 2.
- C**oniuicium sacramentale. D. 4. C.
1. p. 5.
- C**oniuicium cælestis figuratur ibid.
C. 4. p. 7.
- C**or peccatoris compunctum est
Christi cibis. F. 5. D. Pals. C. 2.
p. 2.
- C**ordis duritia in Iudeis. F. 4. D. 1.
C. 2. p. 2.
- C**orporis glorificati virtutes. D. in
oct. Pasc. C. 1. p. 5. Pulchritudo.
D. 2. C. 2. p. 4.
- C**orona ex certamine. D. Resurr.
part. 3.
- C**orrectionis finis. F. 3. D. 3. p. 1.
Opportunitas. p. 5.
- In Correctione famæ fratris consue-
lendum, ibid. p. 6.
- C**orreptio Christi qualis. F. 2. Pasc.
C. 3. p. 3.
- C**orripere male agentem, magnum
est beneficium. ibidem.
- C**rescunt Deo oblata, aliter colloca-
ta pereunt. D. 4. C. 4. p. 6.
- C**rux triplex. D. 2. C. 3. p. 1.
- Portatur à iustis ibidem. Calum-
aperit. F. 2. Pasc. C. 3. p. 3.
- C**rucis supplicium dirū est. D. Re-
sur. p. 2.
- C**rus Christi, ignominia & dolore
constat. F. 4. D. 2. C. 1. p. 1.
- C**ultus interius externo declaratur
& augetur. F. 4. D. 3. C. 1. p. 3.
- C**ultus diuini contemptus. F. 2. D.
4. part. 2.
- In cultum Deinon sunt vituperā-
da magnifica opera Principum.
F. 2. mai. hebd. C. 1. p. 4.
- C**uriositas. F. 4. D. 1. C. 1. p. 2.
- Currit facilē in via Dñi is, cui fauor
diuinus aspirat. Sabb. post Cin.
part. 3.
- D
- D**amnatorū non miserentur
beati. F. 5. D. 2. C. 2. p. 4.
- D**efectus aliorum ferendi.
F. 6. D. 4. C. 2. p. 4.
- Deferendus ad præsidē quando sit
frater. F. 3. D. 3. p. 8.
- D**etractor. F. 3. D. 3. p. 7.
- Deus peccare non potest. D. 1. C.
2. part. 1. Postiram benignitatis
memor. F. 3. D. 1. p. 5.
- D**atus quæ poscit, F. 6. D. 3. C. 2. p. 2.
- Quasi coactus puniit, vltro ignoscit.
Sabb. D. 3. p. 1. Est lux à qua cæ-
tera lucent. Sabb. D. 4. p. 1. non
personā, sed officium in Caypha
respexit F. 6. D. pals. C. 3. p. 3.
- Est dēfensor iustorum. F. 2. maior.
hebd. p. 4. In vita beata in medio
existit F. 3. Pasc. C. 1. p. 2.
- D**imitit offensas, verb. Dimitit.
Solus est lux pura. Sabb. D. 4. p. 2.
- Dei cognitio & amor summas ha-
bēt delicias. D. 2. C. 3. p. 3. Notitia
beneagēdo paratur F. 3. D. 4. p. 3.
- Dei benignitas. F. 6. D. 3. C. 2. p. 3.
- Maiestatem expanserit, qui eius
pietatē cōsiderat F. 3. inern. Dñi.
C. 2. part. 2.
- Deū nobis præsentē cur sēpe non
cognoscimus. F. 2. Pasc. C. 2. p. 2.
- D**iabo.

R E R U M.

- Diabolus certò Christum non cognoscebat. d. i. con. 3. p. 2. & con. 5. p. 4.
- Christum non delicatis cibis tentauit, ibidem. Etiam reiectus tentare non desinit. ibidem, p. 3.
- Christum quare in monte assumpt. d. i. con. 4. p. 1.
- Quomodo assumperit Christum in montem, ibidem.
- Inuidia & superbia lapsus est. ibid. p. 3. horrenda & fæda suggerit. ibidem.
- Peccatores olim palam arripiebat d. 3. c. 1. p. 2.
- Imparatas animas repetit. d. 3. con. 3. p. 5.
- Diaboli potèntia, astutia, & maliitia. d. i. c. 3. p. 1.
- Superbia & impudentia, d. i. con. 4. p. 3.
- Dominatus. d. 3. c. 1. p. 1.
- Diabolum Christus mirabiliter illuminat. d. i. con. 4. 2.
- Dies Christi quis, d. pass. c. 3. p. 5.
- Dimitit nobis Deus offensas, ut nos fratribus dimittamus. Fer. 6. post cin. c. 2. p. 4.
- Discipulos quid dubios in credenda Christi resurrectione effecrit. F. 3. Pasc. c. 2. p. 1.
- Divitis & Lazari Historia an sit parabol. F. 5. d. 2. c. 1. p. 2.
- Divites luxui vacantes, nihilq; pauperibus dantes. F. 5. d. 2. c. 1. p. 4.
- Divites etiam ægrotare & mori. F. 6. d. 4. c. 1. p. 1.
- Divitiarū busus damnatur à Christo. F. 5. d. 2. c. 1. p. 2.
- Docere & non facere perniciosum est. F. 3. d. 2. p. 3. Cur qui male vivunt, nō male etiā doceat. ibid.
- Doctoris prava exempla non imitanda. F. 3. d. 2. p. 3.
- Doctrinam sustinet cur obscure Christus Pharisæis tradiderit. F. 4. d. Passion. c. 1. p. 3.
- Doctrinæ utilitas. F. 2. Pas. c. 3. p. 9.
- Dæmonum sicut vitiorum varia genera. d. 3. c. 1. p. 2.
- Dæmonio inuto tenetur, qui confessionem non bene facit. d. 3. cen. 1. p. 2.
- Item qui sua peccata celat. ibid. con. 2. p. 1.
- Item qui aliorum scelera, cum debet, non reprehendit. ibidem.
- Dæmones ad nostrā perniciem inter se consentiunt. d. 3. c. 3. p. 2.
- Dæmones hominibus subiecit Christus. d. 3. c. 3. p. 3.
- Eos ex alijs expellere debemus. ibidem.
- Dominorum mores famuli imitantur. F. 5. d. 2. c. 1. p. 5.
- Dominum per peccatum M. non amittitur. F. 3. d. 2. p. 1.
- Dominica temptationis præcipue collit ab Ecclesia. d. 1. c. 2. p. 1.
- In Dominica Palmarum cur lætitia cum mortore coniugatur. d. Pal. c. 1. p. 1.
- Domus Dei primum purganda. F. 3. d. 1. p. 2.
- Domus Dei qui violent. ibidē. p. 4.
- Dona præclaræ magno conatu sunt impetranda. F. 2. Pasc. c. 3. p. 4.
- Dux cæcus quis. F. 4. d. 3. c. 2. p. 5.
- E**cclæsiae auctoritas magni ducenda. F. 3. d. 3. p. 9.
- Ecclesiae obedientes honorificat Deus. ibibem.
- Eleemosyna, F. 5. d. 2. c. 1. p. 3.
- Facienda ex præcepto. F. 2. d. 1. p. 2.
- Etiā de exiguo largienda. F. 2. d. 3. p. 5. Facienda maxime prælatis d. 4. c. 2. p. 2.

INDEX

- Non minuit, sed auget opes, ibid.
P. 3.
- Eleemosynæ actus adumbrabant
qui Christo viam vestibus ope-
riebant, D. Palm. C. 2. p. 3.
- Encænia quid, F. 4. D. Paſſ. c. 1. p. 1.
- Eucharistia, Fer. 4. D. 1. C. 2. P. 4.
Christi in homines amorem de-
clarat, F. 5. in cena Domini. c. 2.
p. 1. sumenda cum præparatione
necessaria, ibid. in eius vſu extre-
ma vitanda, p. 3.
- Excitandus est amicus ex neglijen-
tiæ ſomno, F. 6. D. 4. C. 2. P. 3.
- Exequias Christi quotannis cele-
brat ecclesia, ibid. C. 3. p. 2.
- Exorcismi contra Dæmones, Fer. 5.
D. 3. p. 3.
- Externi pluris nos faciunt quam no-
stri, Fer. 3. D. Paſſ. p. 3.

F.

- F**aciem Deus nō auertit ab eo,
qui ſuam ad ipsum conuer-
tit, F. 4. Cin. C. 4. p. 1.
- Faciem tergum ve conuertere quid
ſit, ibid.
- Fatigari Deum pro nobis quantum
beneficiū, F. 6. D. 3. C. 1. p. 3.
- Febris quid ſignificet, F. 5. Dom. 3.
P. 2.
- Febri Christum imperare quid ſit,
ibid. p. 3.
- Fidei noſtræ opera Dei respondet,
F. 2. D. 3. p. 3.
- Filiorum cura & educatio, Fer. 4.
D. 2. C. 1. p. 3.
- Finis noſtrarum actionū ſit Deus,
Fer. 4. Cin. c. 3. p. 2.
- Flatus Christi Spiritum sanctū ſi-
gnificat, D. in oſt. Paſſ. c. 3. p. 2.
- Flatus Christi, eundem eſte naturæ
& gratiæ autorē denotat, ibid.

- Flatus venenatus impiorū eauēdus,
D. in oſt. Paſſ. C. 3. P. 7.
- Fœdera apud priſcos ſanguinis effu-
ſione firmabantur, F. 5. in Cœn.
Domini. C. 3. p. 1.
- Fœminæ ſint tacitæ, F. 6. D. 4. C. 1.
P. 3. quales ſint, F. 2. Paſſ. C. 3.
P. 1.
- Fœminis prius apparuit Christus,
Fer. 2. Paſſ. C. 3. par. 1. non facile
creden- dum, ibid. cum illis caute
agendum Dei ministro, Feria 6.
D. 3. C. 4. P. 1. eas infectari ſordi-
dum eſt, honorare ciuile, Fer. 4.
D. 2. c. 2. p. 1.
- Fœminæ, qui- bus Christus appa-
ravit, laudantur, F. 2. Paſſ. con. 3.
par. 1.
- Fugere interdum mortem non eſt
ignauī, F. 3. D. Paſſ. p. 1.
- Fugere in aliam ciuitatem quando
oporteat, F. 6. D. 3. c. 1. p. 1.
- Fulgor mundi excœcat, lutū Chri-
ſti illuminat, F. 4. D. 4. C. 2. p. 3.

G.

- G**alli gallinacei pugna mira-
bile ſpectaculum, Fer. 6.
post Cin. C. 1. P. 1.
- Gaudium ex testimonio bone con-
ſcientiæ, F. 4. Cin. c. 3. p. 5.
- Gaudium post triftiam, D. 2. C. 4.
Par. 1.
- Gaudium Beatorum ē conſpectu
Christi, F. 3. Paſſ. c. 1. p. 4.
- Gaudium Apostolorum ex coſpe-
ctu Christi, reſurgentis, Dom. in
oſt. Paſſ. C. 2. P. 1.
- Generis claritas imitanda, F. 4. D. 1.
C. 1. p. 3.
- Gloria in ſua quiske patria delecta-
tur, Fer. 2. D. 3. p. 1.
- Gloriæ cupiditas, ibid. & F. 3. Do-
Paſſ.

R E R V M.

Pass. p. 3. Quām sit infesta legi
 Dei, F. 6. D. Pass. C. 2. p. 1.
 Gloriam mundi transtulit Christus
 ad ecclesiam, D. 3. C. 3. p. 4.
 Gloriam propriam amās gloria ex-
 cedit, Dom. in Pass. C. 3. p. 4.
 Gloria Deo tribuenda non nobis,
 F. 3. D. 4. par. 2. in obseruatione
 legis, nō in cognitione ponenda,
 ibid. P. 4. sequitur virtutem tan-
 quam vmbra, D. Pass. C. 3. par. 4.
 Quā sit vera, ibid. inanis vitāda.
 F. 3. D. Pass. p. 4.
 Gratia vis, F. 6. D. 3. C. 3. Par. 3. &
 Fer. 4. D. Pass. C. 2. p. 5.
 Gratia vtitur naturae propensioni-
 bus, F. 5. D. Pass. C. 1. P. 1.
 Gratia & libérum arbitrium, vide
 V. conuersio.

H.

HAEredes nos Christus suo
 testamento effecit, F. 5.
 in Cœn. Dñi. C. 3. P. 1.
 Hæretici ad suos errores confirman-
 dos Scriptura abutuntur, Do. 1.
 C. 3. p. 5. obedientiam Prælato-
 rum tollunt, F. 4. D. 3. C. 1. P. 4.
 Similes sunt Samaritanis, Fer. 6.
 D. 3. C. 2. P. 3. cum Catholicis de
 vera ecclesia contendunt, ibid.
 C. 4. par. 3. Ecclesiæ ceremonias
 damnant, par. 5.

Hæbdomada sancta cur magna vo-
 cetur, Fer. 2. maio. hebd. Con. 1.
 par. 1.

Homo quis vere dicatur, F. 6. D. 1.
 C. 2. par. 5.

Honoris cura in generosis, Dom. 1.
 C. 2. par. 1. Honoris veri species
 quæ, ibidem.

Horas diei duodecim esse quid si-
 gnificet, Fer. 6. Dom. 4. Con. 2.
 par. 1.

Horam Passiotis cur suā Christus
 appelle, F. 5. in cœn. Dñi. Con. 1.
 p. 1. & C. 4. p. 2. Quomodo eam
 Christus scivit, ibid. C. 4. p. 1.

Horā mortis cur Deus homines la-
 tere voluerit, F. 5. in Cœn. Dñi.
 C. 4. p. 1. de illa admoneri à Deo
 magnum beneficium, ibid.

Hora mortis præmeditāda, ibi. p. 2.
 Humanī sermones valde alliciunt,
 F. 6. D. 3. C. 2. p. 2.

Humentia loca Diabolo placent,
 D. 3. C. 3. p. 5.

Humiliare nos debemus initio ora-
 tionis, F. 5. post Cin. par. 4.

Humilis suos defectus intuetur,
 ibid. p. 3.

Humilitas, F. 4. D. 2. C. 2. p. 2. Prin-
 cipium est nostræ salutis, Fer. 4.
 Cin. C. 1. p. 2. Curat quos super-
 bia perculit, ibid. Deo chara est,
 Fer. 5. post Cin. p. 4. Debet esse
 in Principibus erga Dei mini-
 strorum, F. 1. D. 3. par. 6. quem gra-
 dum habeat, F. 5. in Cœn. Domini,
 C. 1. p. 3. Fuit eximia in Chri-
 sto, ibid. exemplo Christi com-
 mendatur, ibid.

Humilitas Christi imitanda. Vide
 Verbum Christus.

Humilitas Centurionis vide Verbū
 Centurio, Hypocrita, Fer. 5. Cin.
 C. 3. par. 3.

I.

Iacob Christi figura, Feria. 5. in
 Cœn. Domini, C. 1. p. 1.

Ieiunium tanquam hospes gra-
 tissimus excipi debet, F. 4. Cin.
 C. 2. par. 1.

Cui tristitiam afferre debeat, ibid.
 Ne facile pœnitentibus à confessio-
 rijs soluatur, ibid.

INDEX

- Et anime & corpori vtile est. P. 2.
Ieiunium Christianorum diuersum sit à iejunio aliarum gétii, ibid. P. 5. Reptam habeat intentionem, ibid. C. 3. P. 1. Habeat pro fine Deum, P. 2. Externum sine interno nihil valer, ibidem, C. 4. P. 4.
- Antiquis quale. D. 1. C. 5. P. 2. Ieiunium sine labore multi volunt, ibid.
- Ieiunium Christi nostros morbos curavit, ibid. P. 1.
- Ieiunium Proximi charitas comitur, Fer. 6. post Cin. C. 1. P. 1.
- In iejunio latititia, deuotio, & mun-ditia cordis. Fer. 4. Cin. C. 3. P. 5.
- Ieiunare quot modis soleant homines, ibid. P. 4. Quid sit iejunare propter Deum, ibid.
- Ieiunat ad suam utilitatem, quia ad Dei gloriam iejunat, ibid. P. 6. Qui iejunat ut hominibus placeat, quamcupit gloriā non asse-quitur, ibid.
- Ieiunia gentium maiora, ac meliora quam nostra. D. 1. C. 5. P. 2.
- Impenitentes, Fer. 4. D. 1. C. 2. P. 3.
- Incarnatio significata in luto ex Christi salua & terra. F. 4. D. 4. C. 1. P. 3.
- Incomoda peccatorum ex cōmo-dis. D. 4. C. 3. P. 3.
- Infernos. F. 5. D. 2. C. 2. P. 3. & 4.
- In gratitudo hominis in Christum. F. 2. D. 3. P. 3. & D. Paſſ. C. 1. P. 2.
- Ingrati & iniuriosi in Christū. D. Paſſ. C. 3. P. 2.
- Inimicos diligere difficile est. F. 6. post Cin. C. 1. P. 1. Odio habent nonnulli hæretici sacerdentes, ibid. P. 2. Diligens ab omnibus laudatur, & honoratur. P. 3. suā rē potius quā inimici agit. C. 2. P. 6.
- Inimicorū dilectio omni lege præcepta est. F. 6. post Cin. C. 1. P. 2. naturalibus rationibus suadetur. P. 3.
- Inimicorum iniuriæ tanquā phreneticorū deliramenta ferendæ. ibid. maledicta ad salutem nobis verit Deus, si patientes sumus. C. 2. P. 5. Facta excusare nostris que meritis minora sentire debemus ibid.
- Inimico parcere honorificum. F. 6. post Cin. C. 2. P. 3. Ex inimicio multæ utilitates, ibid. P. 1.
- Iniuriā qui alteri facit plus sibi nocet. F. 6. post Cin. C. 1. P. 3. Oblivisci non est vilisanum, sed sublimis, ibid. C. 2. P. 3.
- Innocētia Christi. D. Paſſ. C. 1. P. 2.
- Inopes & miseri iuuādi. D. 4. C. 4. P. 3.
- Insatiabilitas cordis humani. Fer. 6. D. 3. C. 3. P. 1.
- Intelligētia Dei p̄ mādatorū obseruātiā cōparatur. D. 4. C. 4. P. 2.
- Intētio recta. F. 4. Cin. C. 3. P. 1.
- Intercessio piorum. F. 5. D. 1. P. 7.
- Internus habitus mentis à Christo præcipue queritur. Fer. 4. D. 3. C. 1. P. 1.
- Interrogat Deus quæ docere vult. F. 2. Paſſ. C. 2. P. 3.
- Inuidia. F. 2. D. Paſſ. P. 1. & Fer. 6. D. Paſſ. C. 2. P. 2.
- Inuidie machinationes virtus superat. F. 2. D. Paſſ. P. 1.
- Inuidia Pharisæi obcecati sunt. F. 6. D. Paſſ. C. 3. P. 2.
- Joseph humiliatio & exaltatio figura Passionis & Resurrectionis Christi. F. 2. Paſſ. C. 1. P. 2.

R E R V M.

- Judeæ avaritia. F. 2. maio. hebd. C. 1.
P. 3. Iudæorum auersio à cæteris
gentibus ægrè ferebatur à gen-
tilibus. F. 5. post Cin. p. 3. Impie-
tas & impudentia in Christum,
Dom. Paf. c. 1. p. 4. Cæcitas &
pertinacia in Christum, Sabb. D.
Paf. p. 1. Pertinacia redarguitur.
F. 6. D. 3. C. 4. p. 5.
- In iudicio misericordiæ opera exa-
minâda, F. 2. D. 1. C. 1. p. 1. exæcta
& minutissima facienda discussio,
ibid. Iudices iudicandi. ibidem.
Iudicabit Christus inter bonos
& malos, C. 2. p. 3.
- Iudicij descriptio. F. 2. Dom. 1. C.
2. part. 4.
- Iudicia largitione corrumptuntur,
F. 3. Paf. C. 1. p. 1.
- Iustitia cum misericordia in Deo,
Sabb. D. 3. p. 1.
- Iustitia quare dicatur Cingulum,
ibidem.
- Iustitia medium, ibidem.
- Iustificâtur interdum homines de.
sparatæ salutis, F. 6. D. 1. C. 2.
part. 3.
- Iustificatur nemo sine consensu pro
prio, ibid.
- Iusti malorū impugnationibus cla-
riores, Sabb. Dom. Paf. p. 3.
- Iumentum alligatum quid signifi-
cat, D. Palm. C. 2. p. 1. Portans
Christum quid denotet. ibidem.
- L.
- L**abori succedit requies, D. 2.
C. 4. p. 1.
- Laborandum exemplo Chri-
sti, F. 6. D. 3. C. 1. p. 4.
- Lachrymæ ex sensu naturali, & bo-
nae, & male esse possunt, F. 5. D.
4. C. 2. p. 2.
- Lachrymarum multiplex genus ex
dono Dei, ibid. p. 1.
- Lachrymas Deus beatis abstergit,
ibid. p. 4.
- Lachrymæ Christi quales, F. 6. D.
4. C. 3. p. 5. In resurrectione Laza-
ri quid significant, C. 4. p. 2.
- Lauare faciæ, & caput vngere quid
significet apud Hebræos, F. 4.
Cin. C. 2. p. 5.
- Laudes Dei qui decantet, D. Palm.
C. 2. p. 5.
- Lauare faciem ieunantem quid sit,
ibidem.
- Lazaripaupertas & patientia, F. 5.
D. 2. C. 2. p. 5.
- Lectum nostru, id est peccata Chri-
stus supra se tulit, F. 6. D. 1. C. 2.
part. 8.
- Legis obseruatio. Vide V. gloria.
- Lya Sinagogæ figura, F. 5. in cœn.
Dominî, C. 1. p. 1.
- Liberalitas Dei, D. 4. C. 2. p. 1.
- Libertatem homini Deus non tol-
lit, Sabb. D. 2. C. 1. p. 2.
- Liberum arbitrium, F. 6. D. 3. C. 2.
p. 3. Vide etiam. V. conuersio.
- Linguam hominum mouet Deus,
vt maiora quam intelligent, lo-
quuntur, F. 2. Paf. C. 1. p. 1.
- Lingua, D. in oœt. Paf. C. 3. p. 7.
- Lotto pedum præparatione ad Eu-
charistiam significat, F. 5. in cœn.
Dominî, C. 2. p. 1. redemptione
nostram adumbrat. C. 4. p. 5.
- Lutu ex Christi saluâ. vide. V. In-
carnatio. & V. Fulgor.
- Lux Christus. Vide V. Christus.
- Lux est Deus. Vide. V. Deus.
- Lux Christi ad cognitione & ope-
rationem valet. Sab. D. 4. p. 3.
- Lucem Deus cæcis præbet, F. 4. D.
4. C. 1. p. 1. erga lucem Christi
quomodo se gerere debeat ho-

J N D E X

homo, S. b. b. D. 4. p. 4.
Luxuriosa vita, Sabb. Dom. 2. C. 1.
part. 5.

M.

Maceria vincæ quid signifiet, F. 6. Dom. 2. C. 1. p. 2.
Magdalena diuinæ clementia signum, F. 6. D. Pass. C. 1. p. 1. An in eadem cœna vxerit Christo caput, & pedes, F. 2. maio. hebd. C. 1. p. 2.
Magdalena charitas in Christum. F. 5. D. Pass. C. 1. p. 3. privilegia, p. 4. Officia in pedes Christi, D. 2. p. 4.
Magister peritus quærendus est in via spirituali, Sab. post Cin. p. 5.
Maiores sæpe à minoribus in vietate superantur, F. 3. D. 1. p. 6.
Male parta male dilabuntur, F. 2. D. 4. p. 5.
Malitia Iudeorum iustè impoenientia usque ad mortem cötigit, F. 2. D. 2. p. 5.
Malitiosi omnia in deterius interpretantur, D. 3. C. 2. p. 3.
Malis Deus bene vtitur, F. 6. Dom. Pass. C. 3. p. 3.
Mandatum cur dicatur Euangeliū cœnæ Domini, F. 5. in cœn. Domini. C. 3. p. 1.
Mandata hominum quæ sint obseruanda, F. 4. D. 3. C. 1. p. 4.
Mansuetudo magis quam animositas probatur, F. 6. D. 3. C. 1. p. 1.
Mansuetudo Christi, D. Pass. C. 1. p. 2. & C. 3. p. 3.
Matrimonium cælibatui prefertur, F. 5. Dom. 3. p. 1. illius sanctitas, ibidem.
Mel ex ore Leonis Resurrectio Christo ex morte Dom. Resur-

rectio. part. 2.
Memoriam passionis Christi & penitentia citò abiiciunt homines, F. 2. Pasch. C. 2. p. 1.
Mendaces redarguere quādo oporteat, D. 3. C. 3. p. 1.
Ministri prauitatis non tollit dignitatem ministerij, F. 3. D. 2. p. 1.
Ministri Dei sæpe in bono discrepant, D. 3. C. 3. p. 2. Degât vitam irreprehensibilem, D. Pass. C. 2. part. 1.
Miracula Christi non fuere tanto apparatu, quādo Resurreccio Lazar. F. 6. D. 4. C. 4. p. 1.
Miseria hominis post peccatum, F. 4. Cin. C. 1. p. 1. Ex morte, F. 6. D. 4. C. 2. p. 4.
Misericordia opera, F. 2. D. 1. p. 3. affectus in Christo præcipuus, F. 6. D. 4. C. 3. p. 2.
Misereri aliorum calamitatibus est ingenui animi, F. 6. D. 4. C. 3. part. 2.
Mitiūs cum peccatoribus agendum F. 3. D. 3. C. 4. p. 2.
Mons quid significet, D. 2. C. 2. part. 2.
Morbus mortis nuntius, F. 6. D. 4. C. 1. p. 2.
Mortificatio. Vide V. Ramus.
